Exorſus igitur deus fabricam mundi illum primũ ⁊ maximũ filium prefecit operi immenſo. Eoqꝫ ſimul et cõſiliatore vſus eſt ⁊ artifice: in excogitandis: ornandis: faciendiſqꝫ rebus: q̄m is prudentia et rõne: et poteſtate perfectus eſt. Nec querendũ ex quibus iſta tam magna: tam mirifica oꝑa deus fecerit. Oĩa eniꝫ fecit ex nihilo. Quanto igitur rectius eſt omiſſis inſenſibilibus ⁊ vanis: oculos eo tẽdere vbi ſedes: vbi habitatio eſt dei veri: qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit: qui celum diſtinxit aſtris fulgentibus: q̄ ſolẽ rebus humanis clariſſimũ ac ſingulare lumen in argumentum ſue ac vnice maieſtatis accẽdit. Terris autem maria circumfudit: flumina ſempiterno lapſu fluere precepit: iuſſit et extendi campos: ſubſidere valles: fronde tegi ſiluas: lapidoſos ſurgere montes: que vtiqꝫ omnia nõ iupiter fecit: ſed ille opifex reꝫ mũdi melioris origo: qui vocaꝶ deus: cuius ꝑncipiũ q̄m nõ poteſt comprehendi nec q̄ri debet. Satis eſt homini ad perfectam prudentiam: ſi deum eſſe intelligat: vt ſuſcipiet ⁊ honorificet communem parenteꝫ generis humani: ⁊ rerum mirabilium fabricatorem. Tres mundos figurat antiquitas: ſupremum omniuꝫ vltra mundanum: quem theologi angelicum: philoſophi autem intellectualem vocant. Proximum huic celeſtem: poſtremum omniũ ſublunarem: hũc quem incolimus: hic tenebrarum mundus: ille aũt lucis: celum ex luce ⁊ tenebris temperaꝶ. Eſt et preter tres quartus alius mundus: in quo ⁊ ea omnia inueniãtur que ſunt in reliquis: hic ipſe eſt homo. Tritum in ſcolis verbum eſt eſſe hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus: ⁊ celeſtis ſpũs: ⁊ plantaꝝ anima vegetalis: ⁊ brutoꝝ ſenſus: et ratio et angelica mens: ⁊ dei ſimilitudo conſpiciꝶ. De his quatuor mundis moyſes ſufficienter diſſeruit: vt deus opifex diſpoſuit: vt vere ſcriptura hec Moſeos imago mundi expreſſa ſit: quemadmodum legimus etiaꝫ ei preceptum in monte: vbi hec didicit: vt oĩa faceret ſm̄ exemplar quod in monte viderat. Quid tandem moſaica littera de celebratis operibus ſex dierũ edocet; curſim abſoluemus.


Ipſe dixit et fa
ſūt ipſe mādau &
creata ſūt
Ps 32

In principio creauit deus celum et terrā. Terra autem erat ina-
nis ꝛ vacua: ꝛ tenebre erāt ſup faciem abyſſi: et ſpūs dñi ferebat̃ ſup aq̄s. Moyſes diuinus ꝓpha
atq̄ʒ hiſtoric⁹. q̄ troianū bellū ſeptingētis fere ānis anteceſſit edocet: quō de⁹ machinator conſtitu-
torq̄ʒ rez. cū hoc op⁹ adoꝛiretur: fecit p̄mū oīm celū: et ī ſblime ſuſpēdit: qd̄ eēt ſedes ipſi⁹ dei ꝯditoris: de-
inde terrā fundauit: ac celo ſbdidit. Tenebras aūt cōſtituit ī terra. Nihil em̄ ꝑſe ꝯtinet lumīs: niſi accipiat
a celo. In q̄ poſuit lucē ꝑennē: ꝛ ſuperos ꝛ vitā ꝑpetuā. Et ꝫ in terra tenebras: ꝛ inferos: ꝛ mortē. Moy-
ſes vo cū deū creaſſe ꝯmemorat tres errores Platonis. ſ. Areſtotilis ꝛ epicuri elidit. Plato em̄ ab eterno
deū ydeas ylen. Et in p̄ncipio de yle mūdū fuiſſe factū teſtat̃. ylen greci p̄mā materiā rez nō formatam ap-
pellāt. Qua viſibilia hec elemēta formata ſunt. q̄ q̄dā ꝯcordia ꝯueniūt. Aiūtq̄ʒ ceteri de materia ꝛ forma:
aut de athomis factis fuiſſe: de⁹ tū mūdū ſine p̄iacēti ꝛ ꝑpata materia creauit: cū prudētiſſim⁹ eſſet ad exco-
gitādū: ꝛ ad faciēdū ſolertiſſim⁹ anteq̄ʒ ordiret̃ hoc op⁹ mūdi. qm̄ pleni ꝛ ꝯſummati boni fons ī ipo erat:
vt ab eo bono tāq̄ʒ riu⁹ oꝛiret̃. Angelos ī p̄ncipio oīm creaturaꝝ p̄moꝛdiales fecit. ꝛ ex eo qd̄ n̄ ē: q꞉ ꝑ eter-
nitatē forti ē: ꝑ fortitudinē ptāt imēſe: q̄ fine ac mō caret: ſic̄ vita facturis. Quid ergo mirū ſi facturus mū-
dū: p̄us materiā de q̄ faceret p̄pauit: ex eo qd̄ nō erat. Qd̄ intellexerūt forte ꝛ ſarraceni dicentes. Eductos
āgelos a deo de tenebris ad lucē: adipletoſq̄ʒ eterna leticia. In q̄buſdā tū indolis diuīe ſtirpis nō ꝑmāſit.
Auctorē hui⁹ rei ex bono ꝑ ſe malū effectū greci diabolū appellant: nos crimiatorē vocam⁹. Terra erat ia-
nis (vt trāſtulit diu⁹ Hiero. vl̃ vt ſeptingēta) inuiſibil̃ ꝛ icopoſita: Quā ꝓ ſui ꝯfuſiōe abyſſum vocat: quā
ꝛ greci chaos dicūt. Abyſſum vocat terrā. i. materiā trino dimēſu ī altiſſimas profunditates extenſam: de
hoc etiā Ouidi⁹ meminit. Ante mare ꝛ terras ꝛ qd̄ tegit oīa celū. Vn⁹ erat toto nature vult⁹ in oꝛbe. Quē
dixere chaos rudis indigeſtaq̄ʒ moles. Nec q̄cq̄ʒ niſi pōdus iners: ꝯgeſtaq̄ʒ eodē. Nō bene iūctarū diſcor-
dia ſemina rerū. Nullus adhuc mūdo p̄bebat lumina titan. Et ſpūs dñi: organū diuine artis ferebat̃ ſup
aquas: vt volūtas archītecti cū cuncta ad faciendū diſponit. Cū perfecta ſint opa dei. Creatio rez ſenario
numero explicatur. Cuius partes. vnū: duo: tria ſunt. que in trigonū ſurgāt. In primo creationē. In ſe-
cundo ꝛ tercio diſpoſitionē. In reliquis ornatum Moyſes per opera ſex diez oſtendit.



BIBLIOTECA NACIONAL BIBLIOTECA AMERICANA "JOSÉ TORIBIO MEDINA"

SEcundo die dixit deus. Fiat firmamentum in medio aquarũ: et diuidat aquas ab aquis: vocauitqꝫ
firmamentum celum. Prophetam de celeſtibus miſterijs loquentem audiamus. Fecit eñ deus fir
mamentum rotundum mobile cetera ſenſibilia continens. Et ex aquis congelatis in modũ criſtal/
li ſolidauit: et in eo fixa ſidera. Spera aũt celi cũ ſideribus in ea fixis duob⁹ axis voluit. Quoꝝ alter ſeptẽ
trionalis boreas: Alter auſtralis nothus dictus voluit ab oriẽte in occidentẽ tãta celeritate: vt niſi plane/
te contra curſum eam tardarent mundi ruinaꝫ faceret. Et artifex mundi: celi naturam aquis temperauit: ne
conflagratõne ignis ſuperioris: elementa inferiora ſuccenderet. Supra nouem celoꝝ orbes id eſt ſeptem
planetas: ⁊ ſperam octauam quam vocant inerrantem nonumqꝫ orbem qui ratione non ſenſu deꝑhenſus
eſt: primuſqꝫ eſt inter corpora que mouentur: creditum eſt decimum celum fixum manens ⁊ quietum: quod
motu nullo participet. Neqꝫ hoc tantum creditum a noſtris: maxime iunioribus Strabo ⁊ Beda: ſꝫ a plu
ribus etiam hebreorum: pretereaqꝫ a philoſophis ⁊ mathematicis quibuſdam: E quibus ſatis duos ſit
attuliſſe: Abraam hiſpanum aſtrologum maximũ ⁊ yſaac philoſophũ: quoꝝ vterqꝫ hoc atteſtatur: quin ⁊
hic yſaac decimũ orbem ab Ezechiele deſignatum intelligit per zaphirũ in ſimilitudinẽ throni: vt color za/
phiri lucis nitorem: throni ſimilitudo immobilitatem ſignificet. Sed redeamus ad Moyſem diuidentem
aquã ab aquis medio firmamẽto. Triplex eñ particio corpoꝝ ſublunariũ. Alia ſup̃ mediam regionem ae/
ris ſunt: ſuprema. ſ. pars eiuſdem elementi ⁊ puriſſimus ignis quod totum etheris nomine deſignatur ibi
pura immixta ⁊ legitima elemẽta. Alia infra ipam aeris meditulliũ: que apud nos ſunt vbi elementũ pu/
rum nullum (neqꝫ eñ purum elementum ſenſibile) ſed mixta omnia ex feculenta craſſioreqꝫ parte mundani
corporis conſtãt. Intercedens regio aeris que etiam dicitur firmamẽtum. vnde ⁊ aues ſub firmamento ce
li ab eo volantes introducuntur: ea eſt regio in qua ſublimes ille impreſſiones apparent: pluuie: niues: ful
gura: fulmina: tonitrua: comete ⁊ cetera id genus. Recte igitur nõ ſolum ſitu: ſed ⁊ nature ꝓprietate hoc fir
mamentum ſuperiora elementa ab inferioribus: quaſi aquas ab aquis diſcriminat ⁊ diſtinguit. Sup̃ enim
pura ſunt elementa: infra eam perfecta mixtione ab elementali ſimplicitate diſcedunt. Vocauitqꝫ firmamẽ/
tum celum: cum tegat omnia ſenſibilia ⁊ inuiſibilia quod a koylon quod eſt concauũ deducũt.



# De opere tercie diei.

TErcio die deus aquas ſub firmamento in locum vnum cōgregauit ⁊ appareat arida: vocauitqꝫ ari
dam terram. Congregatōnes vero aquarum maria appellauit. Videns ꝙ bonum eſſet: ait germi
net terra herbam virentem: ⁊ ſemen facientem: ⁊ lignum pomiferum facientem fructum iuxta genꝰ
ſuum. Poſt firmamentum de elementorum integritate: ⁊ poſitura: ⁊ ordine: nos breuiter admonet per col
lectionem aquarum ad locum vnum: ⁊ preſcriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que inuiſibilis
olim fuerat terra: futurum eſt vt ſub conſpectum veniat: neceſſe eſt aquas que ſub celo ſunt id eſt ſub media
aeris regione congregari ad locum vnum id eſt ad cōmunem mixtionis colluuiem confluentes: certis legi-
bus tamen: quaſi littoribus preſcriptam in vnum locum: tanq̄ in matricem coaleſcere. Neqꝫ enim illud ita
eſt verum: vt nuſquā diſtinctis diſcluſiſqꝫ in locis aque inueniantur. Cum indicum mare ab hircano: hir-
canum ab adriatico: adriacicum ab Euxino. Innumera preterea fluuiorum: fontium lacuumqꝫ fluēta lon-
giſſima locorum inuicem intercapedine diſpeſcantur. Sed ideo ad locum vnum congregate aque dicūtur.
Quia particulares he atqꝫ diuiſe aquarum collectiones vel marine vel fluuiatiles: omnes vt inquit Salo
mon ad primarium mare tendentes: in vnum occeani locum vniūtur ⁊ coeunt. Terra autem cum maris vn
dis obruitur: nec vtilis nobis: nec viſibilis item eſt: ſed tunc ⁊ animalium ⁊ noſtris vſibus idonea: cuꝫ ab
eo ſecedens mari magis magiſqꝫ ſub aſpectum venit: tūc fertilis: tunc fecunda. Qđ hic a Moyſe apertiſſi-
me demonſtratur. Cum eam ſimul atqꝫ apparet: ⁊ herbarum ⁊ fruticum et arborum parentem facit. Recte
poſt illam aquarum congregationem terram inducit ſtatim viridem ⁊ floreſcentem. In medio autem mun
di tanq̄ centrum poſuit: venis metallorum videlicet auro: argēto: ere: cupro: ſtanno: plumbo: ferro (quod
omnia domat) dotauit: cunctis quoqꝫ herbarum generibus ſumma oblectatione in viridi maturitate illico
veſtiuit. Herbeqꝫ ſemina: arbores fructus ſuauiſſimos produxerunt. Ferūt quoqꝫ eodem die paradiſuꝫ ab
eo factum id eſt ortum fecundiſſimum ⁊ ameniſſimū: omni genere ligni arborumqꝫ. Quem omni amenita
te fontium: ⁊ terre virentium: lignorumqꝫ fructum vberrimū producentium conſeruit.



QVarto die dixit deus. Fiat luminaria in firmamēto celi: ⁊ diuidant diem ⁊ noctē. Et ſint in ſigna ⁊ tpa: ⁊ dies ⁊ ānos: vt luceāt in firmamēto celi ⁊ illuminēt terrā. Et factū ē ita. Fecitq̄ deus duo luminaria magna: luminare maius: vt p̄eſſet diei: ⁊ luminare minꝰ: vt p̄eſſet nocti ⁊ ſtellas: vt diuiderent lucē ⁊ tenebras. Moyſes p̄mo celeſtiū meminit q̄ poſuit deꝰ in firmamēto vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illuminarēt ſolē videlicet lunā ⁊ ſtellas: quibꝰ ipſa ſupior mundi ps ornat᷑: vti terra ornat᷑ his q̄ in ea fiunt metallis: plātis: aīantibꝰ. Cū em̄ de natura firmamēti dixerat: reſtabat vt de opibꝰ ſiderū: deq̄ eoꝝ officio diſſereret: declarās in quē vſum fundata: ⁊ cui muneri delegata a deo fuerint. Celeſtiū em̄ corpoꝝ due ī vniuerſum manifeſte opatōnes motꝰ ⁊ illūiatio: motꝰ duplex ſtatuit᷑. Alter mūdi totiꝰ q̄ celū ⁊ ether. 24. horis: ꝑ totū ſpaciū vniuerſi ꝑfecto ambitu circūuoluūtur. Alter ſideꝝ ꝓprius multiplex ⁊ varius. Inter q̄s p̄ncipalis motus ſolis: q̄ ſpacio. xij. menſiū zodiaci ſigna om̄ia circuit. Ille diē facit: vnde ⁊ diurnus dr̄: hic autē annū. Reliqui ſiderū motus varijs tempoꝝ interuallis ꝑaguntur. Recte igitur ⁊ breuiter nos oīm admonuit Moyſes cū dixit poſita ſidera in firmamēto in dies annos ⁊ tempa. Indicauit p̄terea expreſſe reliquā opatione ſideꝝ. Que ē illuminatio: cū dixit ſtatuta illa vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illuminarēt. In hec igitur miniſteria ⁊ lune ⁊ ſolis ⁊ ſtellaꝝ ſunt corpa diſtributa. Sol em̄ q̄ oritur in die: licet ſit vnus (vn̄ ſolē eſſe appellatū Cicero vult videri) ꝙ obſcuratis ſideribꝰ ſolus appareat. Tamē verū ⁊ ꝑfecte plenitudinis lumē ē: ⁊ calore potiſſimo: ⁊ fulgore clariſſimo illuſceſcit oīa. Quis em̄ ſtelle innumerabiles micare ac radiare videant᷑: tamē q꞉ non ſunt plena ac ſolida lumīa: nec caloris ꝑferūt q̄cq̄: nec tenebras multitudine ſua vincūt Duo igit᷑ p̄ncipalia inueniūtur. que diuerſam ⁊ ↄ̄riā ſibi hn̄t poteſtatē calor ⁊ humor: que mirabiliter deꝰ ad ſuſtentādā ⁊ gignenda oīa excogitauit. Altiſſime hic ꝓtractāde eſſent q̄ſtiones: ⁊ q̄ ſibi ſingule iuſtū volumē expoſcerent: quo pacto hec ſidera ſint in firmamento: an vti ꝑtes eius nobiliores: an vt aīalia in ſuis ſperis: in aq̄ piſces. iumēta in terris: congreſſum hic itē locus cū Genethliacis ſibi expoſceret diuinādi per aſtra: ⁊ p̄noſcēdi futuros euētus: ſciam hinc ↄfirmātibꝰ ꝙ Moyſes ſidera ī ſigna poſita a deo dixerit. Querendū hic etiā de natura ſiderū: de motu: de p̄ncipatu: de lune maculis: deq̄ omi ſiderali ſciētia. Verū quāq̄ ſint dulcia ⁊ digna cognitu. Audiemus fortaſſis Horacianū illud ſed nunc non erat hic locus.



## De opere quinte diei.

Quinto die dixit deus: producant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile ſuper terrã ſub firmamento celi. Creauitqꝫ deꝰ cete grandia: ⁊ omnem animam viuentem atqꝫ motabilem quas produxerãt aque in ſpecies ſuas: ⁊ omẽ volatile ſcḋm genus ſuum. Vidẽs quod eſſet bonum benedixit eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris: aueſqꝫ multiplicentur ſuper terram. Ornauit igitur eo die deus aerem ⁊ aquam: volatilia dans aeri: natatilia aquis: q̃ reptilia dicuntur: cum impetu quodam ſe rapiunt. Cete enim grandia ⁊ belluas: maioraqꝫ terreſtribus animalibus ex habundãtia humoris ⁊ mõſtrifica in mari reperiuntur. Et quicquid in vlla parte nature naſcitur: ⁊ in mari eſſe vulgi opinio fert. Manifeſta iam que ſequuntur de animalium productione: poſt plantas enim ea ſunt mixta que ſentiunt ⁊ mouentur: quamq̃ꝫ ⁊ in plantis ſtupidum ſenſum adſcribant pitagorici. Hec aũt animantia que citra omnem controuerſiam motu ſenſuqꝫ participant: ⁊ hic a Moyſe: ⁊ in Timeo in volatilia: ⁊ in aquis degẽtia: ⁊ terreſtria diſtinguũtur. Veniamus igitur ad Moyſem qui poſtq̃ꝫ de celeſtibus dixit terreſtrium animaliũ meminit ordine cõgruenti: que vel aquas vel terram vel aerem inhabitant. Si tamen inhabitare aerem volucres dici poſſunt. Relinquamus hic diſputationem: quo pacto corpora animalium ex elementis: aut quid ſint indite a deo naturis rerũ ſeminarie rationes: ſit ne item vita brutorũ de ſinu educta materie: an diuino potius principio om̃is vita proueniat: vt cõſtantiſſime aſſerit Plotinus: cui ſententie fortaſſe videbit᷑ hoc loco ꝓpheta ſuffragari. Cũ poſtq̃ꝫ dixit: producant aque reptile anime viuentis: adiecit poſtea creauit deus omne animã viuentẽ: vbi nõ id dũtaxat quiſpiã obſeruaret ꝙ ⁊ aq̃ ꝓducãt deo iubente: ⁊ deinde etiã deus ꝓducat: verꝫ ⁊ illud qḋ vbi de dei ope agit᷑ ſcriptũ eſt: creauit deus animã viuentẽ. vbi aũt de aq̃s: nõ aĩam: ſ; reptile aĩe viuentis q̃ſi aquis vehiculũ. Inter aĩalia terre tria memorat Moyſes q̃ in ſeq̃nti die inſinuat. Plurima aũt ⁊ maxima in indico mari aĩalia. E quibus balene quaternũ iugerꝫ. Et in mari bellue circa ſolſticia maxime viſunt᷑. Tũc illic ruũt turbines: tũc imbres: tũc deiecte mõtiũ iugis ꝓcelle ab imo vertũt maria: pulſataſqꝫ ex ꝓfundo belluas cum fluctibus voluũt. auiũ quoqꝫ grãdiſſime ⁊ pene beſtiarum generis ſtrucio cameli affrici vel ethiopici altitudinem equitis inſidentis equo excedunt: celeritatem vincunt. Multo mirabilius de naturis auium ⁊ piſcium ratio experiendi quotidie in varijs locis datur.



Sexta die dixit deꝰ. ꝑducat terra aīam viuētē. iumēta. ⁊ reptilia. ⁊ beſtias terre iuxta ſpēs ſuas. Et vidit deꝰ qđ eēt bonū: ait. Faciamꝰ hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinē nr̄am. Et p̄ſit piſcibꝰ marꝫ. ⁊ volatilibꝰ celi. ⁊ beſtijs vniuerſe terre. Et creauit deꝰ hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinē ſuā. Ornatis ſuperioribꝰ mūdi ptibꝰ tādē ſexta die terrā generibꝰ aīaliū ornauit. Inter aīalia terre tria memorat moyſes. iumēta. reptilia. ⁊ beſtias. In qbꝰ tres dr̄ias brutoꝝ irrōnabiliū in cōe nob inſinuat. Sūt eñ beſtie q̄ pfecta ſunt phātaſia: mediū īter irrōnalia locū ſortite: erudiri tñ ab hoīe aut māſueſcere neſciūt. Sūt reptilia q̄ ipfectā hñt phātaſiā: q̄ſi media īter bruta ⁊ plātas. Sūt iumēta q̄ ⁊ ſi carēt rōe: diſcipline tñ hūane q̄q̄mō capaces cū ſint: rōis aliqđ pticipare videſ: mediā q̄ſi ſortita ꝯditōem īter bruta ⁊ hoīes. Aīalia aute varij generꝫ diſſilibꝰ formis. ⁊ mag̃ ⁊ miora vt fierēt ipauit. Et facta ſunt bina. i. diuerſi ſexꝰ ſingl'a. Ex q̄ꝝ fetibus: ⁊ aer: ⁊ terra: ⁊ maria cōpleta ſunt. Deditq3 his oībꝰ generatim deꝰ alimēta de terra: vt vſui eē hoībꝰ poſſent. Alia minuꝫ ad cibos. alia vo ad veſtimetū. Que āt magrū ſunt viriū: vt i excolēda terra iuuarent. vñ dicta ſunt iumēta. Hactenꝰ de tribꝰ mūdis: ſupceleſti: celeſti: ⁊ ſblūari. Nūc agēdū de hoīe vt de quarto mūdo. Ita rebꝰ oībꝰ mirabili deſcꝑtione cōpoſitꝫ: regnū ſibi eternū parē cōſtituit. Et innūerabiles aīas ꝓcreare. qbꝰ imortalitatē daret. Tū fecit ipe ſimulacꝝ ſenſibl'e atq3 itelligēs. i. ad imaginis ſue formā. q̄ nihil p̄t eē pfectiꝰ: hoīem figurauit ex limo terre: vñ hō nūcupatꝰ ē. q꜡ ſit factꝰ ex humo. Deꝰ rerū oīm machinator fecit hoīem (qđ Cicero q̄uis expers celeſtiū lraꝝ: vidit tñ) q̄ libro de legibꝰ p̄mo h idē tradidit qđ ꝓbe Cuiꝰ verba ſbiecimꝰ. Hoc aīal ꝓuidū: ſagax: mltiplex: acutū: memor: plenū rōis ⁊ ꝯſilij quē vocamꝰ hominē: p̄clara q̄dā ꝯditōe generatū eē a ſummo deo ſolū. Eſt eñ ex tot aīantiū generibꝰ atq3 naturꝫ: pticeps rōis ⁊ cogitatōis: cū cetera ſint oīa exptia. Eſt āt plerūq3 ꝯſuetudo a regibꝰ vſurpata ⁊ p̄ncipibꝰ terre: vt ſi forte magnificā ⁊ nobilē citatē ꝯdiderit. iā vrbe abſoluta imaginē ſuā i medio illiꝰ viſendā oībꝰ ſpectādāq3 ꝯſtituāt. Haut aliter p̄ncipē oīm deū feciſſe videꝰ. q̄ tō mūdi machīa ꝯſtructa: poſtremū oīm hoīem in medio illiꝰ ſtatuit ad imaginē ſuā ⁊ ſilitudīeꝫ formatū. vt libeat exclamare illđ mercurij. Magnū o aſclepi miracl'm ē hō. Hoc p̄cipuo noīe gl'iari hūana ꝯditio p̄t: q̄ ēt ſcīm: vt huīre illi nulla creata ſba dedigneſ: huic terra ⁊ elemēta: huic bruta ſunt p̄ſto: ⁊ famulāſ. huic militat celū. huic ſalutē ꝓcurāt āgelice mētes. Nec mirū alicui videri debet: amari illū ab oīnbus. In quo oīa ſuū aliqđ: Immo ſe tota ⁊ ſua oīa agnoſcit.



# De ſanctificatione ſeptime diei

Conſummato igitur mundo: per fabricam diuine ſolercie ſex dierum. Creati eñ diſpoſiti ꝛ ornati tandē ꝑfecti ſunt celi ꝛ terra. Compleuit deꝰ glioſus opus ſuū: ꝛ requieuit die ſeptimo ab operibꝰ manuum ſuarū: poſtq̄ cūctum mundū: ꝛ omnia que in eo ſunt creaſſet: nō quaſi operando laſſus: ſed nouam creaturam facere ceſſauit: cuius materia vel ſimilitudo non preceſſerit. Opus enim propaga/tionis operari non deſinit. Et dominus eidem diei benedixit: ꝛ ſanctificauit illū: vocauitq̄ ipſum Sabatū quod nomen hebraica lingua requiem ſignificat. Eo ꝙ in ipſo ceſſauerat ab omī opere qđ patrarat. Vñ ꝛ Iudei eo die a laboribus proprijs vacare dignoſcitur. Quem ꝛ ante legez certe gentes celebrem obſeruarunt. Iamq̄ ad calcem ventum eſt operum diuinorum. Illum ergo timeamus: amemus: ꝛ veneremur. In quo ſunt omnia ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia. Et a domino celi: domino bonoꝝ omniū. Cui data omīs poteſtas in celo ꝛ in terra. Et preſentia bona: quatenus bona ſint. Et veram eterne vite felicitatem quera/mus.



## Diſtinctō orbiū tam celeſtiū ꝙ̄ elementarium.

Corporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus. ſcilicet in natura celeſti: et in natura elementari. Celeſtis autem diſtinguitur in tres celos principales. ſcilꝫ empyreum. criſtallinum ⁊ firmamentū. Intra firmamentum vero quod eſt celum ſtellarum cōtinen᷑ ſeptem orbes ſeptem planetaruꝫ qui ſunt Saturnus. Jupiter. Mars. Sol. Ven⁹. Mercurius. Luna. Nomine auteꝫ celi criſtallini ſiue aquei intelligi᷑ prima pars materie prime que ſm philoſophū formata eſt ī duos orbes: quorum ſupior eſt primū mobile. Iſtoꝝ orbium natura eſt ꝙ omnes mouen᷑: excepto empyreo celo: qđ quietū eſt. Natura vero elemētaris in q̄ttuor ſperas principales diſtingui᷑. ſcilicꝫ ignis aeris. terre ⁊ aque. Spera ignis tria habet interſtitia videlicet: ſupremū qđ voca᷑ igneuꝫ: ac mediū ⁊ infimū quod voca᷑ olimpium. Aer ſimiliter habet tria interſtitia: ſcilicet: ſupremum quod voca᷑ ethereum: ⁊ medium ac infimū qđ dici᷑ aereum. Et in ſupremo eſt calor ⁊ lux propter ſolis ꝓpinquitateꝫ. Similiter eſt ⁊ in infimo: ſed ꝓpter radioꝝ repercuſſionem a terra. In medio aūt interſtitio ad quod nō ꝑtingere poteſt repcuſſio radioꝝ ē frigiditas et obſcuritas: in quo dicuntur habitare demones qui detruſi ſunt in hunc aerem caliginoſum. Ibi etiaꝫ fiūt tempeſtates: ſcilicet tonitrua: grando: niues: et ſilia. Ex his collige duodecim orbes mundi terram ⁊ aquam ambientes: qui omnes celi poſſunt vocari. Iſtos autē excellit celum trinitatis ipſe deus qui eſt in omnibus ⁊ ſuper om̄ia. Diſtantia predictorum orbium et planetarum hec eſt. A terra vſqꝫ ad lunam ſunt miliaria. xv. dc. xxv. miliaria. hec ſunt ſtadia. cxxvi. A luna vſqꝫ ad Mercurium ſunt miliaria. vij. dccc. xij. et ſemiſſe. A mercurio vſqꝫ ad venerem tantū. A venere vſqꝫ ad ſolem. xxij. cccc. xxxvi. A ſole vſqꝫ ad marte ſunt miliaria. xv. dc. xxv. A marte vſqꝫ ad iouem. vij. dccc. xij. A ioue vſqꝫ ad ſaturnum tantum. A ſaturno vſqꝫ ad firmamentuꝫ. xxiij. cccc. xxxvi. Ex iſtis ſeqtur ꝙ a terra vſqꝫ ad celum ſtellatū ſunt centum ⁊ nouem milia: et ccc. lxxv. miliaria.

## Diſtinctio celeſtium hierarchiarum.

De celeſti vero natura triplicem quidam poſuere diſtinctōnem. ſcilicet ſupnaturalem. id eſt ſupceleſtem. celeſtem ⁊ ſubceleſtem. Supceleſtis eſt in tribus ꝑſonis vt q̄dam dixerunt ⁊ male. quia ſm Dyoniſium hierarchia dicit ordinē: ⁊ ille abſolute nō eſt in tribus ꝑſonis: ſed tm̄ ordo nature. Celeſtis in ordinibus angelicis. Subceleſtis in hominibus ſanctis. Porro hierarchia celeſtis diuidi᷑ ī ſuperiorem: mediā ⁊ inferiorem. Superior continet tres ordines ſcꝫ ſeraphin ⁊ cherubin ⁊ thronos. Quoꝝ primi ꝯſiderant dei bonitatē. Secundi virtutē. Tercij equitatē. Item in primis deus amat vt charitas. In ſcđis noſcit vt veritas. In tercijs ſedet vt equitas. Media cōtinet dominatōnes principatus poteſtates. Quoꝝ primi officia regūt angelorum. Sequentes capitibus ꝑſunt populoꝝ. vltimi poteſtatem coercent demonū. Item in primis dn̄s domina᷑ vt maieſtas: in ſequentibus regit vt principat⁹: in vltimis tene᷑ vt ſalus. Inferior hierarchia ſiliter ꝯtinet tres ordines. ſcꝫ virtutes. archangelos. angelos. ad quoꝝ priores ꝑtinet miraculorum opatio. ad ſecūdos magnoꝝ negociorum denunciatio. ad tercios humane cuſtodie ſolicitudo. Item in primis deus opatur vt virt⁹. In ſcđis reuelat vt lux. In tercijs nutrit vt inſpirās Hec dicta ſunt ſm Gregoriū. Sed ſm dyoniſium virtutes ſunt medius ordo hierarchie ſecūde: principatus primus ordo tercie hierarchie Hoc attende ꝙ in qualibet triū hierarchiarum premiſſarum notatur trinitas ꝑſonaruꝫ diuinarum: vt patet in celeſti hierarchia tam ſuperiori ꝙ̄ media ꝙ̄ inferiori.

## De tempore ſiue etatibus.

Mundi etates accipiun᷑ ſimilitudinarie iuxta etates hōis: ſunt aūt ſex etates mūdi. Quaꝝ prima incipit a mūdi creatōne ⁊ durat vſqꝫ ad diluuiū: ⁊ habuit ſm hebraicam veritatē annos. 1656. Scđm ſeptuaginta interptes (ſicut Iſidorus exponit) ⁊ alios ꝙ̄ plurimos quos hic ſeqmur hūt annos. 2242 ⁊ ſic differūt in ānis. 586. quos hebrei minus hn̄t in hac etate: et iuxta hanc cōputum matuſale mortuus eſt ante diluuiū: eodeꝫ tm̄ anno quo diluuiuꝫ fuit. Scđa etas incipit a diluuio: et durat vſqꝫ ad natiuitatem abrahe: ⁊ habuit ſm hebreos annos. 292. ſm ſeptuaginta. 942. et ſic differūt in annis. 650. quos iterū hebrei minus hn̄t. Que aūt ſit ratio tante diuerſitatis inuenire nō potui. Tercia etas incipit a natiuitate abrahe: ⁊ durauit vſqꝫ ad initiū regni Dauid hn̄s ſm hebreos annos. 941. ſm ſeptuaginta. 940. Quarta etas incipit a principio regni dauid ⁊ durat vſqꝫ ad tranſmigratōeꝫ babilonis: ⁊ habet annos. 484. ſm hebreos. ſm ſeptuaginta. 485. Quinta etas incipit a tranſmigratōne babilonis. ſcilꝫ qn̄ hieruſalē deſtructa fuit: ⁊ templū in ea incenſum: et durauit vſqꝫ ad benedictā natiuitatem xp̄i habens annos ſm hunc modū pretactum quem hic ſequimur 590. Et ſicut ꝑdictum eſt grandis eſt altercatio de ſupputatōne annoꝝ hui⁹ etatis diuerſi diuerſimode cōputāt. Sexta etas incipit a xp̄i natiuitate ⁊ durat vſqꝫ ad finem mundi cui⁹ terminum ſolus deus nouit ⁊ hec dici᷑ ſenectus: ſiue hora nouiſſima. His aūt etatibus pōt adiūgi ſeptima etas q̄ eſt quieſcentiuꝫ. et currit cum ſexta: et octaua etas q̄ eſt reſurgentium. Porro ſm hebreos in prima etate mundi ſunt generationes. x. In ſcđa. x. In tercia. xiiij. In quarta xvij. quas tamē Matheus gratia miſterij. xiiij. ponit. In quinta. xiiij. Etates aūt hominis ſūt iſte. Prima ē infantia hōis a natiuitate hōis vſqꝫ ad ānos. 7. Scđa etas eſt puericia vſqꝫ ad ānos. xiiij. Tercia etas ē adoleſcētia a. 15. anno vſqꝫ in. 38. Quarta ē iuuēt⁹ vſqꝫ ad. 49. Quinta ē ſenect⁹ a. 50. āno vſqꝫ ad. 79. Sexta ē decrepita etas ab āno. 80. vſqꝫ dum vita fini᷑.

PRima etas mundi ab Adā vſqꝫ ad diluuiū habet ſm̄ Hebreos ānos 1656. ſm̄ ſeptuaginta interp̄tes Iſidoruʒ ⁊ plures alios quoruʒ numerus in etatibus conſequēter ponitur habuit annos. 2242.

SVmma bonitas volens cōmūicare ſuuʒ bonū ⁊ alijs fecit creaturaʒ rationalem q̄ ſummū bonū intelligeret: itelligēdo amaret: amādo poſſideret: poſſidēdo beata eēt. Fecit deꝰ aūt primū hoīeʒ formādo corpꝰ eiꝰ ꝑ miniſterium angeloꝝ de limo terre ī agro damaſceno ⁊ inſpirauit ī faciē eiꝰ ſpiraculum vite: hoc ē aīam creauit: quaʒ corpori facto vniuit. Factꝰ aūt ē homo ad ymagineʒ dei in naturalibꝰ ⁊ ad ſiſitudineʒ in gratuitis. Ecce dn̄s mirabili ꝑfudit gr̄a. Cū ergo marē ad ſiſitudinē ſuā primuʒ finxiſſet: tū etiā feminaʒ ꝯfigurauit ad ipſius hoīs effigiem vt duo inter ſe ꝑmixti ſexꝰ ꝓpagare ſobolem poſſent: ⁊ omnē terrā multitudine opplere.

FOrmatis āīantibꝰ terre ⁊ volatilibꝰ adducẻ ad Adā vt videret ea: cū adā nō īueniret adiutoꝛ ſiſis ſibi. immiſit dn̄s ſoporē in Adā ⁊ tulit vnā de coſtis eiꝰ: replēs carnē ꝓ ea: ⁊ edificauit in mulierē. Quā adā vidēs dixit: h̄ nūc os de oſſibꝰ meis h̄ vocabit̄ Iſſa qđ latīe mł'r interp̄tat̄: qꝛ de viro ſūpta ē. Factū igit̄ adā deꝰ in ꝑadiſum trāſtulit: ⁊ ibi de coſta dormiēt̄ Euā ꝓduxit: ſibiqꝫ sociā formauit: Hāc n̄ fecit de capite ne viro dn̄aret̄: nō de pede viri ne ꝯtēneret̄: ſ3 de latere vt amorẻ vinculū ꝓbaret̄: etiā vt nō loci genẻ nobilitate: ſ3 virtute vnuſqſqꝫ ſibi cōparet gr̄am. Iō extra ꝑadiſuʒ vir factꝰ ē: mulier vero itra paradiſū. Creat̄ deniqꝫ extra ꝑadiſū h̄ eſt ī inferiori loco vir factꝰ melioꝛ inuenit̄ ꝑ Eua q̄ in ꝑadiſo facta fuit Adā igit̄ ꝓtoplaſtū primū hoīem ſummꝰ oīm reꝝ fabicatoꝛ deus ſexto die ſecl'o q̄nta ⁊ viceſima marcij beſtijs terre creatis cūctiſqꝫ reptilibꝰ ⁊ volucribꝰ de limo terre rubeo ī agro damaſceno tāqꝫ creaturaꝝ omnīū finē ⁊ poſſeſſorē finxit.





QUnqꝫ ſuggerente diabolo in forma ſer-
pentis ꝓthoparētes mandatuꝫ dei trāſ-
greſſi fuiſſent: maledixit eis deus: et ait
ſerpenti. Maledict⁹ eris inter omnia animātia
⁊ beſtias terre: ſuper pectus tuum gradieris: et
terram comedes cunctis diebus vite tue. Muli-
eri quoqꝫ dixit. Mltiplicabo erūnas tuas: ⁊ cō-
ceptus tuos: in dolore paries filios ⁊ ſb̄ viri po
teſtate eris: ⁊ ipē dominabitur tibi. Ade vō dixit
Maledicta terra in opere tuo i laboribus come
des ex ea: ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi: in
ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuer
taris in terram de qua ſumptus es. Et cū feciſſꝫ
eis deus tunicas pelliceas eiecit eos de paradi-
ſo collocans ante illum cherubin cum flammeo
gladio: vt viam ligni vite cuſtodiat.

ADam primus homo formatus de limo
terre triginta annorū apparens impoſi-
to nomine Eua vxori ſue. Cuꝫ de fructu
ligni vetiti oblato ab vxore ſua comediſſet: eie-
cti ſunt de paradiſo voluptatis: in terram maledi
ctionis vt iuxta imprecationeꝫ domini dei. Adā
in ſudore vultus ſui operaretur terram: et pane
ſuo veſceretur. Eua quoqꝫ in erūnis viueret fili-
os quoqꝫ pareret in dolore. quam incompabili
ſplendore decorauit. eā felicitatis ſue inuid⁹ ho
ſtis decepit: cū leuitate feminea fructus arboris
temerario auſu deguſtauit: ⁊ virū ſuū in ſentētı-
am ſuam traxit. Deinde perizomatibus foliorū
ſuſceptis ex delitiaꝝ orto in agro ebron vna cuꝫ
viro pulſa exul venit. Tandem cuꝫ partus dolo
res ſepius experta fuiſſet cuꝫ laboribus in ſenū ⁊
tande in morteꝫ ſibi a domino predictā deuenit.

# De opere prime diei.

Dixitqꝫ deus fiat lux. Et facta ē lux. Et vidit deus lucē ꝙ eſſet bona. Et diuiſit lucē a tenebris. Appellauitqꝫ lucē diem. Et tenebras noctē. Factūqꝫ ē veſpere ⁊ mane dies vnus. Moyſes mirū artificiū diuina nō hūana induſtria totiꝰ nature ſecretis apte cōueniēs in ſuo libro oſtentat. q̄ oēm doctrinā ⁊ eloq̄ntiā ⁊ ingeniū ſupat. Glorioſus eñ deꝰ. q̄ ē vera lux. lucēqꝫ diligēs. oīa in luce faciēs. Mūdi fabricā a luce rectiſſime inchoauit. Que tribꝰ diebꝰ vſqꝫ ad q̄rtā (in q̄ lūiaria formata ſunt) circuitu ſuo diem naturalē peḡit. Extatqꝫ nobiliſſimū corpoꝝ ſpūali creature finitimū atqꝫ optimū. ſuā pulcritudinē maxie cōicans. Cū pūctꝰ minimꝰ totiꝰ mūdi ſpaciū repleat. Ideo lux ſola ē. q̄ mūdꝰ totꝰ bonꝰ ⁊ pulcer ē: ꝑ immundaqꝫ ſine corruptōne trāſiēs. Et merito lucē vidit q̄m bona. Cū nihil aliud ſit q̄ȝ p̄mi boni imago tenuis ⁊ vmbratilis ſilitudo. Statim tractāte ſpū aq̄s illas ⁊ ꝑuadente ſbiectū iuſſu dei artificis exorta ē lux decus ⁊ ſplendor: vt nubes lucida ſupiores mūdi ꝑtes ſua claritate illuminās. vt in diluculo fieri ſolet: ꝑ modū ſolis agitata: ſupiꝰ emiſperiū: ⁊ viciſſim inferiꝰ illuminās. Et poſtea diuiſit: vt tenebre ⁊ lux diuerſa emiſperia vendicaret. Appellauit lucē diē a claritate q̄ purgat tenebras: tenebras a nocēdo noctē. ne oculi videant. Secundū hāc ꝑtiū dimēſionē diē fecit ⁊ noctē. q̄ ſpacia ⁊ orbes tēpoꝝ ꝑpetuos ac volubiles quos vocamꝰ annos alterna ꝑ vices ſucceſſione ꝯficiāt. Hc factū ē dies vnꝰ: q̄ fuit p̄mꝰ dies ſeculi: nō p̄mꝰ dieꝝ oīm ideo nō p̄mꝰ ſ; vnꝰ noiatꝰ ē. Et ſic eo die fecit deꝰ materiā informē. Angelos. Celū. lucē. terrā. aquā ⁊ aerē ⁊c. Ipiꝰ q̄ȝ terre duas ꝑtes ꝯrias inter ſe diuerſaſqꝫ ꝯſtituit. ſ. orientē occidentēqꝫ. Ex q̄bus oriens deo acceſeſ. q: ipē lumis fons ⁊ illuſtrator ē rex. Et qꝺ oriri nos faciat ad vitā ſempiternā. Occidēs autē ꝯturbate illi puēqꝫ mēti aſſcribiſ. qꝺ lumē abſcōdat. qꝺ tenebras ſꝑ inducat. Et qꝺ hoies faciat occidere ⁊ interire pctis. Nā ſic lux oriētis ē. In luce aūt vite ratio ꝟſaſ. ſic occidētis tenebre ſunt. In tenebris autē mors ⁊ interitꝰ ꝯtineſ. Deīde alteras ꝑtes eadē rōe dimēſus ē: meridiē ac ſeptētrionē: q̄ ꝑtes illis duabꝰ ſocietate iungūſ. Ea ēi q̄ ē ſol' calore flagrātior ꝓpria ē: ⁊ coheret oriēti. At illa q̄ frigoribus ⁊ ꝑpetuo gelu torpet. eiuſdē ē cuiꝰ extremꝰ occaſus. Nā ſic ꝯrie ſunt lumini tenebre: ita frigꝰ calori. Ut igiſ calor lumini ē ꝓximus: ſic meridies oriēti: vt frigꝰ tenebris. ita plaga ſeptētrionis occaſui. Hec omnia opus quarte diei vberius manifeſtabit.



## De paradiſo ⁊ quatuor fluminibus eius.

Paradiſum terrenum ſeu deliciarum ſub linea equinoctiali verſus oriens ſituatum a principio dominus deus plantauerat. Qui latine hortus ſiue pomariū dicitur Hebraice heden quod delicie ſonat: quaſi deliciarum hortum omniū arbor₂ genere conſitum Ubi ⁊ lignum vite poſitum erat. Nūc locū muro igneo a terra vſq₃ ad celum perfecte vallatuȝ aiunt. Hic etiam cherubin aſſerūt flāmineo gladio anteſtare prohibentem volentes adire. In quo Adam ⁊ Eua fuerunt producti: demū peccato gule expulſi. In co q₃ poſiti Enoch voluptuantur ⁊ helyas morituri manibus antixp̄i: hic auteȝ locus in oriente longo maris tractu a noſtro habitabili ſegregatus om̄i amenitate cōſpicuus ſcribitur. Qui habȝ ſalubritatem amenitatem atq₃ iocunditateȝ de cuius medio fons egreditur qui totum irrigat. Qui q₃ in quatuor naſcentia diuiditur flumina vt expoſitores Geneſeos profitentur.

## Ganges qui ⁊ phiſon

Primus fluui⁹ phiſon q̄ ⁊ gāges appellat̄ fluuius indie pergrādis atq₃ famoſus: qui vniuerſam circuit indiam. Is in orientem tendens a. xix. maximis atq₃ nauigabilibus fluminibus augetur. Et vltimo pluribus oſtijs occeanum ingreditur. Quotcunq₃ autem exundet alueis in mare: adeo grādis eſt vt vbi minus occupet latitudinis. viij. M. paſſuum pateat: vbi plurimuȝ centum altitudinis nuſq₃ minus. xx. paſſibus reperitur. Aduerſus quem Cyrus perſarum rex quaſi cepti oblitus bellum inauditum ſumpſiſſe fertur. Nā cū vnū ex regijs equis candore atq₃ forma precipuum quem fiducia tractus trāſuadare perſuaſerat: a vortiginibus vndaruȝ circumagi atq₃ abſorbi vna cum inſidente cerneret aiūt iratuȝ iuraſſe ſe illum adeo extenuaturum: vt qui equū atq₃ equitem optimū abſorbiſſet: mulieribus vix genua tingētibus vadoſum faceret. Nec verbis opus defuit. Nam totis in hoc expoſitis copijs. In cccc. lx. alueos flumen detraxit. Anno integro operi dato nō obſiſtente q̄ nili more augeri dicat̄ certo anni t̄pe et adiacētes fecūdare agros.

## Gion qui ⁊ Nilus

Gion qui ⁊ nilus ſecundus appellat̄ fluuius totius orbis ꝑmaxim⁹ fluuius arbitratur. Huic ſ̄m quoſdam latine nomine melo. Alij dicunt hunc eſſe quem theologi Geon. nūcupant: ⁊ ex paradiſo deliciarū fluere: incole Nilum vocant ꝓpter limū quem trahit: ⁊ eo egiptia arua fecundat. Is e nigro flumine quem accole nili patrem dicunt rapido veniens curſu affricam omnem ab Ethiopia ſeperat: ⁊ plurimas inſulas faciens venit ad eā clariſſimā Meroem a dextris eius nominat⁹ aſtuſapes q̄d idē ſonat quod latens. Et ꝑm̄ aſper partim q₃ nauigia deferēs in ampliſſimū effunditur lacum: deinde varijs incitatus irritamentis montium coartatur rupibus: ad eum locum deueniens ethiopum qui Cattaduppa vocatur tam violēter inter obuios ſcopulos ſuo impellitur impetu: vt vaſto aquarum ſe frangentium rumore incolarum aures in ſurditatem vſq₃ ledat: deinde lenis violentia poſita placid⁹ ac nauigabilis efficitur. Et primo circa cercaſorū oppidum incipit eſſe triplex. Cuius pars vna ad deltam ⁊ meliam declināſ iterum ſeperatur. et ſic diuiſus atq₃ vagus: alijs etiam alueis varie ſeperatis in ſeptem poſtremo totus diuiſis partibus omnē egiptum irrigat annuo incremēto. Et demum egiptio mari ꝑ ſeptem ingentia miſcetur hoſtia. Scripſerunt veteres hunc eſſe ſiluarum altorem permaximum et beluarum immaniū productorem ⁊ crocodrillor₂ ⁊ hippotamoruȝ ⁊c̄. Preterea calami atq₃ papiri: ⁊ agrorum fecundatorum inclitum ſuis annuis incrementis. Que fieri contingit vt plurimū ſole tenente leonis finem: ⁊ ad medium vſq₃ virginis augeri demum declinare: et in ripas reuocare aquas incipere: donec ſol virginis in finem vel libre p̄ncipium venerit: ⁊ tunc totum infra veterem alueum contineri aſſerunt fluminis hu⁹ aquas talis eſſe virtutis vt fecundas faciat mulieres.

## Tigris.

Tigris Tercius qui ſc̄dm Joſephum dilat quod ſonat acutum: eo q̄ velociſſimus ſit Armenie maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam a noſtris vnus ex quatuor ꝑadiſi delitiar₂ exeuntib⁹ affirmatur. Is quom medorum fines attigit repētinus factus: tigris nomen aſſumpſit: ſic em̄ ſagittam volucrem medi vocant: nec diu ⁊ comperto aritiſſa lacu curſu q₃ ſeruato violentus ⁊ integer atq₃ diſcolor ꝑ illum effertur. deinde tauro monte obuio antro montis immergit̄. Et ꝑ latebras merſum in aduerſam partem vluas et purgamēta plurima ſecum trahens apud lacum qui Lorāda appellatur omnia demerſa ferens: factuſq₃ iterum fluuius in cuniculos mergit̄ iterato. Et poſtq₃. xxv. mil. paſſuū occultus excurrit: tercio redditur terris in regione ſophen circa nymphеum adeo ꝓpinquus Arſenie fluuio in regione Arthem: vt quom quacūq₃ ex cauſa intumuerit: ſeruatis ſibi quiſq₃ vndis ſuis confluant vna: cuius rei teſtimonium lenior Arſenie curſus eſt. Qui mox diuiſus in Euphratem iter dirigit relicto tigri. Qui ſuſceptis ex armenia claris fluminib⁹ parthenios ⁊ alios diſiūgit. Et vt aſſerunt aliq̄ Niniuē in partes diuidit et Meſopothamiam faciens luſtratis radicibus montium Coridriorum circa Apamiam Seleutiā atq₃ babiloniā. xxv. mil. paſſuuȝ in alueos diuiſus duos funditur. Quorum vnus quem meridienſem vocant Seleuciam ⁊ Meſſenem alluit. Alter autē in ſeptētrioneȝ verſus campos caucaſi irrigat: ⁊ vbi in vnum rediere alueum tigris dictus eſt. Uerum

cum hos .lx. mil. paſſibus ampliauit vaſto effuſus alueo dextra carmãs oppidi perſicum ĩ mare deſertur: nec vno tamẽ hoſtio ſed pluribꝰ miſcetur eidem. Alij vo dicunt hunc rubro infundi mari.

## Euphrates.

EUphrates quartus fluuius qui frugifer ſonat inter ceteros fluuios memoratu plurimo celebris eſt. tam veterꝝ litteris ꝙ̃ exundationibus ſuis. Hũc quidaꝫ volũt ex paradiſi fonte mortalibus quidem incognito deriuari. alij dicũt in armenia maiori in mõte cui paracoatra nomẽ haud longe a fonte tigris oriri. Is aliquibus ſuſceptis fluminibus validior factus in taurũ mõtem vires experit̃ ſuas. Cui cum nõ reſiſtat taurus progreditur victor: ſed ſaxoſus atqꝫ violentus ad dexteram Comagenam: ad leuam autem relinquit arabiã. Verũ ſunt qui velint eum in alueos duos diuidi: quorũ alium in tigrim effundi dicũt: reliquũ vo p̱ meatis medorꝝ gordianorumqꝫ terris in Meſopotamiã ferri. Et babiloniam quondaꝫ Caldeorꝝ reginam in p̱tes duas curſu medio ſeperare. Inde hic idem poſtqꝫ aliqꝫdiu effluxit qui nauigabilis ⁊ ingens ante fuerat in paludibus diſperſus ampliſſimis tenuis efficit̃ riuus ⁊ incognitus (vt aiũt) nuſqꝫ aperto exitu effluit. Eſto ſint q̃ dicant eũ in mare rubrũ fundi. Voluntin ſuo hũc nili more ⁊ fere eodẽ temp̱e Meſopotamiã irrigare: atqꝫ fecũdam facere et ſeſe in alueũ ſtatuto tempore reuocare. Quãobrem euꝫ nomen Euphratis ſortitũ volũt. Cũ hebraice Euphratas fertilitas appellet̃: dicunt ⁊ alij aquas eius eſſe vitales. Et ob id a priſtis auxeneum fuiſſe vocatum.

CUm omnia in quibus hiſtoria verſatur complecti rerũ ſcriptores deceat: pauca de diuerſitate maris ac eius nominibus iuxta varietatem regionũ adiũgere libuit.

HOmerus terrã omnẽ quã icolimus abluii occeano p̱didit. Neqꝫ alienũ eſt inſulam eam eſſe. Naꝫ quocũqꝫ accedere ad extrema terre mortalibus p̱miſſum eſt mare ĩuenitur. Quod occeanũ appellamus: ⁊ hũc noſtre habitabilis terminum quaqꝫ verſum exiſtimãt. Occeanus autem quem greci ſic nominãt de celeritate: ab occaſu ſolis irrumpẽs leuo latere europam radit. affricamqꝫ dextro ſciſſiſqꝫ calpe et abĩna montibus. quos dicũt colũnas herculis inter mauros funditur ⁊ hiſpaniaꝫ. at freto iſto quodaꝫ oſtio aperit limẽ interni equoris mixtꝰ mediterraneis finibus quouſqꝫ ad orienteꝫ p̱pellit. Horũ qui hiſpanias perfudit. hibericus fertur. ⁊ balearicus qui in narbonẽſem p̱uinciam: gallicus mox liguſticus ab eo ad Siciliam tuſcus. quem greci Ioniũ vel tyrrhenũ Itali inferum vocitant. a ſicilia vſqꝫ cretam ſiculus: inde creticus qui in pamphiliam ⁊ egiptum p̱tendit. Que aquarum moles torto in ſeptentrionẽ prius latere amfractibus magnis iuxta grecias yllyricum ⁊ helleſpontum in anguſtias ſtringitur p̱pontidis. Que p̱pontis aſiam Europãqꝫ diſcriminat. Cauſam nominuꝫ nõ vniformis dedit ratio aſiaticum et phoeniciũ a prouincijs dictum: ab inſulis carpathium egeum Icareuꝫ cyprium. a gentibus auſonium dalmaticum liguſticum. ab oppidis hadriaticum argolicum. ⁊c̃. Egiptiũ pelagus aſie datur. gallicum Europe. affricanum libye. Hec in gremijs terrarum. Oras autem extremas vt dictum occeanus amplectitur. Qui a littoribus ſuis arabicus perſicus Indicus: eous: ſericus: hyrcanus: caſpius ſcithicus germanicus gallicus atlanticus. libicus. egyptius dicitur. Cuius acceſſus incremẽta circa littora indie vehementiſſime proruunt: maximoſqꝫ ibi exitus faciunt. ſiue quod ſuſpẽſius altius tollatur vi caloris. ſiue ꝙ in ea parte orbis ⁊ fontium ⁊ fluminũ copia ſit effuſior. Circũnauigari an hec inſula queat: dubitatũ eſt. Strabo Gnoſius auſtrale pelagus p̱pter intollerabilem eſtum. boreale quoniã frigore concretum eſſet: minime nauigari poſſe putauit: Iulius Solinus iube teſtimonium adducit qui vniuerſe partis terre meridiane quaꝫ plurimi p̱pter ſolis ardorem peruiã negauerunt facta vł gẽtiũ vel inſularum cõmemoratione ad confirmande fidei argumentum: oĩne mare qđ ab india vſqꝫ in hyſpaniã retro affricam cingit: nauigabile affirmauit. Plinius veronenſis ſcribit in arabico ſinu res gerẽte Ceſare auguſti filio: ſigna nauium ex hiſpanienſibus naufragijs fuiſſe recognita: ⁊ annone florẽte Carthaginis potentia circũuentum a Gadibus ad finem arabie. eam nauigationem ſcripto prodidiſſe. Corneliuꝫ quoqꝫ nepotem auctorem facit qui Eudoxiũ quendam ſua etate cum lathirũ regeꝫ fugeret Arabico ſinu egreſſum Gades vſqꝫ profectum cõmemorat. Celiũqꝫ antipatrem a ſe viſuꝫ: qui ex hiſpania cõmercij gratia vſqꝫ in Ethiopiam nauigarit. De ſeptemtrionali occeano maior contentio eſt quem tamen magna ex parte diui Auguſti auſpicijs: circa germaniam nauigatum cõſtat vſqꝫ ad Cimbrorum promontoriũ. Caſpia vo littora Macedonum armis Seleuco ⁊ Anthiocho regnãtibus ita explorata et pernauigata ſunt: vt p̱uo breuius ꝙ̃ totus hinc atqꝫ illinc ſeptemtrio ſit remigatus. Plinius nepotiſ teſtimonio vtitur qui metallo celeri Gallie proconſuli donatus a rege ſueuorꝫ indos aſtruit: qui ex india cõmercij cauſa nauigantes tempeſtatibus eſſent in germaniam arrepti. Apud Ottonem hiſtoricũ legitur ſub imperatoribus theutonicis indicam nauium ⁊ negociatores indos in germanico littore fuiſſe dep̱henſos: quos vẽtis agitatos ingratis: ab oriẽtali plaga veniſſe cõſtabat qđ accidere minime potuiſſet ſi (vt pleriſqꝫ viſum ẽ) ſeptẽtrionale pelagus innauigabile cõcretumqꝫ eſſet. A colũnis herculeis mauritanie atqꝫ hiſpanie et galliarum circuitus: totuſqꝫ forme occidens hodie nauigatur. Orientem nobis incognitum: cuꝫ religionum atqꝫ imperiorum diuerſitas. tũ barbaries immẽſa reddidit; veteres tamen nauigatum produnt.

# Nota de paradiſo hec ſequentia ſm doctores diuine ſcripture

FUit aūt ille locus ſm Damaſce. exulta
tionis vniuerſe, ꝓmptuariū q̄ terre excel
ſior poſitus eſt. ⁊ tpato ac puriſſimo ae
re refulget: plantis ſemꝑ floridis comatus eſt:
bono odore plen⁹ nullū irrōnabiliū inhabitat.
Eſt etiā ſm yſido. om̄i genere ligni ⁊ pomiferū
arboꝝ conſitus: nō eſtus ſed tempies aeris per/
petua. E cuius medio fons ꝑcurrens totum ne
mus irrigat. Et ſm mgr̄m i hiſtorijs ſuꝑ Gen̄.
Paradiſus ē in principio mūdi partis orienta-
lis locus. tam altus ꝙ aque diluuij vniuerſalis
ipm̄ nō attigerūt: qꝛ ſm Strabū ⁊ Bedā pertin
git paradiſus vſqꝫ ad globū lunarem qꝺ tamen
q̄dam impugnāt vt Henricus de Gruocdia. Et
alij quidā. ⁊ eſt locus ameniſſimus lōgo tractu
terre ⁊ maris: ⁊ ſi homo non peccaſſet deus qui
totum mundū fecit: ⁊ paradiſum ampliaſſet. ſic
ꝙ om̄es homines cōcluſiſſet. Arbores paradi-
ſi comā nunqꝫ perdunt. Ibiqꝫ Enoch ⁊ Helias
vſqꝫ hodie incorrupti perſeuerant: vt dicit mgr̄
in hiſtorijs. Et paradiſus tante eſt altitudinis.
ꝙ eſt inacceſſibilis ſm Bedam. et tam altus ꝙ
ethereā regionem contingat. ⁊ ꝙ aque caden
tes de eo tm̄ faciūt ſtrepitum hominibus in vi-
cinio cōmorantibus: vt perdant ſenſum audit⁹.
vt dicit Baſilius in exameron ⁊ ſanct⁹ Ambro/
ſius. Iſte aque ſunt que procedunt de vno fon-
te paradiſi. ⁊ generant quatuor riuos. ſ. phiſon
q̄ ⁊ ganges dicit̄. Geon qui et Nilus. Tigrim
⁊ Eufratē. quo ipſi vero quatuor riui fluant ha
betur Geneſ. ij. Et eſt paradiſus ſm Albertum
magnū: locus temperatiſſim⁹ libre ⁊ arieti pe-
ne ſuppoſitus. quia in oriente iuxta torridaꝫ zo
nam. Ideo bis in anno ſol pertranſit centrū pa
radiſi. ⁊ eſt ibi aer ſubtiliſſimus ⁊ incorruptus:
⁊ ſemper equinoctium: ⁊ vterqꝫ polus ibi vide
tur: ab Helya ⁊ Enoch inhabitatur: et arbores
bis ibi in q̄libet anno fructificant. quia duplex
eſt ibi eſtas. ⁊ duplex hyems in anno: et vtrūqꝫ
noſtrum ſolſticium ē eis profundiſſima hiems:
⁊ vtrūqꝫ equinoctiū profundiſſima eſtas. Ideo
dicit Marcianus ꝙ in India ſingulis ānis due
ſunt eſtates ⁊ fruges bis metūtur. Patet igitur
ꝙ eſt locus altiſſimus terre. Secretiſſimus. Tē
peratiſſimus. Ameniſſimus. quia eſt ibi loci vi
riditas: florum venuſtas: flagrantia aromatum
Irriguū fontium. Ambroſitas arboruꝫ. Uber
tas fructuū: Cantus auiū. Quinto locus ordi-
natiſſimus. Sexto fertiliſſimus. ideo bene ort⁹
omniū deliciarum dicitur.

FEcit quoqꝫ deus ad ornatum et decoreꝫ
paradiſi triplex genus lignoꝝ ſm. yſid.
⁊ Auguſti. de ciuitate dei. Unū ad ſuſtē
tationem vite per nutrimentum: de quo dedit p̄
ceptum affirmatiuū dicens. Gen̄. ij. ex omni li-
gno paradiſi comede. Aliud fuit ad ꝓbatōneꝫ
obedientie. ſ. lignum ſciētie boni ⁊ mali: de quo
dedit preceptum negatiuū dicens. de ligno autē
ſciētie boni et mali ne comedas. quod tamē nō
ſeruarunt noſtri parentes primi. Ideo guſtato
pomo aperti ſunt oculi eorum. ſ. ad concupiſcē/
dum ſeinuicem. ad quod ante non patebant ſm
Auguſti. ibidem in gloſa. non ꝙ ante ceci erant
ſicut quidā falſe imaginati ſunt. Et cognito pru
ritu carnis ⁊ libidinis in ſe. ⁊ ſe eſſe gratia ſpo-
liatos conſuerūt perizomata id eſt ſuccintoria ſi
ue bracas de folijs ficus vt ſic ſe cooperirēt ⁊ de
fenderent. Non tamen eſt intelligendum ꝙ pec
catum Ade ⁊ Eue fuit ex parte fructus illius li/
gni vel eſus eiuſdem vt dicit Auguſti. de ciuita/
te dei. ſed ratione affectus inordinati preponen
tis ſe diuine iuſſioni: quia aliud ē prohibitum:
quia pctm̄ ⁊ malū ſicut homicidiū furtū ⁊ men/
daciū. Aliud vo eſt pctm̄ ex eo: quia ē ꝓhibitū
ſic fuit hic. Comeſtor dicit ꝙ lignū ſcientie bo-
ni ⁊ mali dictū eſt ex eo. ꝙ ex eius comeſtōne ſe
cutū eſt: qꝛ ſenſerūt ſtatim poſt comeſtōnem ma
lum egritudinis ⁊ imbecillitatis ac rebellionis
carnis cōtra rationem. et ſic ceperūt cognoſcere
bonū ſanitatis firmitatis obedientie ac malum
infirmitatis egritudinis imbecillitatꝭ ac inobe-
dientie. ſicut medicus melius nouit morbos cū
non ſolum infirmos viſitat ſed cum ip̄e infirma
tur. Nam quod prius nouit per ſcientiā: poſtea
diſcit per expientiam. Naꝫ dulcia non meminit
qui nunqꝫ guſtauit amara ⁊ econuerſo. Tercium
fuit lignum in paradiſo nobilius alijs. ſ. ligmuꝫ
vite ⁊ hoc tripliciter. Primo ꝓpter effectum. qꝛ
dabat ſe comedenti cauſam immortalitatis ⁊ ꝓ
hibebat cauſaꝫ infirmitatis ⁊ imbecillitatis: nō
tamē virtute naturali pure: ſꝫ magis gratuite ꝓ
pter virtutē anime obedientis deo: que erat im/
mortalitatis cauſa principalis ipſius corporis
ſm Tho. in ſcripto ſcd̄i ſenten. quia quotiēs
homo fuiſſet infirmatus de iſto ligno ſumpſiſſꝫ
⁊ ſanitati datus fuiſſet: ⁊ hoc ſic cōtinuaſſet vſ-
qꝫ dum numerus electorum completus fuiſſet.
tunc omnes ſimul in celum rapti fuiſſent. Scd̄o
ꝓpter ſitum: quia ſitum erat i medio paradiſi q̄-
ſi precioſius et dignius oim̄. ſicut cor animalis
in medio corporis ponitur: et quod totum cor-
pus viuificat figurans crucem chriſti viuifican/
tis totū mundū et trahentis ad ſe omnia. Ioh.
xij. Tercio ꝓpter ſacramentū ſm Augu. vbi ſuꝑ
vbi dicit ꝙ per lignū ſcientie boni ⁊ mali ſigni/
ficatur liberꝫ volūtatis arbitriū. per lignū vo vi
te xp̄s ſignificat̄. Ezech. xxxi. Om̄e lignū p̄adi
ſi n̄ ē aſſilatū illi. qꝛ Cāti. iiij. Emiſſiōes tue p̄a
diſus maloꝝ punicoꝝ cū pomoꝝ fructibus.

HUius aūt loci poſt pctm̄ hoīs adit⁹ iter
cluſus eſt: ſepius em̄ vndiqꝫ rūphea flā
mea id eſt muro igneo accinct⁹ ita vt ei⁹
cū celo pene iūgat̄ incendiū. Cherubin q̄ꝫ. i. an
geloꝝ p̄ſidiū arcendis ſpiritib⁹ malis ſuꝑ rum/
phee flagrātiā ordinatū ē: vt hoīes flāme: ange
gelos vo malos angeli boni ſꝫmoueant ne cui
carni vl̄ ſpūi trāſgreſſiōis aditus p̄adiſi pateat.
Hec ille.

Duplex fuit cā immortalitatꝭ hoīs i ſtatu īno
cētie. ſ. intrinſeca q̄ erat vis ꝯſeruatiua ipſi⁹ aīme ⁊
hec a deo. Alia extriſeca. ſ. eſus ligni. Iſtud etiā
lignū vitā longeuā dediſſet homi poſt pctm̄ ſm
Aug. i li. de q̄ſtōib⁹ no. ⁊ ve. teſt. ſꝫ hoi guſt⁹ ei⁹
ꝓhibit⁹ fuit poſt pctm̄. iō dr̄ gen̄. iij. Ipſis āge/
gelis videre ne forte Adam ſumat de ligno vite
⁊ viuat ieternū. i. valde diu. Concor. s. Tho. i.
parte. q. xcviij. arti. iij. Et Alex. ij. pte ſumme.
q. xiiij. ar. xx.

Adam vir ſctūs cūctis dieb⁹ vite ſue ꝓphetie ſpū claruit: pniaʒ magnā ac diuturnā ſe/cit filijs ſuis ꝑcepta iuſticie ṫdit: ꝑcipiēs vt a ꝯſortio cayn ac filiorū ei⁹ oīno abſtinerent. nec cū eis mr̄imonia iūgerēt. Hic ꝑm⁹ nr̄ parēs vno pctō a padiſo nos expulit: ſʒ ſctā ꝯuerſatōe ſua ac pnīa ſua exm̄ nobis dedit ad regni celeſtis gaudia remeādi: q̄ āt h̄ n̄ ſeq̄t de ipo iuſte cōq̄ri nō poterit. Comeſtor dic̄. Adā genuiſſe. 30. filios ⁊ totidē filias ꝑter cayn ⁊ abel. adā fuit pr̄ ⁊ ſocer cayn qꝛ cayn ꝯxit mr̄imoniū cū calmana ſorore ſua. Auguſ. Adā vo mortu⁹ ē hn̄s ānos nōgētos ⁊. xxx. vt dr̄ ī ymagie mūdi. poſtq̄ʒ genuit. xxx. filios ⁊c̄. ⁊ ſepult⁹ ē ī loco caluarie circa hierlm: vbi poſtq̄ʒ aliq̄ʒdiu reqeuit. trāſlatū ē corp⁹ ei⁹ ī ebrō ī terrā de q̄ ſumpt⁹ ē: cui ſnīe concordat Athanaſi⁹ ⁊ docto. hebrei. qꝛ ꝯuenit vt ibi corpus ſuuʒ xp̄us exponeret morti: vbi caput generis humani fuit corruptū: ⁊ vbi ſeminata eſt corruptio ibiq̄ʒ incorruptō orietur: quaten⁹ ſic medicina morbo corrn̄deret. Johes tn̄ in ꝯtrū ſonat vt patet.

Auguſtinus. xiij. de ciuitate dei. humanū genus ideo ex vno homine deus inſtituit vt cōmēdaret q̄ʒ ei grata ſit in pluribus vnitas. que conſideratio multuʒ electis prodeſt: ſanctis angelis in eterna pace ſociādis: verū tāta inmanitate peccādi defecerīt hoīes vt tm̄i⁹ atʒ pacati⁹ iter ſe beſtie viuerēt. Neq̄ʒ. n. vnq̄ʒ inter ſe leones aut iter ſe dracōes q̄lia hoīes bella geſſerūt. vinculū cōcordie diligit deus.

Adam itaq̄ʒ ⁊ Eua ꝑmū oīm parētes. xxx. ſup̄ nōgentos vixere ānos. ⁊ ꝑter Cayn Abel ⁊ Seth cū ſororibus ſuis q̄s ſcriptura cōmemorat. xxx. alios genuerāt filios. Demū q̄ʒ infirmitate correptus Seth filio atʒ alijs interdixit ne ei⁹ filij cū filijs cayn ꝯmiſcerēt. Illū ꝑ oleo mie īpetrādo ad paradiſum vt aiunt: tranſmiſit tandē deficiēs in Ebron ſepelitur. Sūt tn̄ q̄ dicūt eū ī caluarie loco ſepultū fuiſſe



ABel ſecūdus filius Ade natus eſt anno .30. Ade cū ſorore delbora. Iſte abel primus martyr eccl'iam inchoauit q2 i grā, ⁊ iuſticia ꝑmāſit. Si ei ab Adā ichoata fuiſſet nō foret cōtinua. Hūc āt iuſtū ⁊ ſctm̄ ꝯmēorāt euāgelia Qui ab ineūte etate iuſticiā colere ⁊ deū timere didicit. Cui⁹ ꝯuerſatio paſtoralis erat: ⁊ de oib⁹ ꝑnucias deo offerebat. Et ꝓpterea de⁹ ad eius ſacrificia reſpiciēs. ⁊ ei⁹ oblatōez grātam hr̄et germāo pn̄te. q̄ viſo vult⁹ cayn ꝑ ꝯfuſiōe ꝯcidit et inuidie ſtimulo ſauci⁹ cayn i eū ꝯſurrexit ac iterfec. Qui celeſtē citatē ꝑm⁹ ꝯdidit. Et ipi⁹ ciuem ſe ꝑmū ꝯſtituit Centenario ⁊ eo amplius Abel mortuo. Adā poſt centeſimū annū Seth genuit filium.




ANno .cxxx. ſm heb. Scd̄m lxx. iter ꝑtes .ccxxx. Adaȝ genuit ſeth q̄ fuit terci⁹ fili⁹ ade ⁊ nat⁹ ē āno pr̄is ſui .cxxx. inchoāte ſm he. ve. ꝟ ē āno mōi .130. cōpleto vixit āt ānis .912. Iſte ſeth nat⁹ eſt 230. āno ad. q̄u.c. moyſes ꝑtermiſit qb⁹ luxit filiū ſuū abel i valle ploratōnis ꝓpe ebrō. ipe eē ꝓ oleo mīe iperrādo ꝑadiſuȝ adijt. In his duob⁹ primis filijs Ade .ſ. Cayn ⁊ abel ortū hūert due ciuitates ſm Aug. 14. li. d̄ ci. dei. fecert itaqȝ duo amores duas ciuitates. terrenam .ſ. amor ſui vſqȝ ad ꝯtēptū dei. Celeſtez vo amor dei vſqȝ ad ꝯtēptū ſui deniqȝ illa i ſeipa: ꝟ in dn̄o gliat. Illa q̄rit ab hominibus gliam. huic āt de⁹ ꝯſcie teſt̄ maxia ē glia. ad illā ptinet cayn q̄ ꝑmo nat⁹ ē ⁊ citatē ꝯdidit. Ad iſtā ptinz abel. q̄ ſcdo nat⁹ ē ⁊ tāqȝ pe‑

Adam



ſeth Delbora



Enos



Caynan



grin⁹ ꝟ ꝯuerſat⁹. q2 grā ꝑdeſtinat⁹ ciuis ſurſuȝ erat. deniqȝ vt citas dei ſue aduerſarie coopatōe clareſcat. aliq̄ facta reproborum cōmemorare neceſſe fuit.

NEmbroth gigas manu fortiſſimus. Noe ꝓauo ſuo vita functo libidine dñandi ſuccēſus apud babilonios imperium vſurpauit. Cuius regni ꝑncipiuꝫ in campo Sennaar incepit. in quo couentionem habuit vir audaciſſimus ⁊ eloquentiſſimꝰ vt homines a dei timore reuocaret eis ꝑſuaſit vt lateres facerent ⁊ igni coquerent ⁊ turrim edificarent excelſam. Cuiꝰ cacumen vſqꝫ ad celum pertingeret tanqꝫ aſcenſuri per eam in celum. Quam cum edificarēt magna eoꝝ ſuperbia ſe cōtra deum erigentes. Edificātium temeritatem dñs hac ſola animaduerſione ꝑcuſſit. vt gentes due ⁊ ſeptuaginta q̄ ibi couenerant: ⁊ deſcenderant ex tribus filijs Noe quibus vna erat lingua totidem linguaruꝫ confuſione ſupinducta. vt alter alterius vocem non intelligeret. Illa conſpiratio ſic diſſoluta eſt: vt ſuper omnem terre faciem ſpargerent̄. In quo loco aūt hec turris Babel ſtetit paucis notum eſt. Ferunt in oriente eſſe ciuitatem Emporiū nobile chaldeorū ꝓpe Eufratē Baldach vocitatam. Ibi incole aiūt non longe ab vrbe videri magnā cōgeriem lapidum ⁊ deuaſtationem. Et ꝓpter rupes ⁊ animalia venenoſa nō patere acceſſum. eam ibi fuiſſe opinantur. Et ab hac ſingula ad eorum ciuitatem e babilonia traducta. Turris autem altitudo M. clxxiiij. paſſuū a Beda fertur habuiſſe. paulatim altioribus in anguſtijs coartata deſcribitur et vocatū ē nomen Babyl. i. confuſio. Cum ibi fuit labiū vniuerſe terre. Et dñs ſuper faciem cūctaꝝ regionū eos diſperſit.



REgnum Scithaꝝ in regione ſeptētrionali Initiū ſumpſit. Ubi primū regnauit Thanaus. a quo ⁊ thanais fluuius: ingenti cognitus fama nomen accepit. Qui in paludem defluit Meotidem. quēqꝫ Niualem appellauit Uirgilius in quarto Georg. Hec itaqꝫ regio ab ipſo thanais diuiditur fluuio. ⁊ vna pars remanet in europa. Altera in aſia protēditur. Que aūt eſt in europa ad Traciam terminatur: ⁊ pauca gignit animalia: ⁊ a flumine remanet illeſa. Que v̇o in aſia ad orientem vergens: diuerſas cōtinet gentes: de quaꝝ moribus dixit iuſtinus in primo Epitho. Cōmuniter aūt omnes Scithice gētes eqtantes deferunt arcus. Qui nō ex aratro: ꝫ ex feris quas venant̄ victitant. Regnū hoc quāqꝫ vetuſtiſſimū ſit: quia barbaꝝ eſt. Inter quatuor regna principalia non cōputatur. Nulli tamē hoim Scthitica gens vnq̄ꝫ ceſſit: imo ⁊ dariū perſarum regem fugauit. Cyrum occidit. Siphirionam alexandri magni ducem deleuit. Ueſoim egiptioꝝ regem cum omni exercitu ⁊ belli apparatu repulit atqꝫ fugauit. Aſiam ter bello ſubegit: ⁊ per annos multos ſibi vectigalem fecit. Ex ſcithis autem multi exierūt: qui res magnas geſſerunt E quibus amaſones primo clariſſime mulieres: que ī bellis clara geſſere facinora. Bactriani ⁊ parthi ab eis deſcenderunt. Attila etiam magnus ⁊ alij ſui qui pannoniam ſubegit: ⁊ aquileyam euertit: ac in germania multas edidit vaſtitates ab illis deſcendit. Zeliorbes hunorū rex qui contra Juſtinianum imperatorē inſurrexit ex ſcithia originem duxit. Ungari Cathelani Gothiqꝫ vniuerſi ex ſcithis emerſere. Dani quoqꝫ ac Turci ex ſcithia ꝓdierunt. Ea quippe natio ex mago Noe nepote ortū habuit. Barbara em̄ gens eſt. Que nec iuſtum aliquid tenet nec rectum: ſerpentes ⁊ ydola colit: multis inuolutis libidinibus.



REgnum Aſſirioꝝ in orientis plaga Anno vite Baruch. xxv (Euſebio referente) initiū ſumpſit. Qđ quidem regnum pre ceteris omnibus inſignius fuit. Cum per annos. 1302. a primo rege belo Nēbrothide vſqꝫ ad Sardanapallū vltimū: ſub regibus triginta ſeptem porrectum fuerit. Aſſyria aūt aſie regio fuit: que ab oriente fluuio Euphrate ab occidente noſtro mari ⁊ egipto terminat̄. A ſeptētrione v̇o habet Armeniam ⁊ Capadociam a meridie autem Sinū Arabicum habet. Et hec eſt Syria.



Regnum Amaſonum feminarum tempore Ragau inter Scithas ⁊ Albanos ſumpſiſſe ortū ferūt.
Hee certe femine Scithice fuerunt iuxta fluuium Thanaym primum inhabitantes. Deinde ad lo/
ca iuxta termodonta fluuium deuenerunt. Qui ideo ab aliquibus Amozonius vocatus eſt. Inde
vlterius procedentes magnam Aſie partem ſubegerunt. Fuerunt autem his prime regine belligere Mar-
theſia ⁊ lampedona. que ſe a marte genitas perhibebant. Que ex europa procedentes: magnam aſie par
tem ſubegerūt. vbi Epheſum ⁊ Smirnam atqꝫ alias pleraſqꝫ ciuitates condiderūt. Nec eis cum viris res
erat: niſi veris tempore cum quibus vulgo delectari conſueuerant quouſqꝫ grauidas ſe p̄ſentirēt. A quibꝰ
ſi mares naſci ꝯtingerent: enecabantur. Sin feminas āputatis iuuſtiſqꝫ dexterioribus mānis bellica exer
cebant officia. Unde ⁊ amaſones dicte ſunt. Ab a quod eſt ſine: ⁊ māma: quaſi ſine māma. has expugna-
uit hercules ⁊ bellorophon filius Glauci rex Corinthi. de his vide Juſtinū in primo Epitho. libro. ⁊ dio
dorum Siculum.



Regnum Egiptiorum tempore Ragau initiū ſumpſiſſe conſtat. In quo teſte Euſebio primū regna
uit Soros. quod quidem crebris ⁊ diuerſis altercationis ſeu tumultibus mutatum fuiſſe legiṁꝰ.
de quo etiam perſepe in ſacris codicibus habetur mentio. Durauitqꝫ vſqꝫ ad auguſtum. ea quippe
Egyptus a Meſram filio Cham habitari primū cepta eſt. Regio ſiquidez affricana. queqꝫ vt nōnullis pla
cet ab egypto Denay fratre id nomen poſtea adepta eſt. Et vt Plinius in quinto naturalis hiſtorie ſcribit
Ab oriēte rubro mari Aſſirieqꝫ cōiungitur. Ab occaſu Cyrenen ⁊ Aphrice reſiduū habet. Et a meridie vſ/
qꝫ in Ethiopiā protenditur. A ſeptētrione vo Egiptiū mare habet. Et cum in ea raro aut nūqꝫ pluat. Nili
inundatione fecundatur vt in deſcriptione nili ſuperius poſitum eſt.



Regnum Sicionorum in Achaia ſeptuageſimo quarto vite Nachor initiū ſumpſiſſe Euſebius re
fert. vbi primus regnauit Egilaeus: a quo Egilaea vocitata eſt. Que poſtea donaa: deinde Achaia
dicta fuit. Cuius maxime clarum oppidum corinthus fuit. Porro regio hec vt teſtatur Plinius in
quarto naturalis hiſtorie refertiſſima eſt oliuetis. Que etiam lichaonia vocata fuit. De huiuſmodi regno
Auguſtinus. xviij. de ciuitate dei dicit. Sycionorum regnum admodum paruū erat. de quo etiam Uarro
velut antiquo tempore exorſus: multa locutus eſt. Peruenit autem aliquando ad Athenienſes. deinde ad
latinos. poſtmodū ad Romanos deniqꝫ ad Turcos. hoc quippe regnum durauit vſqꝫ ad Heli ſacerdotis
tempora ſub regibus quinqꝫ ⁊viginti. Ac duobus ⁊ ſexaginta ſupra octingentos annos. poſt quos ſacer
dotes carnij conſtituti ſunt.

## De inſulis in generali. Capi.

Inſule dicte ſunt: eo ꝙ in ſalo .i. mari ſite ſunt. Ex his notiſſime ⁊ maxime ponēde ſunt. Britānia occeani inſula interfuſa mari toto orbe diffuſa. vocabulo ſue gētis cognominata eſt. Hec aduerſa galliaꝝ parte ad ꝓſpectum hiſpanie ſita eſt. Circuitus eiꝰ q̄dragieſocties ſeptuaginta q̄nq̧ milia paſſuū. multa ⁊ mag̃ flumia in ea: fontes calidi: ⁊ metalloꝝ copia larga ⁊ varia. gagates lapis: et Margarite plurime ibi ſunt. Hec etiam dicit̃ cōmunis anglia. Thanathos inſula occeani freto gallico a britānia eſt vario termino ſepata. Tiloe vltima inſula occeani. Tilos indie inſula ē ſm ſolinū. Hec fert palmas oleū ⁊ vineas. hec om̄es terras hoc ſolo miraculo vincit ꝙ quecunq̧ arbor in ea ē nunq̄ caret folio: ibi mons caucaſus qui maximā orbis partem perpetuis iugis penetrat: arbores piperis ibi ad ſimilitudinem iuniperi. Orchades inſule occeani. intra britāniam poſite numero .xxiij. quarū .x. deſerte ſunt ⁊ .xiij. coluntur. Scotia eadem ⁊ hibernia ꝓxima britānie inſula ſpacio terrarum anguſtior ſed ſitu fecundior. Hec ab affrica in boreaꝫ porrigitur: illic nulla anguis. nulla apis. auis rara

Gadis inſula in fine bethice prouincie ſita. q̄ dirimit Europam ab affrica in qua herculis colūne ſunt. Fortunate inſule hoc vocabulo ſignificant omnia ferre bona: quaſi felices ⁊ beate fructuū vbertate vnde ⁊ gentiliū error et ſecularium carmina poetarum propter ſolis fecunditatem eam paradiſum putauerunt. Harum prima dicitur membronia: ſecūda Junona: tertia Capraria. quarta Theode: alia viuaria. hec ſite ſunt in occeano contra leuam mauritanie.

Gorgondes inſule ſunt occeani. Itē Heſpidū inſule criſe ⁊ argire. Taprobana hec oēs inſule occeani. Sunt ⁊ alie inſule que ab helleſponto vſq̧ ad gades in mari magno ſunt cōſtitute. Et primo cyprus inſula a cypro que ē in ea nomē accepit: ip̄a eſt. ⁊ paphon veneri cōſecrata famoſa quondam diuitijs maxime eris. Ibi enim prima inuentio huius metalli fuit et vſus. Creta inſula grecie pars ē ingens cōtra peloponenſem: ibi abſcōditus eſt iupiter ⁊ enutritus. Fuit autem quondam centum vrbibꝰ nobilis: vnde et centopolis dicta eſt. Prima remis ⁊ ſagittis claruit. Prima litteris iura fixit equeſtres turmas prima docuit. ſtudium muſicum ſpondeis ⁊ dactilis in ea ceptū eſt. Capris copioſa: ceruis eget. lupos vulpes ⁊ alia ferarū noxia nuſq̄ gignit ſerpēs nullus: nulla noctua ⁊ ſi inueniatur ſtatim moritur: larga eſt vitibus ⁊ arboribus: diptamus herba ibi naſcit̃. phalangos venenatos gignit. Abidos inſula eſt europe ſuper helleſpōtum poſita. Choos inſula eſt adiacēs prouincie athice in qua ypocrates medicus natus eſt. Et vt varro teſtis ē pma arte lanificij i ornamētū feminaꝝ claruit. Ciclades inſule greci quidaꝫ autumant dictas: eo ꝙ ⁊ ſi ſpacijs longioribus a delo proiecte in orbes tamen circa delon ſite ſunt. Nam orbem ciclon greci dicunt. Quidam vero non ꝙ in orbem digeſte: ſed propter ſcopuloſos qui circa eas ſunt dictas ciclades putāt. Hec in helleſponto inter egeum ⁊ maleum mare conſtitute. Circūdantur etiaꝫ pelago mirtheo. Sunt aūt om̄es nūero quinquaginta tres: metropolis earum rhodus

Delos eſt inſula ī medio cicladuꝫ ſita: ⁊ dicta delos fertur: quia poſt diluuium ogigi tempibꝰ notatur cum orbem multis menſibus nox continua inumbraſſet ante omnes terras radijs ſolis illuminata: ſortitaq̧ ex ea nomē ꝙ prima viſibus manifeſtata fuiſſet. Nam delon greci manifeſtum dicunt. Ip̄a eſt ⁊ ortigia vbi primū viſe ſunt coturnices aues quas greci ortigias vocant. In hac inſula latona enixa eſt appollinē ⁊ dyanā. Delos autem ⁊ ciuitas dicitur ⁊ inſula.

Rhodus prima cicladum eſt. Carpathos eſt vna alia ex cicladibus. Citherea alia eſt ex cicladibus vbi eſt ortavenus. Ycharia ē alia.

Chyon inſula Sira lingua appellatur: eo ꝙ ibi maſtix gignitur. Samo inſula eſt in mari egeo: vbi nata eſt Juno ex qua fuit ſibilla ſamia ⁊ pitagoras ſaniꝰ a quo philoſophie nomen inuentū ē. In hac inſula pmo vaſa fictilia repta dicūt. Sicilia a ſichano rege ſichania dicta eſt deinde a ſiculo ytali fratre ſicilia dicta. Priꝰ āt trinacria dicta ꝑter tria acra .i. promontaria pelorū. pathinū et lylibeuꝫ: h̄ ab ytalia exiguo freto diſcreta eſt: affricū mare proſpectans: terris frugifera: vētis ⁊ ſulphure plena. Vñ ⁊ ibi ethne montis extant incēdia: in cuius freto ſcilla ⁊ caribdis quibus nauigia aut abſorbentur aut colliduntur. Fuit autem patria quondaꝫ ciclopum ⁊ poſtea nutrix tyrannoꝝ: principem vrbium ſiracuſam habet: in ea inſula primū inuenta ē comedia: mare eius corallum gignit ⁊ achatem lapidem flumen achatē dat: omnis ambitus eius clauditur ſtadiorum trium miliū. Eolie inſule ſicilie appellate ſunt ab eolo ypote filio: queꝫ poete finxerunt regem fuiſſe ventorum. Sed vt Varro dicit. rector fuit iſtarum inſulaꝝ et q̄m ex earum nebulis ⁊ fumo futuros predicebat flatꝰ ventoꝝ ab imperitis viſus eſt ventos ſua poteſtate retinuiſſe. Eedem inſule ⁊ vulchane vocantur ꝙ ⁊ ip̄e ſicut ethnas ardeāt. Sunt auteꝫ nouem habentes ꝓpria nomina. quaruꝫ prima lipparis: altera traſia. Sardus herculis filiꝰ cū magna multitudine a lybia profectus ſardiniaꝫ occupauit ⁊ ex ſuo vocabulo inſule nomē dedit. Hec in affrico mari in longitudine milia centuꝫ in latitudie. xl. paſſuū. In ea neq̧ ſerpēs gignitur neq̧ lupꝰ: fontes habet ſardinia calidos infirmis medelam prebentes. furibus cecitates ſi ſacramento dato aquas eius tetigerint. Corſice inſule exordiū incole ligures dederūt appellantes eam ex nomine ducis. Diuiditur auteꝫ a ſardinia. xx. miliū freto cincta ad proſpectū ytalie. Eboſus inſula eſt hyſpanie. Baleares inſule hyſpanie due ſunt. Afroſiades ⁊ Gēmaſides: in hijs primū inuentus eſt vſus fundarū q̄bus lapides emittūtur. multe ⁊ alie ſunt inſule quia inhabitate hic non numerantur.

AMaſonia ē regio. ꝑtim in aſia. ꝑtim ī eu/
ropa q̄ albanie ē vicina. Et ab amazoni/
bus ē vocata. Fuerūt aūt amazones go/
toꝝ qui exierūt de inferiori ſcithia europe vt di/
cit Yſido. li. ix. q̄ maritis ſuis in dolo interfectis
viroꝝ ſuoꝝ arma arripiētes hoſtes virili animo
aggreſſe. de maritoꝝ ſuoꝝ nece ſumpſerūt debi-
tā vltionē. Nā oēm maſculū a ſene vſq3 ad puu/
lū ī ore gladij ꝑimerūt. ⁊ feminas reſeruātes ⁊ ho/
ſtiū ſpolia diripiētes. deinceps ꝑiter ſine maſcu
loꝝ ꝯſortio viuere decreuerūt q̄ duas reginas. ſ.
Marthesiā ⁊ Lampedonā maritoꝝ exēplo (cu3
ſꝑ duo ſolebāt eſſe reges) ſuꝑ ſe ſtatuerūt: q̄rum
vna ꝓcedēs cū exercitu ꝯ̄ hoſtes dimicabat. al/
tera interim rēpublicā3 gubernabat effecte ſunt
aūt tam fortes breui tempore bellatrices ꝙ ma
gnam parte3 aſie fere. C. annis dominio ſuo ſb/
iecerunt. inter ipſas vo nullum penitus maſcu/
lum viuere vel morari ratōne aliqua ꝑmiſerūt.
ex finitimis gētib⁹ maritos ſobolis gratia ele-
gerunt: ad quos ſtatutis tempibus accedentes
prolem conceperunt. Sed tpe completo ad ꝯce
ptionis officium inſtituto: maritos a ſe recedere
et alias manſiones querere coegerūt. maſculos
autē filios vel emactabant vel debito tempe pri
bus tranſmittebant: filias vo ſibi reſeruantes
eas ad ſagittandum ⁊ venandum informabāt:
et ne in ſagittarum ictibus mamillarum groſſi-
cie impedirētur eis in. vij. vt dr̄ anno mamillas
dextras exurebāt. ⁊ ideo amaſones ſunt dicte. ſ.
ſine māma vt dicit Yſidorus libro. ix. has vni/
māmas antiquitus multi vocauerūt. Quarum
feritatem domuit vt dicitur p̄mo hercules: dein/
de achilles. Sed hoc potius fuit per amicitiam
q̄3 per vires: ſicut in geſtis grecorum ⁊ Amaſo-
num continetur. Dicit autem Yſidor⁹ ꝙ per ale/
xandrum magnum amaſones vſq3 ad interniti/
onem penitus ſunt delete. Sed hiſtoria alexan/
dri hec non dicit. immo dicitur amaſonum regi
na alexandro poſtulanti tributa per nuncios re/
ſcripſiſſe. de tua prudentia eſt mirandum ꝙ cu3
feminis confligere ſtatuiſti. quare ſi fauente no/
bis fortuna ſuccūbere te cōtingat: merito es cō/
fuſus cum a mulieribus ſis deuictus. ꝙ ſi iratis
nobis dijs nos deuiceris parum tibi poterit ce-
dere ad honorem. quia de mulierculis triūpha-
ſti. ſuper cuius reſponſo ad ammiratōem duct⁹
rex generoſus. dixit: decens fore nō per gladiu3
⁊ furorem mulieres vincere: ſed potius ꝑ amo-
rem. propter qđ libertatem eis conceſſit ⁊ ipſas
non violentia ſed poti⁹ amicicia ſuo imperio ſb
iugauit. De eorum regno ſcriptum eſt in folio p̄
cedenti.

Amaſones





NObilitas circa hec tempa fert introdu
cta. Et nota φ pluribus de cauſis nobi
litas iſtituta fuit. Prima fuit neceſſitas
Creſcente eñi humano genere: cū homines ad
malū proni eſſent. oportuit ꝓhibere inſult⁹ pra
uoꝝ aduerſus bonos. ꝛ ideo eligebaẜ aliq̄s vir
bonus iuſtioꝛ ceteris atq̧ prudentioꝛ. q̄ coītati
ꝯſideret: v̄tuoſos ꝓmoueret. mediocres defen-
deret ꝛ malos coerceret. Hinc dictus ē nobilis
quaſi p̄ alijs in v̄tutibus notabilis. Vñ Hiero.
Nihil aliud video in nobilitate appetendū. niſi
φ nobiles q̄dam neceſſitate cōſtringātur: ne ab
antiq̄rū probitate degenerēt. Secūda cauſa fuit
diſcolia plebiū: q̄ rectū iudiciū ignorabat. licet
tñ inter ſe pacate viuerent. Nam adeo ebetes fu
erūt: φ nihil magnipēdere valuerūt. niſi qđ vul
gari opinione celebrabaẜ. Vñ expediebat pro
ipaꝝ pace cōſeruanda: vt ex natalibus nobiliū
principes haberent. Tercia cauſa ꝓceſſit ex for-
titudine aliq̄ ſingulari. Nōnūq̧ eñi cōmūitates
grauate ob incurſus hoſtiles tale edictū ſanxerūt
vt q̄cūq̧ patriā a talibus liberaret. Ius nobili-
tatis ꝓ ſe ꝛ heredibus ſuis ꝑpetuo obtineret. H
mō plures nobilitati legūtur. Quarta cauſa ex
abundantia diuitiaꝝ ſumitur. Aliqñ eñi popu-
lares nimia penuria victualiū attenuati tradide
rūt ſe ꝛ ſua alicui diuitiẜ vt hoc pacto malū ino-
pie temperarēt: et eū deinceps velut nobilem et
dñm recognoſcerēt. Inueniūtur etiā q̄dam no-
bilitates ꝑ diuinū oraculū inſtitute licet pauce.
q̄rum aliq̄ ꝑmanſerūt: vt in dauid: aliq̄ cito deſe
cerūt vt ſaul. ꝛ ieroboam: ꝛ quorūdā alioꝝ. plu
rime quoq̧ legūtur nobilitates ꝑ violentiā et ty
rannidē introducte: q̄rū ſimiliter aliq̄ ſtatim de-
ſtructe ꝛ penitus delete fuerūt. aliq̄ ſtabiles per
manſerūt. Et nota φ ẜm veteres hiſtorias raro
aut nūq̧ in paganiſmo nobiliū ſtirpes ꝑpetua-
te fuerunt ꝓpter ſuꝑbiam ꝛ tyrannidem. Multe
etiā apud xpianos: ꝓpter eandem cauſam delete
ſunt. ẜm illud Eccī. x. Sedes ducū ſuperboꝝ de
ſtruxit dñs. ꝛ ſedere fecit mites ꝓ eis. Item no
ta φ nemo vnq̧ nobilitatē odio habuit: qꝛ ē bo
nū per ſe appetibile. ſicut virtus aut religio. ſed
multi ſancti eā fugerūt ob grāde ꝑiculū qđ in ea
latet: ꝓpter difficultatē maximā ipſi ānexā. Hoc
ſatis ī ſancto ꝓpha dauid apparuit. quē ipſe met
deus tam peculiariter elegit. Relinq̄tur ḡ. φ vix
pauciſſimi ad tātam ſblimitatē ydonei fuerunt.

NInivem ſiue Nibiſin triū dieꝝ itinere ciuitatē grādē cōdidit Ninus rex aſſirioꝝ p̄re eius belo mor
te ſublato (vt ante patuit) ꝛ regni caput conſtituit. in qua dyademate ſuſcepto duxit totā vitā inqui
etam. veterē ꝛ quaſi auitū gentiū morē noua imperij cupiditate mutauit inferens bella finitimis ꝛ
rudis adhuc ad reſiſtendū populos ſuꝑauit: ꝛ ad libie finē vſq̧ ꝑuenit. Ninus igitur magnitudine queſite
dñationis cōtinua poſſeſſione firmauit. Domitis igitur ꝓximis acceſſione viriū fortioꝛ ad alios tranſiret:
ꝛ ꝓxima queq̧ victoria inſtrumentū ſeq̄ntis eſſet: totius orientis populos ſubegit. Poſtremo illi bellū cū
zoroaſte rege Bactrianoꝝ fuit. q̄ primus artes magicas inueniſſe ꝛ ſideꝝ motus diligētiſſime ſpectaſſe (vt
plenius de eo patebit) q̄ occiſo ꝛ ipſe deceſſit relicto impubere Nino ꝛ vxore ſemiramide. Ad hanc magnā ci
uitatem miſſus fuit Jonas ꝓpha. quē hebrei virū ſanctū nomināt. Is cū videret pctōres ciuitatis Niniue
dei miſericordiā ſua ꝓphetia cōſecutores. ne videreẜ falſo p̄dicare ad denūciandū eiuſdē ciuitatis interitum
ire omnino recuſabat ideo a ꝯſpectu dei ſe fugere poſſe putauit. ꝓpter qđ ī mare demerſus a ceto deglutit⁹ ē.




IDolatrie ſcelus execrandū qđ fuit oīs mali principiū his temꝑib⁹ initiū ſumpſit. Tribus maxime
de cauſis. vt ex veteꝝ monumētis colligere poſſumus homīes ad ydoloꝝ cultum allecti affectiōe. ſ.
timore adulatione ꝛ artificū diligentia circa ſculpturas.




Nachor vo octo de melcha genuit filios e quibus batuel tercius fuit q genuit rebeccam filiã et laban filiū. Iſte nachaor ſcdus filius thare. vxor eius melcha. Hus prim⁹ fili⁹ nachor. Job fili⁹ hus. Hus ſcds fili⁹ nachor habuitq duos filios videlicet beor prim⁹. balaaz ſcdus. Batuel terci⁹ filius nachor filiū habuit vnū laban & vnā filiā rebeccā. ſ. Laban filius batuel duas habuit filias q̄s poſt ſeruitiū. 14. ānoꝝ iacob filio rebecce ſororis ſue in vxores tradidit. Lya pria filia laban primaq vxor iacob lippa oculis genuit ſex filios & vnā filiā. Scda filia laban rachel vxor iacob. diu ſterilis tandē genuit duos filios & mortua in partu. ſepelitur ꝓpe bethleē. Rebecca vxor yſaac. Iſtā rebeccā duxit yſaac filius abrahā in vxorem quā helieſer ſeruus abraham abduxit de aram meſopotamie in terrā chanaan. qua annuente inoleuit vt deſponſanda prius requiratur de cōſenſu. Camuel quartus fili⁹ nachor. Caſeth quintus filius. Aran ſextus filius. Pheldas ſeptimus filius. Bela octauus filius.




Saruch filius ragau nat⁹ ē āno mūdi. 2905. vixit autē ānis. 230. et mortuus eſt.

Nachor fi. ſaruch nat⁹ ē an. mōi. 3035. anni vite ei⁹. i 48. ꝛ defunctus.

Thare fi. nachor nat⁹ ē āno mōi. 3114. ꝛ habuit. iiij. filios. vixit añ. 205. genuit aūt abrahā nachor et arā. Arā. 3⁹. fi. thare hūit vnū fi. ꝛ duas fi. ſarai vx. abrahe. melcha vx. nachor. loth fili⁹ Arā hūit duos fi. ſ. moab. i. pr̄ moabitaꝝ anō 2⁹ pr̄ amoitarū




ARam cū genuiſſet Loth filiū vnicū ꝛ ſarai ꝛ melchā filias inter chaldeos mortu⁹ ē ī citate caldeoꝝ q̄ dr̄ hur Ei⁹ aūt filias frēs ſui duxerūt vxores. nachor. ſ. melcham ꝛ abrahā ſaray. porro thare dū terrā caldeoꝝ odio hūiſſꝫ ꝓpter ydola q̄ apd̄ eos ī ꝑcio hēbāt q꞉ ignē adorabāt. et ꝓpter luctū Arā filij ſui migꝰuit cū ſuis in charā meſopotamie citatē: vbi ꝛ demū mortu⁹ ē: cū vixiſſet ānis. cc. v. iā em̄ hoīs vita decreſcere incipiebat. Et paulatim dies eius fiebāt breuiores vſqꝫ ad generatōz moyſi.






SOdoma ꝛ Gomorra atqꝫ ciuitates alie ob nephariū pcti vindictā a dño ꝑhibent ſucceſe. ſolo loth cū duab⁹ filiab⁹ ac vxore liberato. cū oīb⁹ aduētantib⁹ cōtumeliā faciebāt. Jō de⁹ vniuerſam regionē ſimul exterminare fecit. Cū em̄ abrahā eēt nonagintanouē ānoꝝ accepit legē circūciſiōis recepit etiam repromiſſionē de yſaac naſcituro. Eodē q꞉ tpe venietib⁹ ſero duob⁹ āgelis vſus ſodomā. loth ꝑhūan⁹ atqꝫ benign⁹ ſedēs in forib⁹ ciuitatꝭ ad inuitādū paupes. qb⁹ viſis occurrit rogās ꝛ cogēs eos vt declinarēt in domū ſuaꝫ cū ſero eſſet. Qui ingreſſi domū ei⁹. oīs pplus ſodomorū circūdederūt domū loth dicētes vt ꝓduceret eis illos iuuenes intēdētes abuti eis. loth aūt obtulit eis duas filias ſuas ꝟgines ad vtēdū eis ne illis iuuenib⁹ hoſpitio receptis talē iniuriā facerēt. Qui nolētes audire. ſ ꝗſi rūpētes oſtiū. ſ angeli introduxerūt loth in domū. ꝛ illos oēs ꝑcuſſerūt cecitate. vt oſtiū inuenire nō poſſent. ꝑdixeruntqꝫ angeli ſ̄uerſionē ſodome fiendā. Et cū nūciaſſet ſ loth generꝭ ſuis cōtēpſerūt. demū duxerunt angeli loth vxorē et duas filias ei⁹ de ciuitate. ꝑcipiētes vt ī mōtē ſe ſaluas facerēt. nec retro aſpicerēt. ꝑgētib⁹ aūt cū vxor reſpexiſſet retro ꝯ angeloꝝ ꝑceptū ꝛ citatꝭ curā hr̄e videret vſa fuit ī ſtatuā ſalis. Pluitqꝫ deſup ſodomā ꝛ gomorrā ꝛ alias citates ignē ꝛ ſulphur deinde ſ̄uerſe ſunt ꝛ vſa ē regio ī lacū ſalſum ꝛ ſterilē q̄ dr̄ mare mortuū. Aſcēdētē aūt ī mōtē ꝛ ibi manentē loth. inebriauerūt filie prēm ſuū. ꝛ maior cū eo ſe ebrioſe cōmiſcēs ꝯcepit ex eo ꝛ pepit moab filiū. Minor idē faciēs ꝯcepit ex eo. ꝛ peperit filiū quē vocauit Amon. a qb⁹ amonite ꝛ moabite. hee gētes in valle Syrie habitauerūt.

Tercia igitur etas incipit in Abrahe natiuitate ꝛ durat vſqꝫ ad dauid ſm heb. 940. ānis. ſ ſm. lxx. interp̄. dcccc. xli. Ubi etiā patriarchaꝝ nr̄oꝝ q̄ veꝝ deū coluerūt hiſtoria incipit. abrahā itaqꝫ pater multitudinis gentiū ex thare in hur caldeoꝝ naſcit̄. anno mūdi ſm hebre. 2453. ſm. lxx. interp̄tes 3184. Uir prudēs ꝛ reꝝ diuinaꝝ hūanarūqꝫ eruditiſſim⁹ primus deū cūctarū creatorē p̄nūcians. ꝓpter qđ caldei ī eū ſurgētes e caldea migrare coegerūt. Qui abrahā educt⁹ a p̄re ſuo thare de hur caldeoꝝ venerat ī aram. ibiqꝫ habitāti p̄cepit ei dn̄s dicēs. Egredere de terra tua ꝛ de cognatōe tua ꝛ de domo p̄ris tui. ꝛ veni in terrā quā mōſtrauero tibi. Poſtq̄ꝫ Abrahā rediſſet de occiſione qnqꝫ regū aſſirioꝝ q̄ ceperāt Loth. occurrit ei melchiſedech rex ſalē q̄ erat ſacerdos dei ſummi offerēs panē ꝛ vinū. cui Abrahā dedit decimas oīm ſpolioꝝ bn̄dixit abrahe q̄ tradiderat ei inimicos. Hūc melchiſedech dicūt hebrei fuiſſe Sem filiū Noe. p̄mogenitū ꝛ vixiſſe vſqꝫ ad tp̄a abrahe. tūc apparuit abrahe de⁹ ꝛ p̄miſit ei filiū quē m̄tiplicaret ſicut ſtellas celi.






Saray prima vxor abrahe diu ſterilis tandē gr̄a diuina fecūdata parit yſaac nonagenaria mulier ſctā. Cethura ſcđa vxor abrahe ꝛ hūit. vi. filios ſapiā ornatos ꝛ induſtria. hāc duxit abrahā poſt mortem ſare. noīa filioꝝ. zamrā. iectā. medan. madiā. ieſboth ꝛ Sue. Agar cōcubina abrahe. Yſmahel mulier ei⁹ egiptia genuit duos filios. Iſte yſmahel fili⁹ abrahe quē pepit agar egiptia ancilla ſare. a q̄ yſmaheliţaꝝ genus. q̄ poſtea agareni poſtremo ſaraceni dicti ſunt: eiect⁹ ē de domo p̄ria cum m̄re. quia ludebat

## Linea Chriſti

Abraham



ABrahā ſuffocato in hur caldeoꝝ arā fratre ſuo in igne. quia ignē colere noluit. Cū ꝛ ipſe ꝓiectus fuiſſet in ignē a deo liberatus ē. Adoptauit autē loth filiū fratris ſui arā in filiū. filiā quoqꝫ eiuſdē fratris ſui nōie ſaray accepit vxorē. deinde cū thare p̄re ſuo nachoreqꝫ fratre ſuo ꝛ familia araꝫ pegrinatus ē de chaldea in arā meſopotanie. demū mortuo p̄re ſuo thare. cū eſſet. 75. annoꝝ. cū loth ꝛ ſaray ꝛ omni familia ꝛ ſubſtātia ſua precepto dn̄i pegrinatus ē in terrā chanaā. Et habitauit in ſichen vbi ei dn̄s apparuit dicēs. Semi tuo dabo terrā hanc. Et deinde venit penthapolim vbi nūc ē mare mortuū. Inde veniens habitauit in damaſco. Facta aūt fame recedēs venit in egiptū a quo rediens habitauit in cōualle mambre iuxta hebron. cui demū in ſomno dn̄s apparēs dixit. ꝙ ſemē ſuū pegrinū eſſet in terra egipti annis. 450. Et ꝙ quarta generatōe redire deberet in terrā chanaan. cū autē eſſet. 99. annoꝝ facta fuit ei de terra chanaan repromiſſio. Et ꝙ reges egreſſuri eſſent de eo ſuſcepto circūciſionis etiam precepto circūcidit ſe ꝛ yſmahelē filiū ſuū. omnēqꝫ domū ſuā ꝛ familiaꝫ. Anno mundi 3184.

Memphis vel Chayrum



Memphis nūc Chayrū dicta regia Egiptioꝝ quā teſte diodoro ſiculo lib. hiſtoꝝ. ſcdo Ogelous rex egipti cōdidit. Et a filia ei⁹ memphis denoīata. Ambit⁹ ſtadioꝝ centū et quinquaginta vrbeꝫ oīm egipti preclariſſimā opportuniori totius eius ore loco vbi nilus ſciſſus in plures ptes efficit formaꝫ delte. Quo fit vt tanqꝫ in nili clauſtro poſita aditum prebeat prohibeatqꝫ ad ſuperiora loca nauigātibus. Et ad cohibendā aquarum inundationem verſus notum aggeres ingentes oppoſuit. Et a partibus ceteris vndiqꝫ effoſus eſt lacus ingens ac profundus qui vrbem efficit munitiſſimaꝫ. Unde ꝛ poſteri reges fere omnes relictis thebis ꝛ regiam habitationem in ea edificaruut. Et babiloniam egipti atqꝫ chayrum vocauerūt. Apud Memphim olim colebat Oſiris qui cum phrones auo in argiuoꝝ regno ſuccederet Ipſe maioris glorie cupidine captus ad egiptios tranſfretauit. Quos cum ſuo ſubmiſiſſet imperio Iſidem matrimonio ſibi copulauit Is cum rudes eius loci homines multas res ꝛ homini quam maxime conuenientes edoceret. diuinos ab illis eſt adeptus honores. ꝛ cum vt deum adorare ceperūt. ꝛ cōmutato nomine apim illam vocauerūt hoc eſt boueꝫ: Sic eīn bos eoꝝ lingua apis vocatur. Nam teſte Solino in collectaneis ꝛ Pli-

an yſaac. i. irritabat eū ad ydolatriā ꝛ ad oīem ymaginū q̄s faciebat de luto. qd̄ vidēs ſara dicebat eīj ce āncillā ꝛ filiū ei⁹. Cū natus eēt yſmahel quē p̄r in xiij. āno circūcidi voluit illū ſara tāqꝫ ꝓpriū filiū diligebat: ſꝫ yſaac ſibi nato ab ei⁹ amore declinauit. Suaſitqꝫ abrahe vt i aliā regionē trāſmitteret. q cuꝫ ad etatē pueniſſꝫ. mr̄ ei vxorē egiptiā cōiūxit. Ex q filios ꝓcreauit. q oēꝫ terrā ab eufrate ad mare rubrū poſitā vſqꝫ tenuerūt.

nio. Si bos inſignis ex improuiſo illis apparet eum certo tempore detinēt ⁊ adorant. Et (vt nōnulli ferūt) per annū illum detinere conſueuerūt. Alij per decennium dixere. deinde referētibus prefatis auctoribus ſtatuto die ſacerdotes illum in ſacro fonte ſubmergerunt. mox alter nec ſine publico luctu queritur. Nam donec illum inuenerint inſtar yſidis merent. Sed non diu queritur. quem cōpertū centū antiſtites memphim cum puerorum gregibus populoqꝫ. ⁊ omni muſicoꝝ genere proſequūtur. qui ad motum ⁊ ſtationem apis egiptij delubra quibus ſuccedit aut incubat. dant omnia manifeſtātia de futuris. Prope Memphim decurrit Nilus fluuius egipti ex maioribus totius orbis. Et immenſa aquarum mole ſingulis annis ſole exiſtēte in cancro totam egiptum exundat. Et Virgil. ait. Diuerſa ruens ſeptē diſcurrit in ora. vſqꝫ coloratis amnis deuexus ab indis id eſt nigris ethiopibus. Memphis nūc vrbs ſaracenorum preſtantiſſima eſt populoſiſſimaqꝫ bonis plurib' refertiſſima. Et in caſtro ſpacioſo potentiſſimus Soldanus reſidet. Diuiſa ē aūt in duas partes. Quarum vna babilonia noua. Alia chayrum dicitur. In qua olim Pharao rex egipti habitabat. Et ad eā glorioſa virgo maria cū puero Jeſu ⁊ Joſeph peruenit. precipue ad ortum balſami q̄ in his finibus celebris habetur. Ad eam etiā docti viri acceſſerūt Pithagoras ⁊ Plato ⁊c̄. vt memphiticos audirēt vates. Piramides quoqꝫ ingentes hec regio habet ⁊ varia memorabilia que diffuſe apud pleroſqꝫ ſcribuntur.

In Nonageſimonono etatis abrahe āno apparuit ei deus ⁊ ꝓmiſit ꝙ filius de ſara vxore naſcereť quē yſaac vocari iuſſit. Cūqꝫ yſaac q̄nqꝫ ⁊. xx. eſſet annoꝝ volēs deus abrahe obedientiā probare: ipm̄ filiū ſibi imolari precepit. Qui repente dei iuſſa adimplere ſtuduit. Et cū ad cedem filij pariter ⁊ ad altare acceſſiſſet. deus cognita hoīs obediētia clamauit. abrahā ne extēdas manū in puerū. nūc cognoui ꝙ timeas dominū. Et cōfeſtim arietē ex iprouiſo vepib' inherētē ad ſacrificiū ꝓtulit. Cū abrahā obediſſet dn̄o in ymolatione filij ſui yſaac. facta eſt ad eū dulcis illa repromiſſio de chriſto dicente ſibi deo. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. quia obediſti voci mee.



Zoroaſtes



ZOroaſtes ph̄s vt ſcribit Iſi. Ethi. li. viij. ca. viij. Rex Bractianoꝝ fuit quē Ninus aſſirioꝝ rex bello interfecit. ⁊ libros exuri mādauit. de iſto ſcribit ſolinus in li. de memorabilib' mūdi. naſcentiū vox prima vagitus eſt. leticie eī ſenſus differtur in. lxij. diem. Itaqꝫ vnū nouimus eodē die riſiſſe qua erat natus. ſ. zoroaſtem. Hic primus magorum extitit de quo Areſtotiles ait. ꝙ vicies centum milia verſuū ab ipo condita indicijs voluminū eius declarantur. Hanc autem magicam artē poſt multa ſecula democritus ampliauit. Claruit aūt zoroaſtes tempore thare p̄ris Abrahe.

TReueris Gallie belgice caput. Ciuitas
antiquiſſima ante xp̄i aduentuꝫ.1947.
temꝑibus abrahe a trebeta Nini aſſiri-
orum regis germano a Semiramide regina ex
aſſiria pulſo in germanie cōfinibus conſtrui ce-
pta fuit. Nino quippe magno mortuo impube
re filio derelicto Semiramis vxore priuigni tre
bete ſuſpicione ducta eidem inſidias parare ce-
pit. quā ob cauſam trebeta (etiā non laceſſitus)
e regno cū magno aſſiriorꝫ agmine ſeceſſit. Qui
poſt multos errores: multoſqꝫ viarū amfractus
in belgiam galliarū prouinciā tandeꝫ peruenit.
Et haud longe a Rheno flumine loco feraciſſi-
mo cōſidens ibidē etiā loco natura munito vr-
bis huius fundamēta iecit. Et a ſe treuerim no
minauit. deinde iulius ceſar cū vniuerſam ꝓuin
ciā (traiecto rheno flumine) ſbiecit. Et vicecōſu-
lem ⁊ q̄ſtorē dedit. Qui vſqꝫ ad impij inclinatō
nem ibideꝫ pſtiterūt. Eā quippe treuerēſis ciui-
tas ſemꝑ opulētiſſima fuit. Et inter q̄nqꝫ belge
prouincie ciuitates principatū dignitatis ⁊ an-
tiq̄tatis obtinuit. Eius archiep̄us e ſeptē electo
ribus imꝑatoris dignior habitus ē. Hec florē-
tiſſima ciuitas q̄ꝫ opibus deniqꝫ cōfertiſſima fu
it. eius ruine clare oſtēdunt. Monſtrat ibi pal-
latium miri operꝫ qđ ad inſtar babilonici muri
excocto latere factum: tāte firmitatis hodie ma-
net. vt non ſolū hoſtem non metuat. verū nulla
operꝫ arte frangi queat. Huius quoqꝫ vrbis ci-
ues nūc moribus ⁊ ornatu legibuſqꝫ ob merca-
torum eo aduentantiū frequentiā et familiarita
tem admodū culti ⁊ humani referūtur. Qui ob
germanie vicinitateꝫ germanica vtūtur lingua.
Et ab eiſdem cultu ⁊ exercitu ⁊ quadā in bellis
ferocitate nō multū differūt. Nam inter gallos
ſingularis virtutis hn̄tur: ⁊ equitatu ⁊ pedita-
tu plurimū valere exiſtimātur. Porta quoqꝫ ibi
oſtenditur q̄ ex incredibili lapidū magnitudine
ferro iunctorū cōpacta in ſuꝑficie ſua. corpa be-
ati Simeonis ac venerabilis p̄ſulis Popionis
in eccleſia ab eodē ep̄o facta fouere cernitur. Ea
ſane ciuitas a Valerio ep̄o beati petri diſcipulo
primo xp̄i euangeliū ſuſcepit. inde a beato pau
lino eiuſdē ep̄o viro ſctiſſimo illuſtrata fuit. qui
⁊ a cōſtantio impatore ob catholicā fideꝫ exilio
relegatus ⁊ vſqꝫ ad mortē. etiā extra xp̄ianū no
men mutādo exilio fatigatus. Ad vltimū apud
phriſiā defunctus beate paſſionis coronā a do-
mino ꝑcepit. Ibi etiaꝫ floruit maximus ep̄us a
quo athanaſius antiſtes ꝑſecutionē cōſtantij i-
peratoris fugiēs honorifice ſuſceptus ē. Habu
it quoqꝫ hec ciuitas Nicenū ep̄um totius ſancti
tatis virū ⁊ alios multos. Extant in ea aliq̄ an-
tiquitatis inſignia. E q̄bus nr̄is tꝑibus inſcul-
ptū lapide hoc epigrāma reptū eſt. Nini ſemira
mis q̄ tanto cōiuge felix. Plurima poſſedit ſed
plura prioribus addit. Nō cōtenta ſuis nec to-
tis finibꝰ orbis. Expulit e patrio priuignū tre-
betā regno. inſignem ꝓfugus noſtram qui con
didit vrbem.



Damaſcus Aſſirie vrbs primaria. Et vt
dicūt metropolis oīm ferme vrbiū aſie
vetuſtiſſima eē videt. Quā abrahe ſer
uos fundaſſe ſacre tradūt lr̄e. Eſtq̄ campeſtris
agrū hn̄s natura ſoli ſterilē ac aridū: niſi quate-
nus aq̄ irrigent ſupne fiſtulis cuniculiſq̄ ſubdu
cte. Quaꝝ humor terrā reddit oīm fertilē: ⁊ cō-
ſitōnibus p̄ſtantiſſimā puuiſq̄ amnis in regiōe
vnicus ꝓximis menibus delabens parua ab il-
lis dirimitur terre lingula cōſitōibus oīm in or
be p̄cioſiſſimis contecta. Hec inſignis ciuitas
damaſcenoꝝ itinere ſex dieꝝ ab hierl̄m diſtat in
q̄ ſanctus paulus baptiſmū ſuſcepit. Et ꝓpe eū
locus extat vbi eū circūfulſit lux de celo cū vocē
de celo audiuit. Saule q̄d me pſeq̄ris. Qui poſt
baptiſmū in ſinagogis p̄dicabat xp̄m. ob īſidi-
as iudeoꝝ e damaſco noctu in ſporta p murū de
miſſus fuit: vbi ⁊ domus ananie a q̄ baptiſmuꝫ
accepit hodie viſitur. Hec vrbs plures calami-
tates ꝑpeſſa. poſtremo cū Conradus romanoꝝ
rex ducende in aſiam expeditionis mun⁹ aſſum
pſit. Jtaq̄ ducturi in damaſcum tres xp̄iani re-
ges cardinalē quoq̄ legatū. ⁊ ſimul p̄triarcham
hieroſolimitanū: multos quoq̄ ep̄os expeditō
ni intereſſe curauerāt. Jn qua cum noſtri princi
pes prudenti ꝯſilio caſtra firmaſſent. Et ſi vrbs
menibus altiſſimis denſiſſimiſq̄ munita virib⁹
capi nequeuiſſet: in poteſtatē breui vētura erat.
q̄ aquatione fluminis prohibiti damaſceni. iu
menta intus equitantiūq̄ q̄ preſidio inerāt ale-
re nō potuiſſent fontibus q̄ in vrbe erant: ingē-
ti populo difficilime ſuffecturis. Cū tamen ſibi
timendū ciues ſcirēt. ne ſucciſis cuniculoꝝ mea-
tibus: q̄d haud quaquā operoſum nimis fore i
telligebāt. Et ipi fontes in vrbe areſcerēt. Sub
ripuit ꝟo de tanta vrbe victoriā aſſirij hominis
dolus: cū Balduino regi ad eā diem fidū a quo
ductus fuerat damaſceni pecunia corruperunt.
Jſq̄ regibus ſuaſit: vt caſtris ad aliam vrbis p
tem mutatis: menia vires ſuas fruſtrā ita oppu
gnant. damaſceni irruptione facta fluuio potiti
munitōnibus additis in ſuam poteſtatē firma-
to. noſtros aquatione ꝓhibuerūt. q̄dq̄ par fuit
ex eo facto incōmodū: ab annona in caſtris bre
ui laboratū ē. q̄ niſi ab amnis ripa poterat ipor
tari. Soluta obſidione cū tantus exercitus re i-
fecta ad Jopem rediſſet Conradus luduicuſq̄
reges comunitos male habitoſq̄ exercit⁹ ſuos
in europam reducentes ad ꝓpria ſunt reuerſi. cū
erat annus ſalutis ſecūdus ⁊ quinquageſimus
ſupra decies centenum.

Damaſcus





REgnum hiſpaniarum poſt tempa a Tubal Japhet filio ortū habuit. Js nāqꝫ ex armenia egreſſus primus hiſpaniaꝝ regnū (Jſido. teſte lib. ix. Ethy.) obtinuit. vbi ⁊ ſedem ſibi cōſtituit. prius hibe ria dicta. regio quippe europe a mōtibus pirrheneis incipiens. et ꝑ colūnas herculis circūeūſqꝫ in borealē occeanū ꝓtenditur. ita vt oīa in eo circuitu ad hiſpaniā ſpectare dicantur. Cuius magnitudo (vt Apianus hiſtoricus ait) multa ⁊ incredibilis in vna regione eſt. Decē nāqꝫ milibus ſtadijs eius latitudo comenſuratur longitudo vo prorſus eadem eſſe videt̄. Jllamqꝫ poſtea diuerſe gentes ⁊ varijs nominib⁹ cognominate inhabitarūt. Quin et fluuios plures nauigabiles cōtinet. Tritici vini olei omniūqꝫ metalloꝝ ac animātiū q̄ hominibus ſunt vſui feraciſſima. Abūdat ꝑcipue velociſſimoꝝ acerrimorūqꝫ eq̄ru fetura. Trecentos totos apud hiſpanos decertatū eſt annos Scipione Gracco Albino Cathone Metello pompeio ceſare alijſqꝫ ducibus recepta fuit tandē per eaſdem duces. Et cantabri poſtremo ab auguſto debellati. Poſtqꝫ aūt romanis faſtibus libere paruit: tanto vſui tantoqꝫ ornamento illis fuit: vt nullum vnqꝫ memoriale bellū ſine hiſpano milite geſſerunt. Pompei trophea in hirrhenoꝝ iugo ſita ſunt. Scipionum monumenta nō longe a Taracone ſpectant̄. Jn hoſtetania tauri ſunt ex lapide duriſſimo maximi tergaqꝫ his litteris adhuc notati. Bellum ceſaris ⁊ patrie. Turres Julij. Julij carceres iulio briga ſacre iulia ⁊c. Ceſaris opera: ceſar Auguſta. Emerita Auguſta. Norba auguſta ⁊c. Auguſta munere condite. Emporie valentie. Cremona placētie. multeqꝫ alie in hyſpaniā a Romanis colonie deducte fuerūt. A quo regno nō ſolum accepimus Quintilianū. Senecam. Lucanū. Luciū flor. Pamponiū mellā. Siliū ytalicū. marcialem Oroſiū. verūetiam vtiliſſimos rectores reipublice. clariſſimoſqꝫ impatores vt Neruā Traianum Hadrianū ac Theodoſios. Sed hec de gentiliū tpibus. Videamus quid ꝑ hiſpaniā xpiane religioni acceſſerit. Omniū clariſſimos genuit Laurentiū ⁊ Vincentiū Valerij dyacones. Eodem fere tempe Engratiam ⁊ innumerabiles martyres: hoꝝ veſtigia imitati ferdināndus rex ⁊ Heliſabeth regina anno ſalutis Milleſimo. cccc. nonageſimoprimo in fine anni Granatā vrbem maximā q̄ olim Jlipula magna dicta eſt ad xpi cultum ⁊ obſequiū reduxerūt.



REgnum Bohemorum initium ſumpſit a Sclauis qui relicto campo Sennaar ex Aſia in Europā profecti ſunt. Jn qua Ezechius croatinus haud obſcuris parentibus ortus gentem bohemicā cōdidit. Fuit em̄ olim inculta nemoribus atqꝫ ſentibus aſpera feris q̄ȝ hominibus aptior: eius autē frater Leches exilij comes: cū vidiſſet germanū agris ditatū bobuſqꝫ potentē ad orientē ꝓfect⁹. in mag̃ cāpoꝝ planicie ſedez collocauit. Poloniāqꝫ nomē ex loco dedit. Nā planicies ſclauonica lingua pole noiat̄. qꝝ heredes cū innūeroſaȝ mltitudinē breui coaluerūt. magnā terrā adiūxerēt poſt ei⁹ mortē Crockū i ꝑncipē delegūt. Qui arcē apud ſtennā cōdidit: moriens aūt tres filias reliqt. Libuſſa vt natu minor poſt obitū patris ꝓuinciā gubernauit ⁊ arcē viſſegradenſem cōmūiuit. Altera filia hrela dicta herbaꝝ ⁊ medicine perita fuit. Tercia Therba dicta ſortilega. Demū indignū bohemi dicētes tantū imperiū vni⁹ femine ſbeſſe arbitrio. Jdeo libuſſa in cōcione vbi adeſſe multitudinē vidit. Ego inquit placite molliterqꝫ imperaui. Eſtote liberi virū qui proſit dabo. Jte equū meū in campos adducite. ſeq̄ntes quocūqꝫ ierit. Deniqꝫ ante virum ſubſiſtet in menſa ferrea comedentem: ille mihi coiunx vobis princeps erit. Js aū primiſlaū cōſtitit aratorem: quē in ducem poſcunt: ꝑmiſlaus igitur in verſo vomere caſeoqꝫ appoſito cibū ſumpſit. Deinde equo imponent. Jnterrogatus cur nā calceos querno robore factos ſecū aferret: ſeruādos in arce viſſegradeū. reſpondit vt ſcirēt poſteri qui principatum inter bohemos accepiſſet. Jd regnum deinde per longa tempa a ducibus gubernatum fuit: deinde a tempibus friderici primi a regibus in maxima gloria vſqꝫ initiū hereſis ſub varijs regibus ac impatoribus floruit.

Babilonia ſeu Babilon vrbs preclara in
chaldea fuit. ⁊ ſi Belus Nembrotides i
babilonia regnauit annis pluribus. cu-
ius regnū paruo ambitu claudebatur: hanc ta-
men vrbez omnes greci ⁊ latini hiſtorici pariter
⁊ poete ab ipa Semiramide regina cōditam re-
ferūt aut ampliatam. De qua Ouidius. altā co
ctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem mu
rū vrbis cocto latere circūdedit harena: pice bi-
tumine interſtrato que materia in illis locis paſ
ſim e terra exeſtuat. Joſephus diligentiſſimus
hiſtoriaꝝ ſcriptor libro ad appionem alexādri-
nū grāmaticuz hos redarguit: inducens Bero-
ſi chaldei auctoritatem antiquiſſimi ⁊ veriſſimi
ſcriptoris. qui manifeſtiſſime oſtendit vrbē am
pliatam ⁊ exornatam ac muro cinctā fuiſſe a na
buchodonoſor rege longe ante Semiramidem
Hec tamen vt valerius refert: dum die quadam
circa cultū ſui corporis occupata eſſet: et nuncia
retur illi Babilonem defeciſſe. ſoluta adhuc alte
ra parte crinīū protinus ad eam expugnandam
cucurrit. néc prius decorem capillorum redegit
in ordinem: ꝙ tantam vrbem in ſuam poteſta-
tē reſtituit. Hec vrbs adeo nobilis fuit: vt chal-
deam totam et Meſopotamiā a ſe Babiloniam
dixerat. de qua Lucanus. Cūq; ſupba foret ba-
bilon ſpolianda tropheis. Huiꝰ muri (teſte phi
loſtrato) in vita appollonij thianei trecentorū ⁊
octuaginta ſtadiorū circuitū detinebant. Pliniꝰ
vo libro hiſtorie naturalis ſexto. Murorū dixit
amplitudinem fuiſſe ſexaginta q̄tuor milia paſ-
ſuum. Craſſitudinem quinquaginta cubitoruz.
Altitudinem vo quater tantū. Itaq; fuit meni-
bus ac ortis penſilibus tēploq; et arce maxime
admirabilis. Nec hijs ꝯtenta Semiramis. ethi-
opiam quoq; ſuo adiecit imperio. Indis quo-
q; bellū intulit. quo p̄ter illam: ⁊ alexandrū ma-
gnuz nemo intrauit. Euerſio tandem huius ba-
bilonice facta a Cyro rege perſaruz ſuo loco ma
feſtinabitur.

Jupiter



Jupiter p̄mꝰ ethe
ris ⁊ (vt aiūt) dei
filius cui ꝓpriū nomē
liſania fuit hiſdē tēpo
ribus apud archadyā
magno in p̄cio habitꝰ
eſt. Cuiꝰ ob v̄tutes id
p̄clariſſimū iouis no-
men adeptus ē. Is ly
ſania ex heber filijs vi
delicet ierari originez
duxit. Ibidēq; cū eſſz
ingenij maximi vir. videretq; atticos rudes. be
ſtialiq; ferme ritu viuentes: ante omnia eiſdē cō
poſitis legibꝰ illos publico inſtituto viuere do-
cuit. Cumq; eos ad humanos mores redegiſſet
monuit eos deos colere. ⁊ aras: templa: ſacerdo
teſq; inſtituit. Et qui feminas ante habebāt cō-
munes primus eos matrimonia celebrare docu
it. ⁊ multa alia oſtendit eis vtilia. Que cū attici
ſiluestres mirarētur atq; cōmendarent: eū exiſti
mantes deum Jouem vocauere. regemq; ſuum
confeſtim fecere. Id autem iouis nomē eidē im
poſuiſſe dicunt ad ſimilitudinem cōformitū ope
rationum iouis planete. quem aſtrologi dicunt
eſſe nā calidū ⁊ hūidū tēpatūq;: modeſtū ⁊ patiē
obſuatorē: ac in p̄iculis poſt patiam audacē: et
alia plura de eo ſcribūt. Sic huiꝰ hoīs pōderatiſ
moribꝰ ⁊ v̄tutibꝰ cū ioue ꝯuenire dixerūt. quē nō
terrenū ſ; celeſtiū virū arbitrabant̄. Nō q̄dē no
mē poſtq̄ ab āntiq̄s planete ⁊ lyſanie iſti ꝯceſſuz
ē etiā multis alijs coceſſuz fuit. ſ. ioui ſc̄do celi filio
necnō ⁊ ioui tercio cretēſi regi ſaturni filio. mul-
tos eñi ioui filios ⁊ filias veteres aſcribē ꝯſue-
uerūt. Quoꝝ p̄ma minerua. Sc̄ds apis. Terciꝰ
ſol. Quarta diana. Quītꝰ mercuriꝰ ⁊. vij. alios



Semiramis Nini magni aſſirioꝝ regis vxoꝛ anno a natiuitate abꝛahe duodecimo. Cū eius maritus moꝛte ſublatus fuiſſet. regnū ſuſcipiēs regnauit annis 42. Cū Nin⁹ deceſſiſſꝫ relicto īpubere adhuc filio Ninia et vxoꝛe ſamiramide. et cuꝫ iuuencula eſſet. ⁊ eius vnic⁹ filius Ninia puer. nō eſtimans tutū eē imperiū tā grāde filio tenello cōmittere. Jpſa vt erat animo ingēti quodā aſtu muliebri excogitata fallacia. hec eī̄ immaturo puero. nec auſa tradere impīū: nec ipſa impiū palam tractare: tot ac tantis gentibus vix parentibus vni viro: ne dum femine pariturīs: ſimulat ſe ꝑ vxoꝛe Niniā filiū ꝑ femīa pueꝝ. Nā ⁊ ſtatura vtriꝗ mediocris et vox pariter gracilis ⁊ foꝛma liniamentoꝝ equalitas. matri ac filio ſilis. Igit̄ bꝛachia ⁊ crura velamentis. tiara caput tegit ⁊ viroꝝ moꝛe incedere cepit. Eodeꝫ oꝛnatu et pplm veſtiri iubet. ne nouo habitu aliqđ occultare videref. que moꝛē veſtis exinde gens vniuerſa tenet. Sic primis initijs ſexū mētita puer credita ē. Et femīa puerū ſimulās maieſtatē regiā adepta fuit. Magnas deinde res geſſit. quaꝝ amplitudine vbi inuidiā ſupatam putat: q̄ ſit fatetur: quēue ſimulaſſet. nec metuit omībus aperire qđ eſſet femina. nec hoc illi dignitatē regni ademit: ſ admiratōnem auxit. ꝙ mulier nō feminas mō ꝟtute. ſ etiā viros anteiret. Hec babiloniam cōdidit vel ampliauit. muruꝗ vrbis cocto latere circūdedit: harena pice bitumine interſtrato vt pꝛehabita oñdunt. Multa alia pclara hui⁹ regine fuere. Ad poſtremū cū concubitū filij petiſſet ab eodē interfecta ē cū duos ⁊. xl. annos poſt Ninū regno potita.

Ninia q̄ a q̄buſdā ꝫameis ⁊ Ninias ſcribit: Magni Nini ex ſemiramide fili⁹ quartus aſſirioꝝ rex. Anno q̄nq̄geſimotercio natiuitatis abꝛahe. poſt ſemiramidē mr̄em. quā ipſe obtrūcauerat Aſſyrus regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 38. Js cōtentus elaboꝛato a parētibus impio belli ſtudia depoſuit. ⁊ veluti ſexū cum mr̄e mutaſſet. raro a viris viſus in femīaꝝ turba cōſenuit. Eo tempe apud Cretam regnauit Ceres prim⁹ indigena ⁊ ab eo crete creta dicta ē: quē aiūt vnū Curetarum fuiſſe. a q̄b⁹ iupiter abſcōdit⁹ ē ⁊ nutrit⁹. hi Gnoſon ciuitatē in cretaꝫ cōdiderūt ⁊ Cybeli matri templū.

Arius q̄ ⁊ Arali⁹ dr̄ q̄nt⁹ aſſirioꝝ rex poſt Niniam anno a natiuitate yſaac vigeſimopꝛimo regnare cepit. ⁊ regn̄uit annis. 30. Circa iſta tpa abꝛaham ex ancilla agar generat hiſmael. a q̄ hiſmahelitaꝝ gen⁹. hiſmahelē aūt filiū abꝛaham anno etatis ſue octuageſimoſexto ex agar egiptia ſare ancilla genuit. hyſmahelite poſtea agareni: ⁊ poſtremo ſarraceni dicti ſunt: ſara eī̄ Abꝛahe vxoꝛ (vt ſcriptura ſacra ait) cū nō hr̄et liberos dixit ad abꝛahā maritū ſuū. Jngredere ad ancillā meā agar. ſi foꝛte ex ea ſuſcipias filios. q̄ facto ſtatim cōcepit: poſt hec nat⁹ ē hiſmahel: quē p̄mit⁹ ſara tanq̄ ꝓpꝛiū filiū diligebat ⁊ pncipat⁹ heredē. Sꝫ yſaac ſibi nato ab ei⁹ amoꝛe declinauit. Jdeo ſuaſu ei⁹ cū mr̄e ei⁹ in aliā regionē miſſus. q̄ cū ad etateꝫ pueniſſet agar mr̄ eius eū egiptiā cōiunxit. ex q̄. xij. filios reges pcreauit. q̄ oēm terrā ab eupꝛate ad mare rubꝛū tenuerūt.

Sol gētiliū de⁹



Diana prima dea



Ceres dea frugū



Poſteri reges aſſirioꝝ. exēpla pcedētiū ſecuti: rarīſa gentib⁹ ꝑ internūcios dabāt. impiū aūt aſſyrij q̄ poſtea ſyrij dicti ſunt ānos. M. ccc. tenuere. Poſtremis apud eos regnauit ſardana palus vir muliere coꝛruptioꝛ vt in ſequentibus patebit.

Solem p̄mū iouis filiū ⁊ minerue germanum floruiſſe Tulli⁹ dic: virū vtiꝗ inſignē ac ſplēdidū hoīem ⁊ ingentis regijꝗ animi pclaꝝ. quē ob ingētes ꝟtutes cū claro noīe declararūt. putabāt eī̄ veteres a nebꝛoth gigāte ſeducti primā reꝫ cām ignē eē. Et ꝓpterea illi nobilius nomē ſole dare nō poterāt. ſeu ꝙ eū celeſtē putarēt hoīem. ſeu dñiū e celo veniſſe rōne pꝛofunditatis ingenij.

Diana pꝛia hui⁹ ſol' ſoroꝛ: ⁊ iouis p̄mi filia. ⁊ ipa hac tēpeſtate ī pcio fuit: de q̄ tulli⁹ vbi d̄ nā deoꝝ ſcribit mētā cōmeōꝛat ⁊ iouis aſcpticiā fuiſſe ait. Hāc tñ eā ſi eē dicūt quā poete īſignē ꝟginitate ppetua voluere. cuꝫ legaf hāc ex mercurio liberi ⁊ ꝓſerpine filio pinnatū ꝯcepiſſe cupidinē.

Ceres q̄ꝫ apud Siculos ī pcio fuit. cū ſicano ſiculoꝝ rege cōiugio copulata. tāto ingenio valuit. vt agroꝝ cultū excogitaſſet: pꝛia apđ ſiculos boues domuit: ⁊ aratro terrā ſulcis pſcidit: ⁊ ſemīa tradidit. q̄ cū in ſegetē excreuiſſent collectis ſpicis flabellis ſeperare. ⁊ molis terere. ac panē cōficere docuit. cū ātea hoīes glādib⁹ ⁊ pomis ſilueſtribus ſuſtētarēt. Ob qđ meritū cū moꝛtal' fecia eēt: eā deā frugū arbitrati ſunt. Et eam diuinis honoꝛibus extulere.

Linea regū Aſſirioꝝ

Semiramis.



Ninia



Arius



Mamylas



Sparetus



Amyntas



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSÉ TORIBIO MEDINA"

## Linea pontificũ







Neptalim etiã tribum facit

Bala ancilla lye cõcubina iacob genuit duos filios de qua Sampſon natus eſt.

Nota dan tribum facit




Ruben tribum facit et pdidit p̃mogenita




Leui pater omnium leuitarum. a quo ⁊ tribus ſacerdotalis deſcendit.

Chore filiꝰ Yſuar ꝯtendit de ſacerdotio cũ Aaron eo ꝙ ipſe fuerat de p̃mogenito Yſuar. et ideo cuz 250 viris igne diuino perijt ⁊c̃. Fuit aũt cognatꝰ moyſi ex leuitarum tribu natus: Uir quidez facultatibus plenus et ad dicendum facundiſſimus.

Maria ſoror moyſi ꝓpheteſſa fuit: Carmen quod incipit Cantemus domino gloſe cecinit. vij. diebus leproſa fuit ꝓpter murmur contra moyſen Moritur aũt in cades deſerti ſin et ibi ſepelitur

Iacob ex lya natu maiore ſex ſuſcepit filios Judã a quo regia tribus deſcendat ⁊ deinceps dñs nr̃ ihesus xp̃s. Ruben q̃ pdidit p̃mogenita: Simeon et leui a q̃ leuitarũ genus Iſachar Zabulon et Dynam a Sichen ſtupratam.




Incenſa impia ſodomorũ ciuitate Abraham cẽtenarius diuino iuſſu Saram cognouit vxorẽ que cõcipiens Anno expleto filiũ peperit quẽ ⁊ iuſſu dñi vocauit Iſaac ſignificans gentes magnas ex eo futuras: quo nato die octauo circũcidit carnem preputij eius

## Linea chriſti







Iſaac Abrahe filius. Anno mũdi.3284. vir deo carus poſt patres valde longeuꝰ. Et iþe ſexageſimo vite ſue anno geminos videlicet Jacob et Eſau ex Rebecca vxore filia batuelis genuit filios. Defunctus eſt iſaac vir omni vtute plenus cũ vixiſſet centũ octoginta quinqꝫ annis. quẽ filij in Ebron ſepeliere.

Eſau hiſpidus venator vẽditis primogenitis frĩ ſuo Jacob ꝓ cibo lẽticule. ⁊ a lẽticula fulua dictꝰ Edom ductis vxoribꝰ chananeis ſine cõſenſu parentũ ſupplãtatꝰ a fratre ſuo in benedictiõe prña. ipm iacob conabat occidere. Habitauit aũt in edom q̃ dicta eſt ydumea et poſtea in monte Seyr. et cum iacob rediret de mezopothamia occurrit ei pacificus cum.400.viris.

Jacob natꝰ eſt An.mũdi.3344. vixit an.147. et habuit.iiij. vxores Lyam Rachel Zelpham et Balam vtꝫ in figura.

Beniamĩ ſcõs filiꝰ iacob Joſeph Aſcenes Manaſſes Effraim



Gad Zelpha ancilla Rachel ge.ij.filios Aſer



Rachel fuit vxor iacob diu ſterilꝰ. tandeꝫ genuit duos filios. et mortua in ptu. ſepeliturqꝫ ꝓpe Bethleẽ. Genuit aũt iacob ex Rachel ioſeph ⁊ Beniamyn. Ex bala Dan. Manaſſẽ Aſſer ⁊ gad

Jacob patriarcha vir ſẽtiſſimꝰ ex Iſaac natus. Et iþe pꝰ annũ vite ſue nonageſimũ ioſeph ex Rachel vxore genuit filiũ. quo nato ſuꝑuixit ãnis quĩquaginta ſex. et tandẽ in egipto mortuus eſt.

In regno Sychymoruꝫ regnauit Egialeus pmꝰ rex vtõ patuit. a q̃ Aegialea nũcupata eſt. et nunc peloponeſus vocat. Deinde Europes ſcõus rex. et tercius eius Selchyn apud Sychimos regnauit annis viginti.

## Linea regũ Sichimorum

Egialeus



Apis



Thesalion



Apis quartꝰ rex Sichymoꝝ Selchin pr̃e defũcto regnare cepit ãno.xlv. abrahe: q̃ eſt Semiramis xxxv. regnitqꝫ ãnis.xxv. ab illo terra illa apia ſic dicta eſt q̃ prꝰ Egialea nũc vo peloponeſus appellatur.

Artus ille fuit quĩtus rex aſſiriorum ſub quo natꝰ eſt yſaac ſcðm Augꝰ.

Iſte Theſalion Sichimoꝝ quĩtus rex fuit quo regnante adeo inicia ⁊ leta tpa fuere et eũ defunctum velut deũ coluerũt ſacrificãdo et ludos celebrãdo quos ei primitꝰ fecerũt. Huic ſucceſſit Tiramachꝰ circa cuiꝰ ſepulchrũ etiã ſacrificare ſolebant.

Xerſes rex Aſſyrioꝝ antiquꝰ qui et balaneꝰ vocatur ſub quo natꝰ eſt Jacob regnãte tũc apud Sichymos thauriaco quẽ quidẽ thaurimacũ ſcribunt.

Anno mundi.3430. Diluuiũ particulare permanſit in Achaia tpe Jacob et Ogigis regis.

## Linea regũ aſſiriorum

Artus



Xerſes



Sela fili⁹ Jude cū adhuc eſſet paruul⁹. nō dedit eū iudas thamar q̄ fuerat vxor her ⁊ onam: ſed remiſit eā viduā in domū patris ſui. Cū aūt Sela creuiſſet timuit euȝ dare ne occideret: ſic̄ fratres ei⁹. Vn̄ thamar meretricē ſe caute ſimulās ⁊ ſedēs in biuio cōcepit de iuda ⁊ peꝑit phares et zaram. vtȝ Geñ. 38.

Boos 3925.



Boos 3975.



Regnum Lacedemoniorū oritur vbi primum regnauit Euristeus et regnauit annis. 42.

### Euristeus



Boos filius salmon nascit᷑ anno patris sui. 48. mundi bm lxx. 3775

Regnum Corinthiorum orit᷑ vbi Atlethes primum regnauit grec⁹ luctator victoriosissimus. cū se plurimum posse ī corintho videret. et populum quo vellet aut vi aut persuasione ꝑduceret imperiū sibi assumpsit

### Atlelthes






Nota ꝙ hic fit saltus per euangelistas: quo ad boos ⁊ obeth. quia ad minus inter eos fluxerunt .272. Anni quod tempus ad vnum hominem referri non potest. Et ideo hic quinquies ponitur Boos magis ad denotandum tempus ꝙ̄ rem gestam. Nicolaus tamē de lyra dicit ꝙ iuxta veritatē hystorie fuerunt tres boos sibi vicissim succedētes: sed hͦ pro solido astrui non potest quia non habet ex canonica hystoria. Sed hoc est certum ꝙ inter principiū iudicatus Josue. quando Salmon accepit Raab. que peperit boos: vsqꝫ ad natiuitatē ⁊ dauid fluxerunt anni circiter. ccc lxvij. Ubi tn̄ nisi tres ab euāgelistis generatōes ponūt.

Ruth Moabithides genere fuit. Que virū nomīe Maalon genere iudeum ex Bethleem ciuitate natū accepit maritū. Cui⁹ viri pater Elimelech fuit. Mater noemi. qui famē terre sue ferre non valentes in terrā Moabitarū cū duobus filijs suis migrauere. Ibiqꝫ dum cūcta eisdē bene ꝓcederēt filijs suis Moabitidas dedere vxores. vni scꝫ Chelion Orpham: ⁊ Maalon Ruth. Transactis deinde. 17. annis Elimelech ⁊ duo filij ei⁹ mortui sunt. Neomi aūt amare ferēs infortuniū suū in terrā suā iuda regredi ꝓposuit. Sed ei⁹ nur⁹ deseri se ab ea nō tollerabāt: nūc ipsa sine eis ꝓficisci nō poterat. Tandē vna remanēte. Ruth ipsa cū remanere nō potuisset. Noemi socr⁹ sociā sibi duxit in Judeā. Cūqꝫ in bethleem ingresse fuissent Booz Elimelech cognat⁹ suscepit eas in domū suā. Procedente deinde tpe Booz cū didicisset Ruth vxorē fuisse cognati sui defuncti: ⁊ ipse sine vxore esset: scđm legē Moysi duxit. Quo facto post annuz peperit ei filium Quē Neomi socr⁹ sumēs suo cōsilio vocauit euz Obeth. eo ꝙ in eius senectute nutriretur. Inde et ipse obeth genuit Jesse ex quo natus est dauid.

## Linea pontificū

Zaraya



Meyraioth



Amarias



Achitob



ISti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt ſummi ſacerdotes. ſed Sadoch de eis deſcendit: quē ſalomō conſtituit ſummū in pontificatum: reiecto priꝰ abyathar de ſacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

IEpte illegittimꝰ princeps latrocinātiū. factꝰ eſt dux exercitꝰ a galaaytidis vt pugnaret contra āmonitas. ⁊ miſſis priꝰ nūcijs Iepte ad regē Amon: ratione oſtēdens iniuſte eos vſurpare velle terras eis a dn̄o cōceſſas. cū nollet eū audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria acceſſit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cū tympano: vt votū ſeruaret ymolauit eā. ſtultꝰ in vouēdo. impiꝰ in implēdo. Iudicauit aūt Iepte iſrael. vi. ānis iudex ſeptimꝰ. poſt quē iudicauit. vij. Abeſſan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios ⁊ totidē filias. Poſt quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Iudicauit poſt illum Abdon. viij. annis hn̄s xl. filios Iudex decimus.

CArthago vrbs fuit celeberrima i affrica a Cartha oppido (teſte Seruio) nomen aſſumpſit. Et aput grecos. ΚΑΡΧΗΔΩΝ ſcribit. Cōſtructa primū a didone beli regis tyriorū filia: annis ſeptuagīta tribꝰ anteq̄ʒ roma ipſa cōſtrueret vt dixit Iuſtinꝰ libro. xviij. Que priꝰ a bouis corio Byrſa dicta fuit. qꝛ p illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. q̄tum corio thauri tegi poſſet. dicēte virgilio libro Eneid. primo. Mercatiq; ſolū facti de noīe byrſam: Thaurino. q̄tum poſſet circūdare tergo. Coriū eīn illud in tenuiſſimos filos ſecari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrſam. i. coriū: que poſtea mutato vocabulo Carthago dicta eſt. Cicero quoq; de natura deorum libro ſecūdo. Poſtq; tres hercules declarauit. Quartꝰ inq̄t filiꝰ Iouis et Aſteries ſororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrſa quā dido cōdidit Carthago vocata eſt. Hec eadē teſte Plinio libro. xv. naturalis hyſtorie centū viginti annis romanis emula fuit. Pluries eīn deſtructa: Pluries inſtaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetuſtate originis magnitudine ⁊ claritate ante omnes affrice ⁊ hyſpanie, puinciarum vrbes memorāda. Primo autē excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos in tercio bello punico, cōſul factꝰ ſex cōtinuis diebꝰ ac noctibꝰ illā oppugnauit et vltra deſperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt q̄s belli clades reliquos fecerat ſuire ſaltē liceret. Eo i bello mulierū viginti q̄nq; millia: viroꝝ vero trigīta trucidata fuiſſe referūt: Haſdrubal aūt eoꝝ rex vltro tranſfugiēs eiꝰ vxorē. ſe ſuoſq; filios in mediū iecit incēdium. quod ſexdecim cōtinuis diebꝰ arſit. Et miſerū (vt Liuiꝰ ait) etiā victoribꝰ pbuit ſpectaculū. ⁊ tūc Carthago ſexcēteſimooctauo ab eiꝰ cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū poſtq; euerſa fuit vigeſimoſcđo anno lelio cecilio motello. ⁊ T. Q. flaminneo cōſulibꝰ reparari iuſſa eſt. qua repata Romani ciues eo miſſi deducti ſunt. Sed vt idē liuiꝰ inq̄t intra breue tp̄s Ethna vltra ſolitū flammeos ignes euomēs calidis cineribꝰ exuſta eſt. tecta deſtruxit. Cuiꝰ ſubleuande calamitatiſ cauſa Senatꝰ Ro. decē annis ei vectigalia remiſit. Multas etiā p tp̄a Gethōrū calamitates ptulit. Tandē in Mauroꝝ manꝰ deueniēs regū ſedes. ⁊ regia nūc vſq; habita eſt. Que et vernacla lingua Tuniciū appellata eſt.

Carthago



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

## Sine iudice Linea Judicum

Yepte



Abeſſan



Abyalon



Abdon



## Primus rex iſrael Saul



Saul primus iudeorū rex. Cis de tribu beniamī filiꝰ duodecimo ſacerdotij Samuelis anno a domino in regē electꝰ Regnauit cuꝫ ipo Samuele annis. 26. Hic a principio vir bonꝰ. deinde mādata dei cōtemnēs ex rege tyrānꝰ et oppreſſoꝛ ſuoꝝ ſubditoꝝ euaſit. Tandē poſt multas dauid regi pſecutiōes illatas cū cōtra paleſtinos in mōte Gelboe Syrie pṽicie pugnaret ab eiſdē fuſus ⁊ ſupatꝰ ſuis oībus pene pſtratis. poſtremo ⁊ ipe grauiter vulneratꝰ in euaginatū gladiū irruens mortuꝰ eſt. Hoc vidēs eiꝰ armiger ſeipm̄ interfecit.

Dauid ſe preſentāte ſauli Jonathas filiꝰ ibi pſens maximā amiciciā cū dauid cōtraxit ita vt omibus veſtimētis ſuis faceret eū indui. aſcēdentibꝰ autē Saule et dauid cū pplo in hirlm̄ cū victoria ⁊ choris puellaruꝫ cū muſicis cantātibꝰ in obuiā eoꝝ. Saul pcuſſit mille. et dauid decē milia. contriſtatꝰ eſt ex inuidia; timens ne regnum deueniret ad eū. ⁊ quadā die pſallentē coraꝫ eo in cythara: Saul lancea q̄ſiuit eū trāſfigere Poſtea aūt fecit eum tribunū ſup gentes armoꝝ. Promiſitq̄ꝫ ſaul dauid dare ſibi vxorē filiā ſuā Michol: ſi ei afferret centū pputia philiſtinoꝝ: ſcꝫ eos occidēdo. intēdens ex hoc mortē dauid inferendā a philiſteis. q̄ aſſentiēs attulit ducēta pputia; occidēs illos in bello iuſto: qꝛ inimici erāt populi iſrael. Jonathas aūt valde diligēs dauid vbis ſuis recōciliauit eū prī ſuo ſauli; quē q̄rebat occidere. Et cū i bello habito ꝯ philiſteos: Dauid feciſſet plagaꝫ magnaꝫ in philiſteos; Saul iteꝝ q̄ſiuit haſta ſua cōfigere dauid zythariꝫantē corā eo; Sꝫ dn̄s declinauit ictū: Fugientēq̄ꝫ ad domū cū ſaul miſiſſꝫ ſatellites ad capiēdū eū ⁊ occidēdū Michol vxoꝛ ſua nūciauit ei; ⁊ emiſit eū p feneſtrā. Cūq̄ꝫ nūciatū fuiſſꝫ ſauli q̄ eſſet i aioth cū Samuele miſit apparitores vt caperēt Dauid plres ⁊ varios tribꝰ vicibꝰ. q̄ cū veniebāt inuenientes pphantes cū ſamuele ⁊ dauid. et ipi cū eis pphabant laudātes deū. demū ipe ſaul acceſſit: qui etiam ſimul cum illis prophetauit nudus ſe expolians.

In iudicatu illoꝝ triū ſcꝫ Abeſſon Abyalon: et abdon: tpa q̄eta fuerūt ⁊ ideo nil notabile actū eſt tūc in iſrael. Sꝫ nota q̄ iſtū Abyalo. lxx. nō hn̄t nec etiam tps ſine iudice ſuprapoſitū. Sꝫ iſta tpa aſſignat Joſue q̄ nō hꝫ tps ſpāliter diſtinctū. ſcd̄m hebraicam veritatem. ⁊ ita concorda ſuppotationes annorum ſm̄ quēlibet alioquin errabis.

Narrat Augꝰ. et Boetiꝰ in de philoſophico cōſolatu li. iiij. Metro. iij. q̄ Ulixes rediēs de bello troyano decēnio errauit in mari. Nā cū in extremo Italie Sycilīā vſus cū vnica naui fortūe gra ad inſulā in q̄ magna Circes dn̄a pulcherrima q̄ filia Solis dicebat habitauit applicuit ⁊ intrauit. Iſta p icantatiōes ⁊ carmina miſcuit quedā pocula: p q̄ oēs bibētes trāſmutauit ſic voluit a nā hūana i beſtias. Un̄ ſtatī ſocijs vlixis porrexit de potatiōe ſua. vn̄ ⁊ aliū mutauit in aprū aliū in leonē. aliū in ceruū. Ulixi vo dederat mercuriꝰ (q̄ ſiꝰ ⁊ archadie deꝰ dicit) vnū floreꝫ cuiꝰ virtꝰ fuit cōtra tales incātatōes reſiſtere. Unde nihil paſſus. magam inſequit et eam ad reparatione ſocioꝝ euaginato gladio coegit. Hūc vlixbonam in hiſpania Solinus cōdidiſſe ſcribit. Et ab ipo vlixe: vlixbonaꝫ nomen accepiſſe. De eius erroribus penolopeq̄ꝫ vxoris caſibꝰ homerus. xxiiij. libros diuinos carmīe ſcripſit. Quos odyſſee volumen appellant.



## Linea pōtificum

Heli



Phinees



Achitob



Achimilech



Abyathar



Iſte heli ſacerdos ⁊ iudex. habuit hos duos filios ſcꝫ. Ophni et Phinees. et quia in arguendis filijs tepidus fuit: ideo reprobatus fuit a domino. Auditaqꝫ ſtrage filiorū et Archam captā a philiſteis de ſella cadens. fractis ceruicibꝰ expirauit pre dolore dum octo ⁊ nonaginta vixiſſet annos.

Samſon duodecimus et vltimus iudicū iſrael Judicauit annis. 20. Hic hebreorū fortiſſimus fuit patri ſuo Manue naſciturus ꝑ angelū fuit annūciatus Nazareꝰ. vxore ducta in thamnata ꝑabola de leone cōmunis ꝓpoſita. et per dolum mulieris ſoluta. cū ſegetes hoſtiū incendiſſet. ⁊ mille viros mandibula azini aquā dante trucidaſſet. Tandeꝫ dolo dalide raſis crinibus a philiſteis captus. Renatis crinibꝰ concuſſa domo plures ſtrauit mortuus qꝫ viuus. Cōcuſſis eī columnis tota domus ſuꝑ principes vniuerſos cecidit et tria milia hominū extinxit. inter quos ⁊ ip̄e vna cū eis defunctus eſt. Venientes ſcꝫ fratres eiꝰ ſuſtulerūt corpus ⁊ ſepelierunt in ſepulcro patris ſui.

Achitob filius Phinees filij heli fuit pater Achimelech quē ꝑemit Saul cum omni domo ſua ꝓpter dauid vt patet ſup̄.

Poſt ſamſonem iudicauit Heli. qui et ſacerdos et a digniori ſacerdos eſt nominatꝰ nō iudex. Trāſlato ergo ſacerdotio a filijs Eleazar. hic primus de filijs ythamar arripuit. Forſitan ip̄emet factus iudex ſacerdotiū ad ſe tranſtulit. Cepit aūt iudicare anno ab exitu de egipto. ccc lvi. etatis aūt tercie id eſt ab Abrahā d ccc lxi. mundi vero bis milleſimo. d ccc ix. Et iudicauit annis. xl. huiꝰ tp̄e ꝯtigit hyſtoria ruth de q̄ ſup̄.

Samuel ſanctiſſimus propheta domī hebreorum ſacerdos et iudex poſt hely ſacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane ⁊ Anne vxoris eiꝰ filius fuit. Cuꝫ helcana habuit duas vxores: ſcꝫ Annā et Phenennā. Anna aūt ſterilis erat. ſed tamē magis a viro diligebatur. Phenēna vero fecūda propter quod exprobrauit anne de ſua ſterilitate: ſuꝑ quo contriſtata valde acceſſit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderet ab hely ſacerdote: ꝙ vt ebria oraret: illa humiliter excuſauit ſe indicās ſuam afflictionem. Exaudiuit aūt dominus orationem anne et dedit ei filium maſculum ſcꝫ Samuelem ꝓphetam quē ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi miſit eum ad ſeruiendum in eo. Qui a puericia vſqꝫ ad ſenium digne domino deo miniſtrauit. Qui tandem cum iudicaſſet iſrael annis quadraginta. Secūdo ante obitum Saulis anno diem ſuum obijt. quē ſinguli ex pplo iſrael tanqꝫ ꝓpriū fleuere parentem. Eius aūt corpus in Ramatha ſepultū fuit.

Phenēna Helcana Anna



## Linea Judicum

Samſon



Hely



Samuel



Neapolis



Neapolis vrbs vetuſta atqꝫ ꝑclara Campanie: olim parthenope dicta. Cuꝰ originē Titꝰ liuiꝰ ī octauo refert in cumaīs his verbis. Palepolis fuit haud ꝓcul. vbi nūc Neapolis ē duabꝰ vrbibꝰ idem ꝓplus habitabat cumis erāt oriūdi. palepolimqꝫ quā tenerēt greci dicit infra liuiꝰ a publio plautio cōſule captā fuiſſe, ⁊ infra Iaꝫ publiꝰ inter palepolim neapolimqꝫ loco opportune capto diremerat hoſtibus ſocietatē aurelij mutui. Quidā tn̄ ſcribūt eā regiā ciuitatē ā dyomede rege in littoribꝰ maris cōditaꝫ fuiſſe. Que poſtqꝫ romanis ſe ſbiecit; eiſdē alijſqꝫ principibꝰ ⁊ dn̄is fidē ſemꝑ ſeruauit. Liuiꝰ qꝫ dicit Neapolim auxilio nolanoꝝ romanis dedità fuiſſe. Vſi vero ſūt ſemꝑ poſtea Neapolitani erga romanos ⁊ alios dn̄os cōſtātiſſima fide. Primū romana republica canenſi clade cōſternata cū ad hierionē iam hyeme impendente cōſiſteret bellū neapolitani legati romā venerūt ab his q̄dragīta pathere auree magni pōderis in curiam delate. qs quidē ſenatꝰ cōtra morē ſuū accepit. ⁊ neapolitanis grās egit. Cūqꝫ hanibal Neapoli ſummope potiri q̄ſierit: Neapolitani in romanoꝝ ptibꝰ ꝑſtiterūt. floruit aūt ſemꝑ poſtmodū neapolitana vrbs romana re ſub cōſulibꝰ. ⁊ pariter ſub ꝓncipibꝰ integra adeo vt apud eā graues viri animoꝝ a curis laxamētum quererēt. Et diſcoli laſciuie diuerſoriū. Suetoniꝰ de nerone reuerſus e grecia neapolim. q̄ in ea primū artē muſicā ꝓtulerat. albis equis introijt diſiecta pte muri. Sed ⁊ viros videmꝰ lr̄is celebratos. Virgiliuꝫ diu. Titū liuiū aliq̄n. ⁊ horaciū Neapoli moratos fuiſſe. Et Seruiꝰ aſſerit virgiliū ſcripſiſſe Georgica neapoli quā parthenopē appellauit: Franciſcꝰ qꝫ petrarcha preſtanti vir ingenio. a Roberto rege neapolitano gallicana oriūdo ꝓgenie rogatꝰ Neapolim bis ſe cōtulit. Sed a trecētis annis citra regia dignitate inſignita. Habet nūc neapolitana baſilicas. menia ⁊ arces ⁊ publicas ⁊ priuatas edes ſupbas. ⁊ ceteris italie maioribꝰ cōparādas. In q̄s preclarūqꝫ virginis clare mōſteriū. qđ a ſancta Arragonie regina Roberti regis incliti vxore edificatū. facile oīa italie mōſteria antecellit. Eiqꝫ ꝓximū eſſe videt ſancti Martini extra vrbis menia Cartuſiēſe cenobiū edificij magnificētia pulcherrimū. Cōſtat tn̄ arcē vnā. Caſtellū nouū appellatuꝫ mari imminēteꝫ Alphōſi regis laude ⁊ memoria dignū opꝰ. Ceteris q̄ ī italia nūc extāt veteribꝰ ſiue nouis opibꝰ monumētis ⁊ ſtructuris pferendū eē. Si turriū eiꝰ muroꝝūqꝫ altitudinē ⁊ craſſitudinē ⁊ pulchritudinem. ſiue aularū cubiliūqꝫ ⁊ ſingularū eiꝰ parciū amplitudinē ⁊ ornamēta peritꝰ eiuſmodi reruꝫ exiſtimet. Veſuuiꝰ qꝫ mons cāpanie. ab om̄i alio mōte ſolutꝰ: Neapoli ad q̄ttuor milia paſſuū ꝓximꝰ: Vinetis oliuetis ⁊ quibuſdā fructiferis arboribꝰ refertꝰ. Sꝫ ꝓceteris vini vbertate admirabil'. qđ iam grecū vocāt. Eructauit q̄nqꝫ cineres ⁊ incēdia in formā pumicearū arenarū. Ita vt ex illis campi vſqꝫ ad arboꝝ cacumīa intumuerint. Et tpibus Traiani impatoris plinius ſcđus ex Meſſanenſi claſſe cui ꝑerat ad viſendū hoc ſpectaculum propius accederet ab incendio abſorptus eſt.

Linea regū aſſiriorꝝ. Thatanes



Athanis



Thineus



Sub iſto factū ē excidiū troye forte prime ⁊ nō ſcđe. Erat principalis grecoꝝ xpi̅. hāc victoriā troye greci hyſtorias. ⁊ alia facta ſcripſerūt āno p̄io vel ſcđo ⁊c̄ Poſt captā troyā tp̄e eſt tercius annus Abdon iudicis iſrael.

Anno mundi. 4025.

Sub iſto bella troyana facta deſcribunt regnāte apd̄ athenienſes Mneſteo apud ſychomos poliſide.

Iſte Thineus. 28. Rex aſſyrioꝝ ſub quo etiam ceſſauit regnū ſychomorū tp̄e heli ſacerdotis cū nongētis trigintanouem annis regnaſſent. poſt quos ſacerdotes carni conſtituti ſunt.

Anno mūdi. 4075.

Ieſſe vel yſay habuit ſeptem filios et duas filias quorum nomina patent hic.

Linea Chriſti












## Homerus



Homerus poeta aſianus omniũ grecorũ clariſſimus de cuius tpe ac vita incerte ſunt ſententie. in grecia claruit tpe Saul regi iſrael. hic vt ait helynandus li. iij. ab Atheniẽſibꝰ pro inſano habitꝰ eſt. eo ꝙ deos inter ſe belligeraſſe diceret. Hic etiaꝫ vt dicit in policrato li. i. leuẽ queſtionẽ a nautis ſibi ꝑpoſitã nõ potuit explicare. a quibꝰ dum impudẽtiꝰ ꝛ procaciꝰ derideret: vir verecũdi ingenij quaſi toxicato cõfuſionis iaculo ꝑfoſſus ad mortẽ ſpiritũ exaluit. Queſtio aũt nautarum hec fuit. Ibat ẽm homerꝰ ſpaciatũ in littore maris aſpiciẽs celũ vtpote cõſideratiõe eleuatꝰ: quẽ videntes piſcatores ſedẽtes in littore adinuicẽ colloquẽtes deriſerunt. qui cũ eos ridẽtes aſpiceret interrogauit qđ haberent. ꝙ dixerũt. quotqt cepimꝰ nõ habemꝰ. ꝛ qđ nõ cepimus retinemꝰ. Vermes ẽm in veſtibꝰ ſcrutabant. Homerus vero dirigẽs cogitatum ad piſces cogitabat qualiter hoc eſſe potuiſſet vt videlicet nõ dum captos haberẽt piſces: et captos piſces nõ haberẽt. Ayũt vero quidã euꝫ ex hoc amaricatum adeo vt in inſaniã verſus ſeipm ſuſpẽderit. Vixit aũt annis. c viij. De homero hyſtoriographi referũt ꝙ ipſe virtute piter ꝛ etate nõ ſolũ poetaꝝ ſed ꝛ philozophoꝝ princeps vocari piter ꝛ haberi apđ grecos iure meruit. Naꝫ ꝛ ante omnes fuit quoꝝ memoria nota eſt. ꝛ oibus verꝰ ꝛ lucidiꝰ quicqđ dicere voluit explicauit. Hic de troye captiuitate iuxta numeꝝ grecoꝝ litterarũ. xxiiij. libros heroicis verſibꝰ edidit. qđ opus Iliades nomiauit. Alterũ quoqꝫ hiſdẽ verſibꝰ cõdidit ad earundẽ numerũ litterarũ quod vocauit Odyſſeam in qua vlixis errorẽ ſcripſit. Vixit aũt annos centum et octo ſemper vt plurimum cecus.

## Linea Regum ytalie

### Latinus



## Codrus



## Anchiſes Venꝰ dea

Anchiſes Capis troiani filꝰ a Sibilla phrigia ꝑmonitꝰ ciuitatẽ troyanam fore periturã. in nemora receſſit et ſolitudines coluit. ꝛ armẽtoꝝ atqꝫ gregũ curã ſuſcepit. Circa qđ vt plurimũ diuitie antiquoꝝ fuere. Quibꝰ cũ apud Symeantẽ vacaret fluuiũ a venere dilectꝰ eſt. Et eiꝰ amicicia atꝫ cõcubitu vſus ex dea venere generauit Eneã ꝙ regnauit in ytalia. Hec ficticia deceptores rudiũ ꝑploꝝ confinxerũt quibꝰ ſua ſtupra et adulteria palliarunt.



### Eneas



Eneas anchiſe filꝰ Anno ſexto principatus Labdon in latiũ venit hic certe omni forma ꝛ elegantia inclitꝰ fuit. ꝙ cũ patre ꝛ Aſcanio filio ac Cayeta nutrice m̃ltis troyanis cõſociatꝰ poſt deletã troyã a grecis relegatus venit in ytaliã cũ viginti nauibꝰ. ꝛ plurima bella cõſtituit. Hic fertur in cõiugẽ habuiſſe filiã priami. ꝛ deꝰ habitꝰ fuit errore vulgi.

Codrꝰ ille Melanti regis filꝰ vltimꝰ rex Atheniẽſiũ fuit. ſeptimo ꝛ viceſimo principatꝰ Samuelis ſacerdotis anno pꝰ patrẽ atheniẽſibꝰ regnare cepit. ꝛ regnauit annis. 21. Poſt cuiꝰ mortẽ atheniẽſiũ reges defecere. hic nõ regali ſed deſpecto habitu quo ignotꝰ eſſet ſeipm volũtarie morti tradẽs. vt morte ſua ꝑplm ſuũ ab hoſtibꝰ liberaret. dignũ exemplũ paucis aut nullis immitãdum principibꝰ reliqt. Vñ ob hãc mirã fidelitatẽ a ſctis doctoribꝰ allegari ſolet quaſi quedã figura xp̄i in eo ꝑceſſiſſet. Naꝫ cũ ſciebat ꝙ peloponẽſes reſpõſuꝫ habuiſſent a dijs ꝙ ille exercitꝰ haberet victoriaꝫ. cuiꝰ rex occideret in bello. vt victoriã haberet exercitꝰ ſuꝰ accedẽs ad extremũ hoſtiũ cõtendens cũ vno occiſus eſt. Quo agnito peloponẽſes bellũ e veſtigio ſoluũt ꝛ atheniẽſes liberãtur. Maluit hic certe ſic mori vt ſui vincerẽt qꝫ ſuis ſupatis glorioſus viuere. Codro itaqꝫ defuncto atheniẽſiũ reſpublica tamdiu ꝑ magiſtratꝰ poſtea eſt adminiſtrata quouſqꝫ ſolon inſignis legũlator in ducẽ fuit electꝰ. Reges aũt atheniẽſiũ a centeſimo hebreoꝝ ſeruitutis Anno vſqꝫ ad iſtũ. 487. annis regnauere.

### Aſcanꝰ



Iſte Aſcanꝰ filꝰ Enee ex Creuſa priami regis filia ſcđs rex latinoꝝ regnare cepit. Albam ciuitatẽ cõdidit: ibiqꝫ regnauit. Vnde dictꝰ eſt rex albanoꝝ. Poſteriqꝫ ſui dicti ſunt Albani: ꝛ fuit primꝰ rex albanorum. Illam autem ex oraculo ſuis albe quã in albano monte cum triginta pullis inuenerat. Et ab ſitu porrecte in dorſo vrbis longam albam appellauit.

Venecia ciuitas noſtro euo cantatiſſima: emporiū nobile ytalie. terra mariq́ꝫ potentiſſima. Quā qui
dam ab Eneto ſeu veneto Troyano iniciū habuiſſe dicūt. Troya em̄ euerſa anthenor cū in intimū
ſinum adriatici maris claſſe vect⁹ aduenit. Erat cū eo multitudo Enetū: qui ſeditiōe (vt Titus liui-
us memorat) ex paflagonia pulſi. in quā habitarēt querebāt ſedem qui veneti appellati. Prouīcia hinc ve-
netia appellata. Longitudo hui⁹ hyſtriam. Ac deinde quicquid eſt agri in padum flumē. Latitudo vero hic
padum flumē. inde alpes (qui ytaliā a germania dirimūt) amplexa eſt. Regioni nomē diu vt venecia appel-
laretur annos ſupra mille quīgentos māſit. Bello ipſam ꝛ qui erāt vicini Ciſalpini galli. ꝛ qui venerunt in
ytaliā germani ſepenumero infeſtarūt ac populati ſunt. Olim vero ſeuiſſim⁹ Athila rex hunoꝝ fuit. Is cum
magno exercitu veniēs oppida expugnauit multa vi capta ſuccendit. quedā funditus diruit. Tum iſto rege
Padua capta ꝛ ſuccenſa. Aquilegia ꝛ altinū euerſe. Primates nomīs veneti vt peſtem hanc fugerēt ſeſe ac
quos haberēt liberos. cōiuges. fortunas in proximas inſulas contulerūt. Et veneciarū ciuitatē ꝓ regione
appellarūt. Aquilegienſes igit̄ gradū Cōcordienſes cōdidere crapulas. Altinates ſicut vrbē ſuā in ſex por-
tas diuiſam habebāt. Sex q̄ꝫ in ſtagnoꝝ inſulas opida cōdiderūt. Torcellū. maiorbum burianū. amoriacū
Conſtāciacū et aimanū patauinorū pars Riuū altū. et poſtea dorſuꝫ durū. Monte ſilicenſes adeuſtā metha
maucū. Albiolam paleſtriolā. Et foſſaꝫ Clodiam. Venetos quoq́ꝫ troyana ſtirpe ortos eſſe auctor eſt Cato.
Primi ei⁹ vrbis magiſtrat⁹ tribuni fuerūt. verū ciuitas libero iure et ad imperandū nata. cōtinuo rei mariti
me ſtudio pollere cepit. breuiq́ꝫ ei⁹ opes intantū vt mari terraq́ꝫ finitimis terrori eſſent. Procedente tpe eoꝝ
imperium ad ortū ꝓpagari ceptū. multaq́ꝫ in dalmatico ſinu. Epiro et vniuerſa grecia quas prouīcias pene
omnes breui tempore ſue ditionis fecere. Et in ora pontici maris non pauca geſſere. moxq́ꝫ ad Tanaym vſ
q́ꝫ veneta arma promota ſunt. rurſus et in Syria per ſe nō pauca. multa quoq́ꝫ ſociali bello ab his geſta refe
runtur. Nota ſunt Friderici imperatoris tempora que nauali prelio ad apoſtolice ſedis obſequiū retraxere.
Creuit autem ab ipſo conditiōis inicio veneta ciuitas cum a potentioribus ditionibusq́ꝫ olim regionis ve-
nete. fuit a pricipio habitata. Porro ducalis ſedes primū ī Eraclea. deinde in methamauco. Poſtremo in ri
uoaltum conſenſu omnium tranſlata eſt. q̄ꝫ tutus eſſe locus hoſtili a manu. ꝛ condendam ad ciuitatem maxi
mam omnium cōmodiſſimus videretur. Que autem mediterranea prouincia fuerat. Ea ciuitatibus euerſis



mutauit nomen. Nec deinde venecia: Sed pars nomen lombardis accepit. Pars marchia taruiſana. Pars
fori iulij patria. pars hyſtria appellata eſt. Inſulis vero quod regionis fuerat antiquū nomen manſit. et cū
plures eſſent Venecie appellate ſunt. Et nūc ciuitatis vnius nomen ſortite ſunt. Ea igitur in intimo adriati
ci maris ſinu ſita. Ad annum ſalutis quīquageſimūſextum ſupra quādringentenum condita fuit. quo anno
Attila rex hunorum aquilegiam diruit Narſes iuſtiniani imperatoris dux aduerſus Gothos eccleſias ſan
cti Theodori et Geminiani in veneciis edificauit. deinde patauii ſcđa transmigratione in ſtagnum venecia-
rum confugientes. Riuum altum impleuerunt. Et oliuolenſe caſtrum vbi nunc caſtellanum eſt epiſcopiū con
didere. et ſancti martini et ſancti Johānis in bragula eccleſias conſtruxerunt. Variaſq; baſilicas celeberri-
mas. Ciues poſtea edificarunt ad octingenteſimum et vigeſimumſeptimum ſalutis annum Juſtiniani du-
cis venetorum anno ſcđo beati Marci corpus ex aſia eſt delatum. Anno ſequenti cum frater eius Johānes
in ducatu ſuffectus eſſet. Eccleſia ſancti Marci edificata in celebriori vrbis loco. vbi precioſiſſima et pene in
extimabilia recondita ſunt dona. Augebantur enim indies venetorum opes mirabili incremento. Nam ad
annum quartum de duodecies centeno veneti francis bello ſociati vrbis Conſtantinopolitane dominio ſūt
potiti. Poſtea pons riuoalti ſubliceus eſt conſtructus. Vt autem pauca e multis narremus. Situm vrbis po
tius mirari q̄ digne laudare poſſumus. Vrbem e mediis vndis ſurgentem adeo humanarum rerum exun-
dantem mari contiguam vt omnes omniū generum merces excipit. Cum interea illuc oportuna flumina acce
dant. quibus fruges et alia vite neceſſaria e mediterraneis locis aſportant. Hinc illud fieri dictu mirabile
vt in qua vrbe ferme nihil gignitur in ea omniū copia exuberet. Taceo domorum amplitudinem Turres p̄
celſas. ſacratiſſimarum edium ornamenta. Et e mediis vndis tecta ſurgentia vix ipſis qui non viderūt cre-
denda. Que poetarum quiſpiam non abſurde dixerit. manibus fabricata ciclopum. Quid naualia adducā
et in naualibus immenſam innumeroſamq; claſſem: quid conſcriptorum patrum numerum ordinem morū
ſanctimoniam: cum eorum optimates iam ferme anno milleſimo imperent. ac benignos omnibus et libe-
ros ſinus aperiant. Ideo cōcludere libet de tali felici ciuitate optimis auſpiciis nata. Ante igitur ſalſos flu
ctus formica marinos Ebibet: et totū teſtudo circuet orbem: Q̄ venetum ruet imperiū ſanctuſq; ſenat⁹.



## Padua



Padua vrbs ytalice vetuſtiſſima celeb
rrimaq͂. quã anthenorez Troya ꝓfugũ
cõdidiſſe virgili⁹ teſtat̃: hic tamẽ ille vr
bem patauii ſedeſq͂ locauit. Et tit⁹ liuius decus
patauinorũ idem ſerioſe narrat. Anthenor eñ
ꝑ medios achiuos illiricos penetrauit ſin⁹. ⁊ re
gna liburnoꝝ: ad intimũ adriatici pelag⁹ acceſ-
ſit. Expulſis euganeis q̃ ea loca tenuerãt vrbẽ cõ
didit Patauiũ. Cicero aũt in philippicis patauĩ
nos romanis fuiſſe amiciſſimos dicit. qui rem-
publicã difficilimis tꝑibus armis ⁊ pecunia iu
uerũt. Fuit aũt poſtea Padua ꝓfeliciſſima ſtãte
R.p. tꝑa romanoꝝ colonia nõ eo modo deducta
quo cetere deducebãt deducti͂ nouis ꝑplis in co
loniã: ſed datũ eſt paduanis ius lacij in deſignã
dis rome magiſtratib⁹ ferẽdi ſuffragij ius habe
rent. Nullã aũt edificioꝝ pulchritudine ꝑſertim
publicoꝝ in ytalia ſibi ſilem eẽ tenent⁹. Sũt eñ
noua q̃cuq͂ in ea nũc extãt vel publica vł ꝑuata
qñ Attila rex hunoꝝ ferro igniq͂ immunitas reli
q̃t: Inſtaurata a Narſete eunucho ⁊ rauenatib⁹
lõgobardi deiñ inceſas deuaſtarũt. Aucta vo eſt
mirabili incremẽto ꝑ karoli magni ⁊ filioꝝ nepo
tumq͂ imꝑij tꝑa. quouſq͂ friderici primi tꝑibus
Ecelinus tirãnoꝝ oĩm crudeliſſim⁹ eã ſibi ſube-
git: ⁊ innumeras cedes ac ꝓſcriptiões ciuiũ pe-
git. Charrarienſes deiñ ſub capitaneat⁹ titulo re
rum in patauio potiti ſunt qui eã vrbẽ paulopl⁹
min⁹ centũ ꝑ varias ſucceſſiones poſſeſſaz opu-
lentiorẽ ornatioreq͂ reddiderũt. Nã gentis no-
bilis Charrarie oꝑa maiori ex ꝑte excitata orna
taq͂ fuerũt menia. q̄bus triplici circuitu ⁊ muro
patauiũ cõmunit. Et licet ꝑ eam Timau⁹ fuerit
delapſus. m̃ltis tamẽ varijſq͂ foſſis magno ⁊ in
genti ope manufactis aque circũ vrbẽ ⁊ ꝑ diuer
ſa agri loca ornamẽto vrbi cõmodoq͂ ab eiſdẽ
Charrarienſib⁹ ſũt ꝑducte. et arx in vrbe munitiſ
ſima ⁊ pallaciũ facile i ytalia ꝑmariũ. Et varia
eoꝝ oꝑa. Heinric⁹ q̃rt⁹ imꝑator germanic⁹ Ca-
thedralẽ patauij eccl̃iam q̃ extat edificauit. Pre-
toriũq͂ q̃ nullũ in orbe pulchri⁹. qḋ poſtea caſu
crematũ: ſpecioſi⁹ veneti ꝯſtruxerũt. Et oſſa Ti
ti liuij in cõſpicuo loco collocarũt. Eſt in ea inſi
gnis cui in ytalia rariſſime ſũt ſiles btĩ Antonij
baſilica. Eſt ⁊ in ea Iuſtine v̾ginis templũ qḋ
hr̃at. S. luce euãgeliſte ⁊ ꝓſdocimi ⁊c. corpa cũ
diue Iuſtine reliquijs qḋ iouis tẽpluz fuiſſe aſ-
ſerit. nũc monſteriũ ãpliſſimũ ordini diui benedi
cti dicatũ. In ipa q͂z gymnaſiũ hr̃ oĩm italie cele
berrimũ. vbi ſũt edes ãpliſſime ſtudẽtiũ q̄b⁹ ſũt
opes tenuiores deputate. Viros q͂z ꝑter Titũ li
uiuz genuit hec vrbs doctrina clariſſimos. Pau
luz iuris ꝯſultũ. Petrũ d' Apono cõciliatorẽ ſũ-
mũ ⁊ mathematicũ ⁊ phiſicũ. Cui⁹ ꝑclariſſima
ſcripta ad cõmunẽ hoĩm vtilitatẽ maxio i hono
re ſũt hita. Albertũ ordis heremitaꝝ theologuz
et declamatorẽ celebrimũ. Stellã. flacũ ⁊ volu-
ſiũ ⁊ cõpl'rimos i oĩ arte excellẽtes. A mari ſur-
ſuz hz nauigatiõz fluuio brinta q̃ ſec⁹ eã fluit. A
lucia fuſina ſexto miliario foſſa manu facta pa-
duam compendio nauigatur.



## De regno latinorum et ytalie

LAtinorū regum prouinciā illam fuiſſe dicimꝰ quā nūc Campaniā appellamus. Et hec vna ex decez et octo regionibꝰ habita eſt. que certe plura habebat loca a ceteris regionibꝰ frequētata. vt liuiꝰ et Virgilius cōteſtati ſunt. ſed cum plus iacture in ea ꝙ ceterarū ſit factū. euenit vt nūc aliqua regionū ea ſit incultior. aut infrequētior habeat. Hec ideo latina appellata eſt. quia Saturnꝰ cretenſium rex Iouis filij arma fugiens in eiſdē locis latuit. quod virgiliꝰ in. 8. his verſibus poſuit dicēs. Primꝰ ab Ethereo venit Saturnꝰ olympo. Arma iouis fugiēs et regnis exul ademptꝰ. Is genꝰ indocile ac diſperſum mōtibus altis. Compoſuit legeſqꝫ dedit laciūqꝫ vocari Maluit. his qm̄ latuiſſet tutus in oris. Eius tamē magnitudo a principio anguſtiſſima fuit. Seruꝰ aūt dicit Latinos ꝓprie appellatos fuiſſe eos q̄ intererāt viſceribꝰ Albani montis. Fines vero huiꝰ regionis latine nūc campanie nūcupate a maritana parte ab hoſtijs Tiberinis incipiūt. et in Cayeta vrbe terminant̄. vbi ſunt ciuitates extantes ꝛ dirute vicꝫ. Oſtia Sinueſſa. Ardea Terracina ꝛ Careta. Et inſule poncia ꝛ pādana atqꝫ mōs Circeꝰ. In mediterraneis aūt velitre Aritia olim ciuitas anagnia. preneſtina. tyburtina. Thuſculū et alba olim ciuitas a qua albani reges. In hac igit̄ regione fuere ppl'i qui aborigines rutuli. Volſci. Hernici. Eqcoli et Marſi dicebant̄. Magnuꝫ eīm hec regio habet circuitū. Ianus aūt pater ꝛ deoꝝ deꝰ cognomiatꝰ vir vtiqꝫ ꝑhumanꝰ bonuſqꝫ atꝫ ſummꝰ hoſpitalitatis cultor ex orientalibꝰ veniēs regionibus primus oīm in ytalia regnare cepit. Is inter cetera virtutis ſue opera Saturnū nō modo benigne ſuſcepit verū etiā cum eo regnum partitꝰ eſt.



ITalia quippe Europe regio eſt oīm totius orbis celeberrima. que a bobus nomen habuiſſe exiſtimatur: vnde etiā Plato in thimeo Tauros vocauit italos. A quoꝝ multitudine pulchritudineqꝫ ac fetu italiam dixit. Eſt aūt hec regio in forma cruris inter adriaticū et thuſcū mare. ſiue ſuperū et inferum: et a iugis alpiuꝫ: dorſoqꝫ apenini mōtis porrecta: ſe paulatim attollēs vſqꝫ ad reginū verticē ꝛ littora brutioꝝ extendit̄. in vltimo ſui in duo ſcindit̄ cornua. Quoꝝ alterū Ionū ſpectat mare. Alterū ſiculū. in extremitate Rhegium opidū habēs. Eiꝰ longitudo ab auguſta pretoria que in alpineo fine ſita eſt. ꝛ ꝑ romaꝫ capuāqꝫ porrigit̄ vſqꝫ ad oppidū rhegiū (Solino teſte) decies centena ꝛ viginti milia paſſuū colligit̄. Latitudo vero quadragintadecem. Vbi maior latitudo. Vbi vero minor centū trigintaſex. Habetqꝫ vmbilicuꝫ in agro Rheatino que dudum ex latere maris ſuperi Rubiconem fluuiuꝫ pro finibus habuit. Dicta eſt autem prius heſperia ab heſpere atlantis fratre. Deinde Oenotria ab optimo vino quod ibi naſcitur. Poſtremo italia ab italo Siculorum rege dicta eſt: qui venit ad hec loca. In quibus et habitauit ꝛ regnauit. Hec regio nullis terris cedit ſiue agroꝝ vbertate ſiue armoꝝ gloria. habens vrbes celeberrimas.

## Nomina et ordo regum latinorum et ytalie.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ianus | 1 | | Siluius | 8 | An̄.29 | Liberinus | 15 | an.8. |
| Saturnus | 2 | Iſti quiqꝫ | Eneas ſiluius | 9 | an̄.31. | Agrippa | 16. | an̄.40. |
| Picus | 3 | regnaue- | Latinus | 10 | an̄.30. | Aremulus | 17. | an̄.19. |
| Faunus | 4 | rūt an̄.200. | Alba ſiluius | 11 | an̄.39. | Auētinus | 18. | an̄.38 |
| Latinus | 5 | | Egiptꝰ ſiluꝰ | 12 | an̄.24. | Procas | 19. | an̄.23. |
| Eneas | 6 | an̄.3. | Capis | 13. | an̄.28. | Amulius | 20. | an̄.44. |
| Aſcanius | 7 | an̄.38. | Carpentus | 14 | an̄.13. | Numitor | 21. | an̄.1. |

Piſarum Ethrurie inſignis ciuitas his temporibus (ut Strabo refert) a grecis ex piſa Archadie ciuitate venientibꝰ inicium ſumpſit. Nam ſeruius ſic inquit. Quidaꝫ ex ea et Elide ciuitatibus venerunt. et piſas in ytalia condiderunt. quas ſic ex priſtina ciuitate vocauere. Eam enim vrbem vetuſtam et geſtaꝝ rerum gloria claram ab Alpheis originem habuiſſe Uirgiliꝰ dicit quom ait. Hos parere iubent Alphee ab origine piſe. vrbs ethruſca ſolo. Et plinius. piſas inter auxerim et arnum amnes a pelope et territanis greca gente ortas aſſerit. Juſtinus vero dicit. piſas in liguribus grecos auctores habere. Et lucanus in primo. hic tyrrhena vado frangentes equora piſe. Hec igitur ciuitas q̄uis infelix nunc ſit habita vtpote que florentino populo grauiſſimis ſubiaceat preſſuris. olim tamen potentiſſima fuit. florentibus autem romanorum rebus nullum habuiſſe potentatum inuenimus. Poſtq̄ꝫ vero maritime vrbes ethruſce. hinc luna inde populania delete fuerunt. quieſcentibus per Karoli magni ꝛ filiorum tempora ytalie rebus eam quā poſtea habuit potentiam aſſumere cepit. Quibus temporibus et deinceps multos preſtātiſſimos habuit maritimo bello viros: quorum virtute et preſtantia mirū immoduꝫ aucta fuit. Quo factū eſt vt inter ethruſcas vrbes. et belli gloria diuitijs atqꝫ potentia principatum obtinere promeruerit. Et multas inſulas atqꝫ ipſam quaſi hieruſalem ſuo dominio ſubegerit. Sed ab annis ſeptuaginta poſtq̄ꝫ ea ciuitas florentinis ſubiecta fuit infrequens populo opibuſqꝫ exinanita penitus eſt reddita. Piſe tercio eugenio pontifice romano ornate fuerunt. Ea enim nunc ſuperbiſſimis edificijs et pontibus ſuper Arnum fluuium poſitis exornata plurimum eſt. Habet inter cetera hec ciuitas Templum diue virgini dicatum. et clauſtrum toto orbe celeberrimū qđ campus ſanctus nuncupatur. Atqꝫ Turrim caponariam miro ordine confectam. Que omnia videri et mirari incredibile videtur. Genuit hec ciuitas inter ceteros Raynerium et Bartholomeum Theologos et Juriſpontificij doctiſſimos ordinis predicatorum. Atqꝫ Huguitioneꝫ grāmaticum. et alios multos.

## Piſa






Anglia inſula quā veteres Albion a q̄buſdā albis mōtibꝰ q̄ ad eā nauigātibꝰ priꝰ apparēt vocauere
tum Brittānia a bruto Siluij poſtumi latinoꝝ regꝭ filio albionā inſulā quā gigātes incolebāt ſupatā
ab ip̄o brittāniā appellauit. Et h̄ brittānia maior ad mīoris brittānie differētias gallias ꝯtingētis
dicebat̄. Nūc a q̄daꝫ anglo potētiſſimo rege anglia in hodiernū diē appellata eſt. Hec ei triangl'aris ē inter
ſeptētrionē ⁊ occidētē ſita. q̄ ab oī ꝯtinēte habet̄ diuiſa. Naꝫ a germania q̄ ſb ſeptētriōe eſt incipit. Et iuxta
galliā ⁊ hyſpaniā verſus occidētē ꝓtendit̄. Et iō ſoliꝰ dixit. Finis erat orbis ora gallici littoris. niſi brittā/
nia inſula nomē pene orbis alteriꝰ mereret̄. Vn̄ virgiliꝰ. Et penitꝰ toto diuiſos orbe brittānos. Brutꝰ aūt
cū in brittāniā ſeu angliā mānſionē ſibi delegiſſet e veſtigio ſecꝰ Rameſſis fluuij ripas Trinōatem ꝯdidit vr-
bem munitiſſimā. Et q̄deꝫ oībus copijs feraciſſimā ad veterꝭ Troye memoriā recēſendā. Brutū huc tres ge
nuiſſe filios ferūt. ſ. Locrinū Albanetū ⁊ Cambrē. Qui p̄io inſulā inter ſe diuidētes. Locrino natu maiori
media inſula ꝑs obuenit. Que ab ip̄o lochria poſtea fuit cognoīata. Et ī ea adhuc lundinū ciuitas extare dr̄
Vrbs mercatoribꝰ ⁊ negociatoribꝰ maxie celebrata. In q̄ adhuc anglie reges pꝛīcipeſqꝫ ac ſenatꝰ ppl'i cum
mercatoribꝰ cōuenire vt plrimū tradūt. Albaneto vō eiꝰ filio q̄rta inſula ꝑs obuenit. q̄ ab eo albania fuit di
cta. Et h̄ ſcocia nūc nūcupat̄. Eſt ei eiꝰ inſula in q̄ eſt anglia ſcocia ſupꝛma ꝑs in aq̄lonē verſa flumibꝰ haud
magnis ⁊ mōte q̄daꝫ ab anglia diſcreta. Cambri vero tercio filio cambria q̄ nūc Thyle dr̄ inſula inter ſeptē-
trionalē plagā ⁊ occidētalē. q̄ vltima fuerat ex cogn[i]t[i]ſ a romanis. in q̄ eſtiuo ſolſticio ſole de cancri ſidere faci
ente trāſitū nox nulla. brumali ſolſticio ꝓinde dies nullꝰ. Huiꝰ inſule maxia ꝑs fructifera ē. Abūdat pecore
Auro ⁊ argēto ferroqꝫ. Efferūturqꝫ ex ea pelles ⁊ mācipia. Et caues ad venādū aptiſſimi. Multꝭ inſulis nec
ignobilibꝰ circūdat̄. q̄ꝝ hibernia ei ꝓximat magnitudīe: paruo a brittānis diſiūcta freto. Et iſule pue Or-
chades appellate. Gregoriꝰ btiſſimꝰ pōtifex hꝰ noīs ſcōs eo miſſis Auguſtino mileto ⁊ iohāne mōchis cuꝫ
alijs ꝓbatiſſime vite viris. Primū angliā ad fidē ꝯuertit. Et in ea deīn m'lti reges claruere miraclis. Circui
tu brittāniā patere triginta octo milia paſſus ſeptuagita quīqꝫ milias pythias ⁊ yſidorus tradūt. in q̄ ſpacō
magna ⁊ multa flumina. preterea metalloꝝ larga variaqꝫ copia. Eorum hyſtorias Beda optime deſcribit.

Quarta etas mundi incipit a principio dauid: et durat vſqꝫ ad traſmigrationem babilonis. Et habet ſcḋm hebreos annos. 484. Sed ſcḋm ſeptuaginta interpretes habꝫ. 485. annos. Qui dauid primus regnauit de tribu Juda apud hebreos annis. xlvij. in Ebron ſuper tribum iuda: et xxxiij. ſuper totum iſrael. Jnchoatur autem quarta Etas in dauid. non qꝛ primus regum: ſed qꝛ primus regum de tribu iuda. qm̄ ei fuit facta expreſſa ꝓmiſſio de xp̄o naſcituro de tribu iuda. Geſta aūt eius patent per totum ſcḋm librū regum ⁊c̄. Vn̄ dauid audita morte ſaulis luxit cū ſuis et ieiunauit. inſtituitqꝫ carmē lugubre. qꝛ rex iſrael primus ante eum et dominus eius.

David prophetarum omnium princeps Jſai de tribu iuda filius. primus hebreorum rex anno a natiuitate abrahe nongētesimo quadrageſimoprimo hebreis regnare cepit. Et regnauit (omibus cōputatis in hieruſalē ⁊ in Ebron) annis. 40. Vir quidez ab infancia pulcherrimus ruffuſqꝫ ac decora ſfacie. ingenti fortitudine ſed animo maiori. Qui preter philiſteū gigantem virū fortiſſimum quem ante regni ſuſceptionē funda interemerat: etiam in certaminibus (ſuſcepto imperio) que ꝓ ſubiectis regni ſuſcipiebat. primus ad pericula ſemper properabat. Jpſe regno adepto primū hieroſolimā obſidens tandez cepit: expulſis inde chananeis et iebuſeis Jnde omnes paleſtinos et hoſtes omni ex parte cōtriuit. Tandem cum predictum tempus regnaſſet plenus dierum bonorumqꝫ operum obdormiuit in domino cum vixiſſet. 70. annis. Sepeliuitqꝫ eum Salomon filius eius in hieruſalem decenter.

Filij dauid in Ebron quattuor

6us Vietra 5us Saphacias 4us Adonias 3us Abſolon 2us chelіab Primus amon



Salomō (anno mōi. 4165) Dauid regꝭ ex Berſabea filꝰ. ſcḋs hebreoꝝ rex. adhuc viuēte patre hebreis regnare cepit. et regnauit annis. 40. hūc natum pater confeſtim Nathan ꝓphete viro doctiſſimo atqꝫ ſanctiſſimo educandum nutriendūqꝫ dedit. factus adoleſcens ſuas ob virtutes domino iubente reliquis ſuis fratribꝰ abiectis dauid in regnuꝫ p̄fecit. Js hoſtes debellans pacem vndiqꝫ obtinuit. deinde templum illud toto orbe celeberrimū extruxit. Tādem cum quattuor et nonaginta annis vixiſſet valde longeuus mortuus eſt. Cunctis regibus felicitate excedens. Et ſepultus eſt in hieruſalem.

Regina Saba audita fama ſalomonis: venit a finibus terre audire ſapientiam eius. et de omnibus que interrogauit ei ſatiſfecit: Videns ordinem domus et familie: et audiens ſapientiaꝫ eius multū laudauit eum. Dederuntqꝫ alter alteri magna munera. Fecitqꝫ Salomon thronum eburneum ad quem ſex gradibus aſcendebatur quare et omnes vndiqꝫ terrarum deſiderabant videre eius facieꝫ. Et quia propheciſſa fuit Sibylla dicebatur. quia ꝓphetauit de ligno ſancte crucis. et de excidio iudeorum. Fuit em̄ cultrix vnꝰ veri dei.

Saba



Linea Chriſti

Dauid ſecūdus rex Jſrl̄

Anno mōi. 4085.



Salomon Rex






DAuid ex cōſilio domini aſcendit cū ſuis in Ebron: ibiqꝫ in adoleſcētia ſua in regē electus vnctuſqꝫ per Samuelē ſolū ſup tribū iuda. Et hyſboſeth filiꝰ ſaulis opante abner auūculo eiꝰ: factꝰ eſt rex ſup alias. xi. tribꝰ iſrael: q̄ regnauit duobꝰ annis. Cōgregatis aūt exercitu dauid ſub Joab principe exercitꝰ eiꝰ et abner principe exercitꝰ hyſboſeth ex cōmuni aſſenſu. xij. ex vna pte. et. xij. ex alia luctauerūt adinuicē: et alter alterꝫ occidit vno ictu Fugiētibuſqꝫ his q̄ erāt cū abner. aſael germanꝰ Joab perſequēs abner noleſqꝫ ad p̄ces eiꝰ omittere pſecutionē: Demū fuit pcuſſus aſael ab abner in inguine auerſa haſta. et mortuꝰ eſt. Longa igitur cōcertatiōe facta inter domū Saul ꝛ domū dauid. Dauid pficiens ꝛ ſemp ſeipo robuſtior. Domꝰ aūt Saulis decreſcēs quottidie. Nati ſūt aūt dauid in Ebron p̄mogenitꝰ āmon: ſcđus cheliab Tercius abſalon. Quartꝰ adonias. et alij de pluribꝰ vxoribꝰ. Abner aūt q̄ regebat domū hyſboſeth redargutꝰ ab eo. q꞉ cognouerat cōcubinā ſaul. indignatꝰ cōtra eū acceſſit ad dauid ꝛ ꝓmiſit ei populū totū iſrl̄ reducere ad ſubiectionē eiꝰ. Quod cū tractare diſponeret reducta vxore dauid. ſ. michol ad eū Joab ꝓditorie occidit ipm abner in vltionē fratris ſui aſahel: quod dauid diſplicuit: ꝛ fecit eū honorabiliter ſepeliri aſſociās cadauer cū ſuis. lugēs ꝛ ieiunās ꝓ morte illiꝰ.

Isti tres prophetabant tp̄e dauid. Nathan vero fuit filius fratris dauid. et adoptiuus yſay.

Gad Nathan Aſeph



Hic dauid quaſi ſtupor quidā in hūano genere relucet in q̄ nūq̄ hec ſimꝰ cōuenerūt. tanta ſublimitas ꝛ hūilitas tanta. tāta ſtrenuitas ac tanta mititas: tam grandis ſeculariū cura. Tam pura ꝛ deuota ſpiritualiuꝫ cōtemplatio. tot homies pimere. totqꝫ lacrimas effundere. In tanta cadere pctā. et talē agere penitētiaſ. Natiqꝫ ſunt ei filij in hieruſalem. Salma Sabab Nathā Salomon ex Berſabea vxore vrie. et alij nouem abſqꝫ filijs cōcubinarum. Hic deniqꝫ regno in pace adepto contra legē Moyſi (qua precipit nō dinumerandū eſſe populū) precepit Joab principi militie ſue vt dinumeraret vniuerſum populum. Et cenſu habito. inuenit nullemilia et centuꝫ milia virorum educentium gladium. et de tribu iuda ſolum quadringenta et ſeptuaginta milia bellatorum. Diſplicuit autem deo quod populum deceſuiſſet. et percuſſit iſrael peſtilentie plaga. ex qua ad ſeptuaginta milia de omni iſrael cecidiſſe referuntur.

Filij dauid in hieruſalem nati



Salomon aſcendit in Gabaon vt immolaret in excelſo vbi erat tabernaculum et altare eneū Moyſi et obtulit mille hoſtias in holocauſtum. Et apparuit ei dominus in nocte per ſomnium dicens vt peteret quod vellet ab eo. Is poſtulauit ſapientiam ad regendum populum ſuum. Placuit ſermo coram domino et ait. Cuꝫ non petieras diuitias gloriam et mortem inimicorum ſeu longam vitam exauditus es. Dedi tibi cor ſapiēs ꝙ nullus ante ſimilis tui fuerit. Primūqꝫ iudicium in quo oſtenſa eſt ſapientia eius fuit de duabus meretricibus habentibus filios. Quorum vno a matre nocte oppreſſo contendebāt de ſuperſtite cuius eſſet. Et data ſententia per Salomonem ꝙ diuideretur in duas partes: rogauitqꝫ mater vera ꝙ totus viuus daretur potius alteri mulieri. Et ex hoc iudicauit Salomō eſſe illā verā matrē ſibiqꝫ dari iuſſit.

## Judicium Salomonis




Templum domini toto orbe celeberrimum Salomon rex anno quarto regni ſui edificare cepit. q fuit. cccclxxx. egreſſionis iſrael de egipto. A natiuitate abrahe nongenteſimus octuageſimuſquartus Et in octauo anno compleuit. Fuit autem edificatum in hieruſalem in monte moria vbi abrahaꝫ voluit filium immolare. et Jacob vidit in ſomnis ſcalam de celo ad terram. Id autem templum ex lapide albo totum conſtructum fuit. Cuius fabrica multa arte confecta eſt videlicet de lapidibus politis mira arte compoſitis. Eius longitudo cubitorum ſexaginta fuit. Latitudo viginti. Et altitudo centum viginti. Et cuꝫ hac diſpoſitione ꝙ a pauimēto iuxta terram vſqꝫ ad primum tabulatum erat altitudo. xxx. cubitoꝝ. Et a primo tabulato ſeu ſolario vſqꝫ ad ſcdm erat altitudo. xxx. cubitorum. Et ab iſto ſcdo ſolario vſqꝫ ad tercium quod erat tectum templi erat altitudo ſexaginta cubitorum. Habebat ergo duo ſolaria inter pauimentum et tectū Et in quolibet ſolario et in tecto erat ab extra in circuitu deambulatorium. Iſtud dicitur in euangelio pinnaculum: ſuper quod xp̄s a dyabolo tentatus fuit. Et erāt ibi cancelli ante ne inde caderent ambulantes. Et diuidebatur in duas partes ſcꝫ in ſancta ad quē locum primo erat ingreſſus in templum ex parte orientis, xl. cubitorum. Et ſanctaſanctorum. xx. Eratqꝫ in medio inter ſancta et ſanctaſanctorū paries factus tabulis cedrinis. Et poſtea lamīs aureis cooptus altus. xx. cubitis. Ante quem velum appenſum tenue pulcherrime intextum. quod ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deorſum tempore paſſionis. Intra ſancta ſanctorum erat archa domini facta a moyſe. In archa erant tabule decalogi. Solum ſemel intrabat ſummus ſacerdos in anno in ſanctaſanctorum infeſto propitiationis cum magna ſolennitate. In ſancta autem circa velum intrabant ſepe ſoli ſacerdotes in certis ſacrificijs ad accendēdas lucernas. Et ibi ex pte meridionali erat candelabrū aureū qd fecerat Moyſes cum ſeptem lucernis. Et ex pte Aquilonari mēſa ꝓpoſitionis. In medio aūt erat altare aureum factū a Moyſe. ſed addidit Salomō. x. alia candelabra eiuſdē ſcematis ſed maioris quātitatis. quinqꝫ ad dextrā. et quinqꝫ ad ſiniſtrā. Et ſimiliter. x. mēſas aureas maiores. Et in medio altare thimiamatis.




## Linea pontificū

Sadoch filius achitob



Sadoch ſumus ſacerdos in principio regni Salomonis ſedere cepit. Hic fuit in nūero pontificum octauus.

Achimaas filius ſadoch



Achimaas non⁹ ſummus hebreorū ſacerdos clarus fuit. ⁊ maxima in veneratiōe apud iudeos habitus eſt.

Achias ꝓpheta



Achias ſilonites ꝓpha ꝑdixit hieroboā q̄ eſſet rectur⁹ ſup. x. trib⁹ iſrl. Iſte Hieroboā decē ſciſſuras pallij ab Achia ꝓpha accipiēs ⁊ in egiptū fugiēs. mortuo Salomōe a decē tribub⁹ elect⁹ ī regez. Vitulos aureos cōflatiles in dan ⁊ neptali poſuit ydolatra penitu⁹ effectus. peccare fecit iſrl ppl'm ad ydolatriā īducēdo. Vn̄ toti⁹ ppli iſrl deſtructio ſecuta ē.

Semeias ꝓpha compeſcuit Roboā ne pugnaret cōtra Hieroboā. ⁊ ſcripſit eoꝝ regū geſta. Iſte etiaꝫ ꝓphauit qn̄ Seſac rex egipti diuerſa mala fecit i terra iuda anno ſcȝ quinto roboam.

Semeias



it. dū reuerteret ī hieroſoli

Abdo propheta



Nadab hieroboā regis fili⁹ ſcōs iſrahelitaꝝ rex incepit regnare ſcōo anno Aza regis Iude et fecit malū ſic pater ei⁹. Et percuſſit euȝ baaſa ⁊ regnauit ꝓ eo ſcōm ꝓphetiā Achie ꝓphe.

Abdo ꝓpha hic ꝓphauit cōtra vitulos aureos ⁊ man⁹ hieroboā aruit. ⁊ ipſe ꝓpha dū reuerteretur ī hieroſolimā ī via a leone īterfect⁹ ē.

Iſte Baaſa de tribu Iſachar terci⁹ iſrahelitaꝝ rex fecit malū corā dn̄o ambulādo in oībus pctīs hieroboā nec audiuit Hieu ꝓphetaꝫ ad eū miſſuȝ ſ; occidit eū ⁊ ipſe a chreōe pēpt⁹.

Hela baaſe regi filius q̄rt⁹ regū iſrl. Illū interfecit ei⁹ ſeruus Zambri cū omni domo pr̄is ſui vſq; mingentem ad parietem ſcōm prophete dictum.

## Linea regū iſrael

Hieroboam



Nadab



Baaſa



Hela



## Peruſia



PEruſia vetuſtiſſima ac nobilis Ethrurie ciuitas olim primaria. ſed nūc tercia inter ethruſcas ciuitates nomīata: quā Juſtinus ab acheis conditā fuiſſe dicit. et ante romā conditaꝫ iniciuꝫ ſumpſit: q̄uis alij Troyanum quendā principē noīe peruſiū eiꝰ cōditorē affirmant: et ex ſuo noīe peruſiū ſiue peruſiā nomīauit. Eſt aūt hec ſola inter oīns italie vrbes felicitatem nacta penitꝰ inauditā. Oꝛ eandē pene ſtatus et reꝝ condictionē quā ante conditaꝫ vrbem Romā: et poſtmoduꝫ roma ſub regibꝰ cōſulibꝰ et imꝑatoribꝰ ⁊ tyrānis habuit nūc retinet. Paſſa eſt tn̄ varias ſed tolerādas agitatiōes. Quaꝫ romani poſt mortē alexandri magni. L. poſthumij conſulis virtute in deditiōeꝫ acceperūt. At liuius ſcribit libro decimo. Nec in Ethruria pax erat. Naꝫ ⁊ peruſinis auctoribꝰ poſt deductuꝫ a conſule exercitum rebellatum fuerat: Fabius q̄tuoꝛ milia quingentos peruſinoꝝ occidit. Et ſi vero per infauſtiſſimi triūuiratus tempora. L. Antoniū M. Antonij fratrē Octauianꝰ ceſar i Peruſia obſedit. famemq̄ꝫ raro alias ſimilē auditam Antonij exercitus in ea clauſus. ⁊ peruſinus populus ſuſtinuere. Et capta vrbs dirutaq̄ꝫ eſt. Eam tamen breui inſtauratam factꝰ Monarcha menibꝰ portiſq̄ꝫ nunc extantibꝰ cōmuniuit Jdem octauianus auguſtus. Quā a ſuo cognomine peruſiam auguſtaꝫ (ſicut littere cubitales portis inciſe oſtendūt) voluit appellari. Eiꝰ diruptionis cauſam ponit Liuius libro. c xxv. Eſt itaq̄ꝫ peruſia omni ex parte montuoſa. Cuius loci conditio ea eſt: vt nec quicq̄ꝫ munitius: nec certe amenius inueniri poſſit. Nā preruptis vndiq̄ꝫ rupibus aucta: ita inexpugnabilis eſt: vt nullis quaſi egeat defenſionibus. Et licet plurime apud peruſinos olim extiterint inteſtine ſeditiones: et tyranni aliq̄n eos oppreſſerint. nūc tamen libera eſt. Et optimis eruditiſſimiſq̄ꝫ viris et legibus inſtituta. Jn ea ſunt templa ꝑmagnifica oꝛnatiſſima. religioſoꝝ mōſteria: excelſa ciuiū pallacia. Ampliſſima pauperū hoſpitalia gymnaſiū celeberrimū. forū cū inſigni fonte amplum. Et porticꝰ ⁊ viridaria optime arboribus cōſita. Eius ager olei vini. croci: et ſuauiſſimoꝝ oīmifariam fructuū feraciſſimꝰ. Baldꝰ in ea claruit. qui cum Bartolo ſciſſo ferratenſi Jurū ciuilis et pontificij obtinuit principatum. Similiter angelus et petrus germani. Sed et Cynus conſultiſſimus ante eos peruſinꝰ extitit. Et noſtra tempeſtate Matheolus peruſinus medicus famoſiſſimus e Peruſio originem duxit. Qui padue in gymnaſio in primis docendo et dicendo floruit.

# Linea Chriſti Reges iude

Roboam .4205.



Abya .4222.



Aſa .4225.



Circa hec tp̄a ſanctoꝝ doctorũ ſcripta gentiliũ hyſtorias nõ cõmemorãt ex illa forſitã cauſa: q̄ ad intellectuz ſacre ſcripture nihil conferũt. Unde vſq3 ad ſardanapallum vltimũ monarchaz aſſyrioꝝ. de alijs intermedijs aliqui nullam faciunt mentionem.

Iſte Roboaz filiꝰ Salomonis terciꝰ hebreoꝝ rex pr̄i ſuo in regno: ſed nõ in ſapientia ſucceſſit. ſpreto nãq3 ſenioꝝ cõſilio ꝓ adoleſcentũ temeritate cõturbans ppl̄m: duas tribꝰ retinuit. Et dictũ eſt regnũ iſtud iuda. q̄ pctīs ſuis exigẽtibus impetũ Siſach regis egipti eũ inueſtãtis ſuſtinuit. Iſte roboã habuit vxores. 18. et cõcubinas. 30. filios. 28. et filias. 40. cuius anno primo ſcd̄m cõmeſtorem diuiſa eſt monarchia dauid regni iudeorum et nũq3 readunata.

Hyeu Eliezer Oziel



Hyeu ille filius anani prophe mittit̄ cõtra baaza et martiriuz conſtãti animo vſq3 ad mortẽ ptulit.

Iſti tres ſcz hyeu eliezer ꝛ oziel cuz azaria ꝓphetauerũt regibꝰ Iuda ſcz Azaꝛ Ioſaphatꝛ Iorã

Ab iſto Siluio enee filio ex lauinia tercio latino. Arum rege reges ſequẽtes dicti ſunt ſiluij. q̄ ꝛ fuit in ſilua nutritꝰ ꝛ venatiõe. Hic natꝰ eſt poſt mortẽ patris: vñ poſthumꝰ dicit̄ Enee. q2 poſt humatiõẽ ipius natꝰ iuxta illud virgilij. Tu poſthumꝰ plebis. et regnauit annis. 29.

Iſte Eneas filiꝰ p̄dicti ſiluij poſthumi regnauit ãnis. xxxi. Is latino poſt ſe herede relicto exſpirauit.

Iſte abya quartꝰ iudeoꝝ rex filiꝰ roboam ex macha vxore filia Abſalonis tribꝰ annis regnauit. fecitq3 malũ corã dño ambulãdo in pctīs pr̄is ſui. et ideo paucis ãnis regnauit. Mouit aũt cõtra eũ bellũ hieroboã rex iſrl̄ hñs in exercitu ſuo. lxxx. milia bellatoꝝ ꝛ abyas. xl. milia. Quẽ ad ſe veniẽtẽ cũ tali in genti exercitu facile cõpeſcuit ac ſupauit. Ex cuiꝰ quidez exercitu ad quĩq̄gĩta hoĩm milia vno p̄lio ĩterfecit.

Iſte Anani propheta increpauit aza ideo incarceratur.

Anani



Latinus ſiluiꝰ ille regnauit annis. l. tp̄e dauid

Iſte alba ſiluiꝰ fuit Enee ſiluij filiꝰ edificauitq3 Albaz ciuitatẽ a q̄ reges albanorum dicti ſunt. Forte periꝰ fundata. et hic inſtaurata.

Achis ille regnauit tẽpe Roboã annis. xxiiij. capi filio derelicto.

Aſa ille in principio regni ſui ac deinceps vſq3 ad annũ triceſimũſextũ fecit bonũ coraz dño ambulãdo in vijs pr̄is ſui dauid abſtulit ydola. ꝛ ꝑcuſſit ethiopes cõtra ſe veniẽtes. Demũ inijt fedus cuz rege Syrie benedab qd̄ deo diſplicuit. vñ miſit ad eũ ꝓpham Anani quẽ incarcerauit ꝓpter qd̄ dolore pedũ ꝑcuſſus obijt. Regnãs aũt Aza ꝛ regnuz ſcd̄m legẽ dñi cõpeſcuit egreſſus eſt contra euz Zara ethiopie rex cũ exercitu ac multitudine innumerabili Aſa cum exercitu ſuo obuiãs dñm inuocauit: qui exterruit ethiopes. et verſi ſunt in fugam Occurrente ſibi azaria propheta confortantem eum. prophetanſq3 inter cetera predixit hieruſalem a caldeis fore capiendam.

# Linea regum italie

Siluius poſthumus



Eneas ſiluius



Latinus ſiluius



Alba ſiluius



Achis ſiluius



Azarias propheta



Helya propheta



Abdias



Micheas



Jonas



AZarias filius obeth pp̄ha clarus habetur qui r de captiuitate predixit. Hic egreſſus in occurſuz aza regis iuda. r cōfortatus eſt in verbis pp̄he. et euz promptiorē de dei cultu reddidit animatum. et abſtulit ydola de omni terra Juda et beniami.

ZAmri rex iſrael deleuit domum baaſa et ſtatim percuſſit eum Amri et regnauit pro eo.

HElia pp̄ha oratione obtinuit q̄ tribus annis et dimidio nō plueret ſup terrā. Hic paſt⁹ eſt a coruo in torrente carith. vbi coru⁹ deferebat ei panē r carnes mane et ſero. Exinde vidua ſareptana de pugillo farine nō deficiētē cui⁹ filiū mortuū matri viuū reſtituit eum pauit. Ipſe etiā corā pplo iſrl' congregato in mōte carmeli igne deſcēdere fecit de celo ſup ſacrificiō qd̄ q̄z quadringēti ſacerdotes ydoloꝝ facere nequiuerūt occidi fecit. Et pp̄ter hoc eū Jezabel in vltionē ipſorū vbiq̄ pſecut⁹ eſt. preterit in deſertū ſub iunipero dormienti angelus appuit excitans euz ad eſuz panis ſubcinericij ſibi allati et exortās vt comederet in cui⁹ fortitudine cibi. xl. dieb⁹ ambulauit vſq̄ ad mōtē oreb. inde in damaſcum veniens. deinde a domino per turbinem in celum vectus eſt.

ABdyas vn⁹ de. xij. pp̄his ponit in figura. dicit fuiſſe diſpēſator domi⁹ achab regis iſrl'. Qui cū Jezabel regina vxor Achab interficeret pp̄has domini. abſcōdit ex eis quīquagenos et quīquagenos in ſpelūcis pauitq̄ eos. r iō meruit a dn̄o ſpm̄ pp̄hie.

AChab ſext⁹ rex iſrl' ſup oīs q̄ erant ante eū iniq̄ egit maxime ſuaſu peſſime Jezabel vxoris ſue. Qui poſtremo in bello pcuſſus ſagitta obijt. Fuit aūt Jezabel filia regis ſydonioꝝ toti⁹ malicie prodigium. que occidit Naboth et pp̄has dn̄i. Ipſa vero interfecta eſt per hieu et a canibus cōmeſta.

MIcheas pp̄ha de tribu ephrem ort⁹ in moraſthi qui peccantē achab ſepius arguebat. r ipm̄ predixit mortuū ſub Jozaz filio eius. precipitio valde porrecto iactatus occubuit.

OChoſias rex iſrl' ſeptim⁹ miſit ad beelzebub deum accaron conſulendū ſi poſſet ſanari propter quod obijt iuxta verbum helie: Cepit aūt regnare anno. xvij. regis iude Joſaphat. Extinct⁹ eſt aūt ſine filio. cui ſucceſſit in regno frater eius Joram.

IOnas propheta filius Amathi clarus habet et multa predixit que non ſūt ſcripta hic. poſt hec mittitur ad niniuen. vt patet in eius libro dicit autez q̄ ipſuz helyas ſuſcitauerit a morte adhuc puerū. Is a ceto deglutit⁹. paſſionē xp̄i naufragio pfigurauit.

IStum Joram octauū regem iſrael obſedit benedab in ſamaria. et meritis heliſei liberat⁹ eſt. Ipſe autem regnare cepit anno. xviij. regis ioſaphat loco fratris ſui Ochoſie. Sed q̄z ſecutus fuit peccatuz Jeroboaz interfectus eſt a hieu cum omni domo patris ſui. Quis per aliquot annos obſeruatione preceptoꝝ dei et moderatione in ſuos vſus fuiſſet. Et heliſeū pphetam in veneratione et precio habuiſſet. Moabitarum regem fudit r eius ciuitates ſubuertit. Et omnia inimicorum ſpolia conſecutus eſt.

## Linea Regum iſrael

Zamri



Amri al' ambri



Achab Jeſabel



Ochoſias



Joram



N Jericho olim regalis ciuitas et famoſa. nūc in paruā villā redacta. In loco pulcherrimo atq͡z in valle iordanis ſita. Vix octo habēs domos. et oīa monimenta ſacroꝝ locoꝝ in ea ferme penitus ſunt deleta. legitur dominū multa feciſſe in hiericho. Cum eius murus miraculoſe deſtruxit Joſue reedificanti maledictionē dedit. De hac hiericho fuit Raab meretrix. Et in ea in domo Zachei xp̄s hoſpitio fuit receptus. Ex hac ciuitate Helizeū ꝓphā deludētes ab vrſis deuorati. Et ꝓpe eam dn̄s cecū illuminauit ⁊c̄. Fuit aūt prope hāc ciuitatē olim opobalſami ortus de cuius amenitate ſcribit Juſtinus abbreuiator trogi pompey. Eſt nāq͡z vallis que cōtinuis mōtibus velut muro quodā ad inſtar horcoꝝ claudit. ſpaciū loci ducēta milia iugera nomine hiericho dicit. In ea ſilua eſt et vbertate ⁊ amenitate inſignis. Siquidē palmento ⁊ opobalſamo diſtinguit. Et arbores opobalſami formam ſimilem piceis arboribus habent niſi ꝙ ſunt humiles magis. et in vinearum more excollunt. Quippe cū toto orbe regionis eius ardentiſſimus ſol ſit ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opacitas ineſt.

## Hiericho



CUm Helias iter faceret cum diſcipulo ſuo helizeo: Venientes ad Jordanis fluuiū percuſſis aquis pallio helye facta via per mediū tranſierunt. Quo tranſacto dixit Helias heliſeo. vt peteret qđ vellz anteq͡z tolleretur ab eo. qui poſtolauit duplicem ſpiritum eius. id eſt in faciendo mirabilia et ꝓphetando. Responditq͡z ei ſe hoc recepturū ſi eū videret cū tolleret ab eo. Sermocinātibus aūt ſic apparuit currus igneus cū equis igneis ī quē helias aſcēdens aſſumptus eſt in celū id ē in paradiſuz terreſtrē. Vbi viuus ꝑmanet cum Enoch vſq͡z ad tpa antixp̄i. ꝯtra quē deſcēdet ad predicādū. Helizeo aūt vidēte ⁊ clamante pater mi pater mi currus iſrl ⁊ auriga eius ⁊c̄. accepitq͡z palliū helie. qđ ei ceciderat. et reuertens ad Jordanē tangēdo ipō pallio ſcđa vice aquas diuiſe ſunt. Veniēs aūt ad habitandum in hiericho. Ibiq͡z ad p̄ces habitatorū loci ſanauit aquas peſſimas illius loci miſſo in eis vaſe nouo fictili cum ſale in eo: et exinde cū aſcēderet bethel: deridētibus eū pueris et dicentibus. Aſcende calue maledixit eos poſt qđ duo vrſi de ſalto egreſſi lacerauerūt. xlij. ex illis pueris. Hic autem helias theſbites maximus ꝓphetaꝝ ſui temporis ꝑ hoc tp̄s ab hominibus eſt ablatus. Cuius finē nemo cognouit. hic mltis miraclis quo aduixit claruit. Atq͡z ſicut ignis ardēs totus erat. Ita et verba eius q̄ſi facula ardebāt. Tandē a dn̄o (vt dictū eſt heliſeo vidente) per turbinem in celum vectus eſt Relicto in eius loco heliſeo propheta.

Helizeus ꝓpha Helyas teſbites



## Linea pontificū

Azarias



Yoyada



Aſarias



Iſte Benedab filius Tabremmō filij Ozyon regis Syrie inijt fedus cuz baaſa rege iſrael: q̄ rupto ꝑcuſſit fedus cū Aza rege iuda. et extunc turbauerīt reges Syrie regnū iſrl' vtz. Benadab rex ſyrie collecto exercitu ſuo. et. xxxij. regib⁹ eum adiuuātibus. venit ꝯtra Achab regē iſrael in preliū. ⁊ dn̄s ꝑ ꝓphani predixit victoriā: quod ⁊ factū eſt illis fugatis: Iterum infra annū reſtaurato exercitu venit rex Syrie cōtra iſrl' bellū mouēs in vallib⁹. dicētibus q̄ dij mōtium erāt dij iſrl': ideo victi prius fuerāt. Sed debellatus eſt exercit⁹ Syrie occiſis centū milib⁹ de eis. ⁊ decem ⁊ ſeptē milia qui remāſerāt. fugiētes in ciuitatem murus ciuitatis ruēs oppreſſit eos. Benadab autē rex ſyrie occultās ſe miſit nūcios indutos cilicio ⁊ cinere aſperſis capitib⁹ petēs miſericordiā: quod Achab fecit dimittēs liberū. Quod ꝓpheta quidaz redarguit in habitu ſimulato ⁊ ſub parabola dati alicui in cuſtodiā ſub pena mortis ſic cōcluſit. q̄ q̄ ꝯdimiſerat benadab dignum morte. ⁊ populus ſuus iſrael eſſet pro eo ſcilicet periturus.

Aſael rex Syrie exigentib⁹ demeritis occulto dei iudicio promot⁹ fuit in regez Syrie vt affligeret filios iſrl'. Iſte eſt ſup quo fleuit helizeus ꝓphans euz futurū regē ſyrie. ⁊ multa mala facturū iſrael. Qui etiam ꝓpter peccata hieu miſſus eſt a dn̄o in omnē terrā galaad. gad. ruben. et manaſſe. ⁊ fecit plagaz magnaz cunctis dieb⁹ Joathas. ſed Joas fili⁹ ei⁹ dn̄o deo ſibi fauente tulit vrbes de manu Benadab filij Azael poſt mortem azael.

zacharias



Iſte benadab filius fuit Aſaelis. Porro ioas filius Joachas rex iſrael tulit vrbes de manu benadab quas aſael pater ſu⁹ tulerat de manu Joachas iure prelij. nam tribus vicib⁹ ꝑcuſſit eum ioas. et debet ſcribi ꝑ d in fine vt volūt hebrei.

Iſte Joiada inclit⁹ fuit et amouit Athaliam ne regnaret ſup iudam. conſtituitq̄ʒ Joas filiū Joram pro ea. Hic ſolus poſt Moyſen legit̄ vixiſſe. c xxx. annis. Hic etiaz diuino zelo ductus diſpoſuit vt athalia occideretur in domo regis.

Raſim ille rex Syrie vaſtauit iudam tp̄e Achas propter quod obſedit eum Teglatphalazar in damaſco. ⁊ cepit ciuitatē ip̄mq̄ʒ interfec: ⁊ trāſtulit ppl'm.

Zacharias filius Joiade lapidatus eſt iuſſu regis Joab inter altare ⁊ templum. eo q̄ Joas increpauit q̄ dereliquiſſet viam domini.

Iſte Aſarias ꝓ zelo leg̃ cōſtāter reſtitit ozie regi iude volēti ſacrificare vtz.

## Lineā regū ſyrie

Benadab



Aſael



Benadab



Raſim



Naboth Jeſrahelita



Naboth ieſrahelites: cū haberet vineam prope domum regis Achab. Voluit ipſe achab ⁊ requiſiuit Naboth vt venderet vineam pro orto faciendo. Qui cum noluiſſet acquieſcere ei. contriſtatum ſuper hoc vxor ipſius Achab Jezabel hoc audiens conſolatus eſt eum. ⁊ procurauit per falſos teſtes ipſum Naboth accuſari de blaſphemia dei. quo facto. ille innocenter lapidatus eſt. Et cum Achab iuiſſet ad capiendum vineam naboth. dominus miſit ad eum helyam qui prenunciaret ei exterminium eius. et domus ſue propter tale ſcelus.

AQuileia vrbiũ quondã ytalie traſpadane primaria potentiſſimaqꝫ atqꝫ etiã pulcherrima a mari aliquãtiſper ſemota: noſtro etiã ſeculo pene derelicta: ꝑ hec tpa (Carino hiſtorico teſte) a quodã troyano nomĩe Equilo e Troya cũ alijs pulſo cõdictiõis ſue principiũ ſumpſit. et a ſe Aquileiã noĩauit. Uel vt mgr̃ in hiſtorijs ait. Aquileia quaſi aqs ligata cognomentũ accepit. Nũc aũt preter ſacerdotes canonicos numero haud quãqꝫ multos: ornatiſſima ſpecioſiſſimaqꝫ in baſilica diuĩe faciẽde rei additos p̃ter paſtores piſcatoreſqꝫ rariſſimos. nulli nũc incolũt ppl̃i. vt vix caſtellulũ tãta olim vrbſ nũc poſſit appellari. Sũtqꝫ ⁊ eccia ſupiꝰ dicta ⁊ p̃riarchale atriũ ⁊ muri oppidulo circũducti Et mõſteriũ virginibꝰ deputatũ Peponis p̃riarche operũ reliq̃e. Florere aũt cepit q̃ tpe primum romanis ſubigẽdis barbaris ad danubiũ incolẽtibus manũ apponere ceperũt. Uñ octauianus Ceſar auguſtꝰ. Et ſi maiorẽ belloꝝ ꝑtem ꝑ legatos admĩſtrauit vt illis ꝓpinquior eſſet. In his ytalie ꝑtibꝰ frequẽter obuꝰ atꝰ eſt. Nã Suetonius ait reliq̃ bella ꝑ legatos admĩſtrauit. vt tamẽ q̃buſdã pãnonicis atqꝫ germanic̃ aut interueniret: Aut nõ longe abeſſet. Rauẽnaꝫ vel mediolanũ vel aq̃leiã vſqꝫ ab vrbe ꝓgreſſus eſt. Et iulia eũ comitata aborſu facto puerũ amiſit. Glorioſiſſime de aq̃leia ſcribit Juliꝰ capitolinꝰ. Pretereundũ ne illud quidẽ eſt. ꝙ tanta fide aq̃leiẽſes ꝯtra maximinos ꝓ ſenatu fuerĩt. vt funes de capillis mulieꝝ faceret quom deficerẽt nerui ad ſagittas emittẽdas atꝫ ob idipm̃ in honorẽ matronaꝝ ſenatũ veneri calue templũ dedicaſſe. Auxit aũt mirabili incremẽto ⁊ immẽſe ditauit aq̃leiam oriẽtaliũ occidẽtaliũqꝫ mercimonioꝝ mutua ꝯportatio ibidẽ iſtituta. ꝙ nullꝰ ſtãte aq̃leia locꝰ alter circa adriaticũ mare fuit. in cuiꝰ portu et diuerſorio occidẽtales oriẽtaleſqꝫ ꝓ cõmutãdis mercãdis coemẽdiſqꝫ ⁊ vẽdẽdis inuicẽ rebꝰ cõuenirẽt. Hec cũ mľto tpe floruerit. Poſtremo ab Attila rege omnio diruta fuit. Cuiꝰ ĩcole venecias ꝯuolãtes rẽ venetã mirũimmodũ auxerĩt hãc aũt celebrẽ ciuitatẽ euãgeliſta Marcꝰ dux a btõ petro apl̃oꝝ xp̃i ꝑncipe ĩ Alexãdriã mitteretur nauigaturꝰ naues illic ex more opiret. Aquileiẽſes ad xp̃i fidẽ cõuertit. Sanctũqꝫ euãgeliũ ſuuꝫ. Cuiꝰ codex manu exaratꝰ ſua venetijs nũc veneratiſſime ſeruat. Hermacoraſqꝫ ⁊ ipe ſctũs ad marci p̃dicatiõꝫ ꝯuerſus a btõ petro aq̃leiẽ ⁊ oĩs venecie ꝓthopreſul inſtitutꝰ omnem eã regionẽ deo nr̃o lucratꝰ eſt. Quẽ Nero impator ⁊ ſiľ fortunatũ ſb̃dyaconẽ ſecuri ꝑcuſſit. Fuit ⁊ aquileiẽſis Chromatꝰ ad quẽꝫ glo̾ſus hieronimus multa ſcripſit. Et ruffinꝰ p̃ſbiter latinis greciſqꝫ lr̃is adeo eruditꝰ vt eiꝰ q̃ extant tũ opa. tũ trãſlationes nullis cuiuſpiã eccie doctoris opibꝰ ſecũdas eloquentia ornatuqꝫ ducamus.

Aquileya



# Taruiſium



TAruiſiū ipſius Marchie Taruiſane ciui
tas: et ipſa per hec tempora (vt Sicar-
do Cremoneſi epiſcopo placꝫ) a quibuſ
dam troyanis fundata fuit. Abluitur autē imo
potius diuiditur Silo fluuio qui ex ipſius pro
pinquioribus montib9 exijt. alijſqꝫ vberrimis
aquis in ea quaſi ſcaturientibus irrigatur. ac ſi-
lus in mediterraneis Taruiſium vrbem diuidit
Cuius nomen prior inter vetuſtos habet plini9
us. Per tempora vero Oſtrogothorum dignit-
tatē inchoaſſe videt̄ quā nūc habet. Eo qꝫ To-
tile pr̄ rex ibidē ſedē regni ſibi cōſtituit. Vn̄ to-
tila q̄ poſtea quīus fuit Oſtrogothoꝝ rex ⁊ q̄dē
p̄ſtantiſſim9 taruiſij nat9 educatuſqꝫ eſt. Poſtea
longobardoꝝ regni inicio quom alboin9 rex ei9
gētis prim9 ytaliā eſſet ingreſſus. Aq̄leiamqꝫ q̄
lis tunc erat et ceteras regionis vrbes ꝑ deditio
nem cepiſſet. Taruiſiū qꝫ ei9 incole deditiōꝫ tar-
diuſcule obtuliſſent. ſpoliare ac diruere cōſtitue
rat niſi felix ipſi9 vrbis ep̄us (vt Gregori9 ſcri-
bit) Vir timorat9 rauēna oriund9 regis barba-
riē ſua prudētia ⁊ precū inſtantia deliniſſet. Or
nataqꝫ fuit ea ciuitas altero preſtāte ep̄o hermo
lao barbaro. Qui ſicut decet ep̄m in pplo magī ꝑ
eſſe adnitebat̄ qꝫ preeſſe. Qd aūt ab hac vrbe
vniuerſa regio Taruiſana marchia denomietur
factū credo a minori nomis abſurditate vt hec ap
pellatio marchie Taruiſane in ip̄a māſerit: cum
ea in regione ſint ampliſſime ciuitates Verona
atqꝫ Patauiū. Que ſemꝑ ⁊ dignitate atqꝫ potē
tatu necnō ⁊ opulētia Taruiſio anteierint: Lon
gobardi em̄ in ea ytalie parte maxime quā obti
nebant regiones habuerunt quattuor a ducib9
adminiſtratas. in quibus nullum ſucceſſionis
ius filijs ⁊ nepotibus competebat. beneuētanā
ſpoletanam: taurinenſem ⁊ forouilienſem: duaſ
qꝫ opulentia ⁊ amplitudine ſuperioribus pares
Anconitanam atqꝫ taruiſanam eſſe voluerunt.
Ea affectas legis conditione. vt qui regum aut
gentis longobardorum cōcilij ꝑmiſſione ⁊ de-
creto impetraſſet. eas filijs atqꝫ agnatis ſucceſſi
one poſſidendas relinquendi ius facultatemqꝫ
haberet. Nomenqꝫ hunc ſignificans perpetuū
magiſtratum in longobarda. barbarie marchio
natus eſt appellatum. Hec etiam vrbs ecelini ⁊
Alberti ei9 germani de rumano (ſicut patauiū)
tyrannide non caruit. A quibus innumeras ꝑtu
lit calamitates.

## Linea Chriſti

Joſaphat



Joram



Ochoſias



Athalia filia achab



Jonadab



Anno mūdi. 4 2 40.

Hic Joſaphat fecit bonū corā dño. nec legit̄ de eo magna reprehēſione dignū. niſi q͛d im piis regibus iſrl' q̄n͛q; pſtitit auxilium. omnes effemi natos e terra iuda extinxit. Ydola quoq; deleuit patrū q; decreta obſeruauit. his enī virtutib⁹ beniuolētiam oīm cōſinuū principū ſibi cōpauit. Et paleſtini ei tri buta reddere ceperūt. cū vixiſſet annis ſexaginta cui⁹ corp⁹ ingēti pompa in hieroſolimis ſepultū fuit.

Iſte Capis ſilui⁹ edificauit Capuā in campania. Et regnauit annis. xxviij. relinquens Carpēto fi lio regnum.

Joram peſſim⁹ (Anno mūdi. 4 2 91.) occidit frēs ſuos. ⁊ ambulauit in viis regū iſrl'. Ideo infelix fuit in oībus ⁊ miſerabiliter mortu⁹. Hic de religioſo pr̄e genit⁹ declinauit ad pfidiā. ⁊ fornicari fecit filios iuda imitat⁹ fornicatiōs Achab cui⁹ filiā noīe atha liam habuit matrimonio. Et p athaliā vxorē nihil p̄ termiſit q̄ min⁹ aliq͛d quotidie noue impietatis effice ret. ⁊ q͛d ad vaſtatione paterne traditiōis attēderet.

Carpentus poſt regem capis regnauit annis tri ginta tempore Joſaphat.

Ochoſias Jorami regis fili⁹ (Anno mūdi 4 2 99) octau⁹ regū iuda fecit malū corā dño ſicut pr̄ ei⁹ et ſtati occiſus eſt ab hieu. Hūc regē ⁊ duos ſequētes ſcʒ Joas ⁊ Amaſiā ptermittit matheus. q2 voluit tā tū ponere tres q̄terdenas. vel q2 ſcdm Hieronimū ⁊ Aug⁹. Jorā accepit vxorē filiā impiiſſime Jeſabelis ideo filii ei⁹ vſq; ad quartā generatiōē dñi de genealo gia excludūt. ambulauit eñ ochoſias in viis Achab gia excludūt ambulauit enī ochoſias in viis Achab aui ſui materni vt3 ī quarto regū. ix. ca. Hūc hieu pri ceps milicie iorā regis Samarie vna cū oī domo ach ab obtruncare fecit. Cui⁹ corp⁹ ex ciuitate Magedon portatū fuit in ciuitate hieroſolymoꝝ ibiq; ſepultum.

Iſte Tyberi⁹ regnauit ānis. 9. et q2 in tyberim ſu merſus eſt: que antea dicta fuit albula ideo ab eo nomē accepit. ⁊ fecit cū Romul⁹ deū. q2 credidit cū in ter deos tranſlatū. ⁊ eſſe numen illi⁹ fluuii. cui⁹ vſus Rome fuit valde neceſſarius.

Athalia iſta mulier efferata audiēs mortuū filiū ſuū Ochoſiā ſurripuit regnū. Interfecitq; oē ſemē regiū Preter Joas quē vxor Joiade pōtificis filia io ram ſeptē annis abſconſum nutriuit poſtea a Joiada ignominioſe interēpta eſt cū ſeptē annos regnaſſet.

Iſte Agrippa ſilui⁹ rex albanoꝝ ſiue ytalorum re gnauit poſt tiberium patrem ſuum ſubmerſum in Albula. regnauitq; annis quadraginta.

Jonadab fili⁹ Rechab clar⁹ habet̄. a quo ſtirps valde religioſa Rechabitaꝝ deſcēdit. Iſte eſt q̄ p phetauit hieu q̄n voluit occidere pphetas baal. q2 fu it zelator diuini cult⁹ ⁊ maxie abſtinētie ⁊ religiōis cū filiis ſuis. Nota etiā q filii Rechab ex pcepto pr̄is q̄ ſi pegrini et hoſpites ſup terrā ſeorſū habitabant ab homib⁹ in tabernaclis domū nō edificabāt ſementū non ſerebant nec vinum bibebant.

Tempore Joraz regis iuda templi ruine et tem pli vtenſilia et ſartatecta que vetuſtate vel negli gētia athalie pierant. de pecunia collecta reparant̄ iuſ ſu regis. quia hucuſq; ſacerdotes neglexerunt huiuſ modi reparare. pecuniam tn̄ a populo recipiebāt quo uſq; ponebatur gazophilatium.

## Linea Regum ytalie

Capis ſiluius



Carpētus ſilui⁹



Tiberius ſilui⁹



Agrippa ſiluius



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

Lycurgus



LYcurgus ſcđm Euſebiū inſignis eſt habitus. q̄ et iura lacedemonijs com
poſuit. et licet gētilis fuerit leges tamē iuſtiſſimas nāli diuīoq̧ iuri cōſo-
nas dedit. Nec quicq̄d cenſuit. cꝰ nō ipe exemplū priꝰ daret. Auri argēti-
q̧ vſuz et oīm ſcelerū materiā nō ſuſtulit. Fundos oīm equaliter inter oēs diuiſit
vt equata patrimonia neminē potētiorē altero redderēt. cōuiuari publice iuſſit.
ne alicuiꝰ diuitie vel luxurie in occulto eſſent. Iuuenibꝰ nō ampliꝰ quā vna veſte
vti toto anno: nec aliq̧ cultiꝰ q̧ aliū ꝑgredi voluit. nec opulētiꝰ epulari. Emi ſin
gula nō pecunia ſed cōpatiōe mercāi iuſſit. Pueros puberes nō in forum ſed in
agrū deduci iuſſit. vt primos ānos nō in luxuria: ſ; in oī ope ac labore agerēt. Ni
hil eos ſomnij cauſa ſubſternere. ⁊ vitā ſine pulmēto degere. nec priꝰ in vrbē redi
re q̧ viri facti eſſent. Conſtituit virgines ſine dote nubere: vt vxores nō pecunie
cauſa eligerent. ſeueriuſq̧ matrimonia ſua viri coercerēt cū nullis dotis frenis te
nerent. Maximū honorē nō diuitū ⁊ potētuz ſ; ſenū eſſe cēſuit. Hec ⁊ alia ſiīa q̄
ſolutis antea moribꝰ dura videbant auctorē eoꝝ appollinē delphicū finxit ⁊ in-
de ſe ea detuliſſe. Deinde vt eternitatē ſuis legibꝰ daret iureiurādo eos aſtrinxit.
ne quid de tam diuīs legibꝰ mutarēt donec reuerteret in patriā. ⁊ ſimulās ſe ite-
rum cōſulere appollinē. vt q̄d addendū q̄ue diminuēdum his legibꝰ videretur.
Profectꝰ ē aūt Cretā vbi volūtariū exiliū ꝑpetuo egit. ſed ⁊ moriēs oſſa ſua in lo
culo plūbeo ⁊ ī mari abijci iuſſit. ne ſi ad patriā deferri
ꝯtigeret. lacedemōes ſe a iuramēto ſolutos eē putarēt.

Ysaias



HIeu filius Ioſaphat regis iuda decimꝰ rex iſrael
vnctꝰ a puero helizei ꝑcuſſit Iorā cū omni domo
achab. ⁊ deſtruxit domū baal ⁊ eiꝰ ꝓphas occidit. S;
heu vitulos aureos in bethel ⁊ dan nō dereliq̄t. Ideo
Aſael rex ſyrie miſſus a dn̄o m̄ltos occidit in iſrl̄ vbi ⁊
moritur poſtq̧ regnauit. 28. annis.

YSayas ꝓpha nobilis: magis euāgeliſta a btō hie
ronimo dicit q̧ ꝓpha. vnꝰ de q̄ttuor ꝑncipalioꝝ
bus circa h̄ tpa clarꝰ habet ꝓpter euidētiā ꝓphie ſue.

ISte Ioachas valde attritꝰ eſt cū tota gēte ab aza
hele rege Syrie. et ideo deprecabat dominum et
pauxillum releuatus eſt.

Osee



OSee ꝓpha primus de. xij. mittit contra decem tri
bus. Hic fuit filiꝰ Beeri q̄uis ꝓphia beeri nō
habeat apud nos. ꝓphauit aūt Oſee tempe ierobo**ā**
regis iſrael filij Ioas qui ioas ſimul regnauit cuz oſia
rege iuda. 14. annis. ⁊ in iuda fuerunt quatuor reges
ſub quibus Oſee prophauit vt dicit oſee. i. ſcz oſias.
Ioathas. Achaz ⁊ ezechias.

ISte Ioas ꝑcuſſit ſyros tribus vicibus iuxta ver-
bum helizei. ⁊ tulit vrbes de manu Azaelis ⁊ be-
nadab filij Aſaelis. reſtituitq̧ regno ſuo. Ipſe etiā af-
flixit amaſiam non volēs ſed compulſus. ſupbiam eiꝰ
humiliauit incipiēs regnare. 57. anno ioas regis Iude.

Iohel



IOhel ſcđus propheta de. xij. de iuda. et futurā eiꝰ
tribulationem prophetizat.

IEroboam ſatis bellicoſus et victorioſus fuit. con
triuitq̧ regem ſyrie et reſtituit regnum iſrael ſicut
prius inſuper et damaſcum iuxta verbum Ione ꝓphe
te. Attende q̧ ſit inſtabilis ſtatus regnorum iſrael. cō-
tritus vſq; ab nouiſſimum humiliatus eſt valde. Sy-
ri eleuati iam ad infirmis mirabiliter deprimunt. ſic
qui fuit ſupra fiet infra. et econtra. qui fuit infra aſcen-
dit ſupra vt poſt deſcendat infra. Hec eſt rota volubi-
lis huius temporis. et ideo non eſt mirum ꝙ pau-
ci electi ad hoc aſſumuntur a domino et ꝙ viri ſenſati
huiuſmodi inſtabilitatis negociū totis viribus fugere
contēdunt. Vide auguſtinum de ciuitate dei in multis
locis Si boni regnāt miſtis ꝓſunt. ecōtra. ſi mali ⁊c̄.

Linea Regum iſrael

Hieu



Ioachas



Ioas



Ieroboam



**Linea Chriſti**

Joas



Amaſias



Iſte Jonas(Anno mōi.4306.) cū ſeptē eſſet annorū a Joiade pontifice rex cōſtitut⁹ eſt. Fecitqꝫ bonū cūctis dieb⁹ Joiade. Poſt ei⁹ vero mortē delinitus blandicijs magnatoꝝ: Cor ei⁹ deprauatū eſt in interitū ſuū. Iſte ioas lapidari iuſſit zachariā filiū ioiade ſummi pōtificꝭ: inter templū ꝛ altare qđ erat i atrio Anno regni ſui penultimo.

Aremulus ille regnauit annis.xix.tempe Joas regis iude. qui poſuit preſidiū albanorum inter montes vbi nunc eſt roma. Ex eo iulius et auētin⁹ filij ſuperſtites ſunt.

Amaſias ille(Anno mōi. 4346.) p⁹ bona inicia malū habuit finē: qđ omnē ſatis vſqꝫ hodie in poteſtatib⁹ appet. Multos nāqꝫ officiū deſtruxit etiā notabiliter ꝓbatos. cuius exempla hic ſunt plurima. Hic etiam deos ſeyr adorauit.

Iſte auentinus ſiluius.xxxvij. annis regnauit et ab hoc mons auentinus qui nunc eſt pars vrbis vbi ſepultus eſt accepit nomen.

Prochas fili⁹ auētini regnauit ānis.xxiij. cuius laudes virgili⁹ hoc verſu extollit. Proxim⁹ ille prochas troyane glīa gentꝭ. Hic duos p⁹ ſe reliqt filios videlicꝫ. Amuliū ꝛ Numitorem patrem Rhee romuli et rhemi matris.

Regnū iude poſt mortē Amaſie fuit.xij. annis ſine rege: qđ ſubtiliter oportet accipe ex collatiōe annoꝝ regū iſrl̄ et iuda. quia Amaſias cepit āno ſcđo Joas regis iſrl̄. et oſias fili⁹ amaſie cepit Anno.27. Jeroboā regis iſrl̄ qđ tp̄s extēdit ſe ad.41. annos. a qbus ſubtrahe annos amaſie: ꝛ ſic remanēt.13. quib⁹ Oſias paruul⁹ erat: nec adhuc ad regnū apt⁹. hoc aūt lxx. et mľte alie hyſtorie nō habēt. ſed alibi h̄ ſupplēt et ſcđm hoc oportet concordare eas. alioquin errabis quo ad ſupputationem annorum.

Naaman princeps militie regꝭ Syrie fact⁹ leproſus: acceſſit cū lrīs recōmendatorijs ad regē iſrl̄ vt curaret a lepra. Cū aūt aduenīſſet ad domū heliſei Juſſit eum vt lauaret ſe ſepties in Jordane ꝛ mūdaret. Qđ ꝛ ſi pri⁹ indignās nō acqeſceret: demū ad ſuaſionē ſeruoꝝ ꝓgens ad iordanē: ꝛ lauās ſe: mūdatus eſt a lepra. q reuertēs ad heliſeū: cū multa ei obtuliſſet: nihil voluit accipe. Sed Giezi diſcipul⁹ heliſei occulte acceſſit ad naamā poſtqꝫ receſſerat. ꝛ petijt ex pte heliſei quedā ab eo: portās ea ad domū ſuā. Quod ſcel⁹ detexit heliſe⁹: ꝛ ꝓpter hoc lepra ꝑcuſſus eſt Giezi ꝛ ſemē eius vſqꝫ in ſempiternum.

Iſte Amuli⁹ fratrē ſuū Numitorē de regno eiecit. ꝛ Lauſuꝫ filiū ei⁹ interfecit et rheam eiuſdē filiā ad ſubtrahendā ſpem ꝓlis ſub ſpecie honoris veſte ꝑpetuā virginitatē dicauit. ſed cū ſeptē regnaſſet annis Rhea geminos peperit filios. ſ. Remū ꝛ romulū. ꝛ poſtea amuli⁹ a Romulo ꝛ remo cū adoleuiſſent occiſus eſt. ꝛ Numitor reſtitut⁹ fuit in regnum quia fuit auus eorum.




Hic eſt Heliſe⁹ ꝓpheta q pallio helie iordanē diuiſit. cū ſale aquam dulcorauit. xlij. pueris ſibi illudētibus maledixit qs vrſi deuorauerūt. trib⁹ regib⁹ aquā dedit ſufficiētē exercitui toti Oleū vidue mľtiplicauit. filiū ſunamitis reſuſcitauit. colloqntidas emēdauit Panes ordeaceos ꝑplo augmentauit. Naamā mūdauit. Giezi cū ꝓgenie ſua leproſuꝫ fecit. exercitū ſyrie cecauit. ſamariā a fame ꝛ obſidiōe liberari ꝓphetauit. Azahel regem ſyrie ꝛ hieu regem ſuper iſrael conſtituit: regi ioas tres victorias de Syris ꝓmiſit. mortuūqꝫ ſuſcitauit.

Numitor iſte reſtitut⁹ in regnū, ſtatī p⁹ occiſus fuit a romulo.

**Linea regum italie**

Aremulus ſiluius



Auētinus ſiluius



Prochas ſiluius



Amulius



Numitor



Hic regnū Iſrael fuit ſine rege annis. 33. vt habetur ex collatione regum iuda.

## Linea pontificū

Amarias



Achitob



Sadoch



Sellum



Amos



Amos fuit tercius de duodecim ꝓphetis. ꝯtra gentes multas ꝓphetat ⁊ ſpecialiter ꝯ. x. trib⁹.

Abdias



Abdias fuit q̄rtus de. xij. ꝓphetis ꝓphetat cōtra Edom. is antiquiſſim⁹ moriens in ſepulchro helizei ſepultus.

Eo tp̄e ſpartani ſeu lacedemonij per annos. l. bellando vagātes ſcripſerūt vxorib⁹ ſuis vt alios maritos ducerent ne gen⁹ periret.

Ionas



Ionas ꝓpheta q̄. xij. ꝓphetis mittit᷑ ad niniuitas q̄ audierunt eū.

Micheas



Micheas iſte eſt ſextus de. xij prophetis.

Naum



Iſte Naū eſt ſeptimus de. xij. prophetis.

Hic texit᷑ hyſtoria thobie exemplaris tota.

Thobias



Moritur autē thobias annoꝝ. 120 vir ſanctus plenus opibus bonis et prophetie ſpiritu clarus. ꝓphetauit nāq̄ de deſtructione hieruſalem ⁊ templi q̄ſi iam factum eſſet cum tamen adhuc futurum eſſet propter certitudinem ꝓphetie. Statim poſt eius mortem vxor ei⁹ mortua eſt. Et egreſſo tobia minore cū filijs ſuis Niniue deſtructa fuit.

## Sine rege. reges Iſrael

Zacharias



Iſte Zacharias rex iſrael cepit regnare anno. xxxviij. Ozie regis iude fecitq̄ malū ſicut pdeceſſores ſui. et hic ē quart⁹ p⁹ hieu et percuſſit eum Sellū ⁊ regnauit ꝓ eo. q̄ ſtatim percuſſus a manahen: regno et vita caruit. vtz 4. regū. 15.

Sellum



Iſte manahē cepit regnare āno. 39. oſie regis iude fecitq̄ malū coraꝫ dn̄o. Et eū tradidit de⁹ in man⁹ regis aſſyrioꝝ qui indixit ei talēta argenti mille.

Manahen



Phaceya etiaꝫ fecit malū corā dn̄o eumq̄ percuſſit phacee et regnauit pro eo.

Phaceya



Iſtū phacee interfecit ozee ⁊ regnauit pro eo: fecitq̄ pactū cum raaſin rege Syrie et vaſtauit Iudam: Ideo theglathphalaſar rex aſſyriorum oppreſſit eū et trāſtulit quaſi tres tribus in Aſſyrios.

Phacee



Ozee fuit vltim⁹ rex iſrael. ⁊ captus eſt a ſalamanaſar rege Aſſyriorum et iſrael trāſlatus eſt in aſſyrios.

Ozee



Iſrael transfertur in aſſyrios.

Anno. xi. Oſie qui eſt annus mūdi. 3151. Etatis vero q̄rte. cc lxi. cepit regnū Macedonū in q̄ prim⁹ regnauit caran⁹ vel carnaus ānis. 28. ⁊ cucurrit iſtud regnū vſq̄ ad alexādrū magnū incluſiue p. 24. reges. q̄ quidē cepit āno mūdi. 3530. et regnauit ꝑ ānos. 12. ⁊ 6. meſes q̄ mortuo apō babilone imꝑiū ad alios trāſfert.



MEdorum regni principium fecit Arbaces natione medus. Sardanapalli olim regis prefectus. anno ſexto Ozie regis. Sardanapallus eĩ vltimus aſſyriorum rex cũ regnaſſet annos. xx. de quo diodorus Siculus in hiſtorijs grecorum multa diſſeruit. Juſtinus quoqꝫ ſcribit. Sardanapallus rex vir oĩm muliere corruptior repertus eſt ab Arbace prefecto ſuo inter ſcortoꝝ greges purpuram colo trahens ſub mulieri habitu eius fila partiens. Unde indignatus arbaces in eum milites in cõiurationẽ excitauit: et pugna cõmiſſa vincitur rex qui regiam ſuam ingreſſus pyrã quã ipſemet fecerat incendit. et ſeipſm cum innumerabilibus diuitijs concremauit. Juſſitqꝫ vt Tullius libro quinto tuſculanaꝝ queſtionũ refert hec verba buſto ſuo inſcribi. Hec habui que edi queqꝫ ex ſaturata libido hauſit. Alia iacent multa et preclara relicta. Ac ſic illud maximum omnium regnorum finem ſue tante diuturnitatis accipiens ad medos trãſlatum eſt poſt annos (vt diuus pater Auguſtinus libro. 18. de ciui. dei ca. 22. ſcribit) Mille trecentoſqꝫ vt etiam beli qui primus rex fuit tempora computentur. Apud medos aũt regnatum eſt annis. 128. Ipſam eñ orientis monarchiam (vt Juſtinus ſcribit) ſpe nõ re quidẽ ad medos ſuos tranſtulit. quod poſtea darius perfecit. Ueruntñ poſt Sardanapallum etiam aſſyriorum fuere reges: ſed non monarche vſqꝫ ad Niniue ciuitatis ſubuerſionem. Media autem regio in aſia minori eſt aſſyrie et perſie ac mari hyrcano contermina. In qua quattuor regiones memorantur eſſe. Ubi medus ipſe Medee filius in honorem matris medeam vrbem condidit. vbi et regnũ ex ſuo nomine medorum conſtituit. Sub cuius poteſtate per hec tempora orientis imperium fuit. Id autem poſtea ſub aſtyage in magno culmine fuit. ſicut patet Judith ca. i. Uerum Cyrꝰ perſarum rex imperium illud extinxit. et ad perſas detulit. Poſt perſas medi etiam macedonibus paruerunt. deinde parthis. Media aũt vulgati noĩs terra a ſeptentrione hircano mari terminat. ab occaſu maiori armenie et aſſyrie partes. A meridie perſide. ab occidẽte hyrcania ac parthia q̃ montibꝰ excluditur. Strabo quoqꝫ dicit mediã multĩ ⁊ olim potentẽ regionẽ in medio Tauro ſitam eſſe eã in duas ptes diuiſerũt. Alterã maiorẽ vocauere. Alterã atropaciã. Maioris metropolis Ebatana fuit magna ciuitas et imperij medie caput. qua ⁊ parthi poſtea vſi ſunt. Nã reges ibi eſtatem agebãt cũ ſit frigida. hyemẽ vero ſeleucie que ſecus tygrim eſt ꝓpe babilonẽ. Atropacia ab atropate duce noĩata eſt qui obſtitit ne ea macedonibus ſubigeretur Medie pars is poſtea rex declaratꝰ regionẽ hãc a media ſequeſtrauit cuiꝰ ſucceſſores regnũ cõtinuãtes cũ armenioꝝ regibꝰ affinitatẽ cõtraxere deinde cũ ſyris et poſtremo cũ parthis.



MAcedonum regni principium Carnaus quidam macedo fecit. Uir ingenio et manu promptiſſimꝰ. Poſt innumera prelia cum finitimis regibus ſtrennue geſta Macedoniã ortus ſui prouinciam ſibi ſubijciens. in eaqꝫ regni ſedem primus conſtituit. Atqꝫ duodecimo regni Ozie regnare incipiẽs (teſte Euſebio) regnauit annis. 28. Macedoniam autem huius carnai regnum europe prouinciam eſſe dicunt. et a macedone Oſyridis filio primo cognominatam fuiſſe inueniũꝰ. quã (Solino teſte) Tracius Limes ab oriente precingit. A meridie epyrothe theſſalie: Ab occidente dardania et illiricus. Et in ſeptentrione paphlagonia. Fuit tamẽ in iſto principio anguſtis terminis. ſed poſtea regum ſuorum virtute et gentis induſtria ſubactis finitimis ita ampliata. qꝫ eam plinius in quarto Centũ quinquaginta populos aliquãdo tenuiſſe ſcribat. De qua Solinus qui edonij olim populi queqꝫ migdonia erat terra. aut emathiũ theſſalicumqꝫ erat ſolum. nunc oĩe vniformi vocabulo macedonica res eſt factum corpus vnum. Regnũ itaqꝫ macedonicum illuſtre potenſqꝫ fuit. Et qꝫ maxime Alexandri magni temporibꝰ. Sed onie pontificis iudeorum temporibus deſtructum fuit. In quo quidem regno memorabile quoddã factũ legimus cõtigiſſe qꝫ cum illirici ⁊ thraces coadunati finitimos hos macedones atterere conati eſſent. cogerentqꝫ macedones ꝯmiſſa pugna fugere. tulerũt in cunis infantẽ defuncti regis filiũ: quo iuxta aciẽ poſito. acrius repetiere certamẽ. quaſi ideo victi eſſent. qꝫ bellãtibꝰ defuerũt auſpicia regis ſui victoris futuri. Tandẽ illiricos magna cede fuderũt. oſtendẽtes hoſtibꝰ priore pugna regẽ. nõ virtutẽ macedonibꝰ defuiſſe cuiꝰ quidẽ regis nomẽ ignorat. Macedonia aũt terraꝝ imperio quõdã potita que inter duo maria ꝓtendit Egeũ ⁊ Adriaticum Latus eiꝰ meridionale theſſalie atqꝫ magneſie terga ꝓtegit. Partẽ ſeptentrionalẽ peonia ⁊ paphlagonia excipit et ipẽ regiones in macedoniã poſtea iura cõceſſerũt. macedonie addite. Epyrus quoqꝫ macedoniã ⁊ Illirica terra. altera meridiẽ. altera ſeptentrionẽ excipiens in adriatico littore.



LYdorum regni principium fecit Ardiſius ſiue ardis quidam grecus vir genere et animi magnitudine inſignis. Octauo et quadrageſimo regni Ozie anno lydus primus regnare cepit. Et regnauit teſte Euſebio annis. 26. Lydia vero minoris aſie regio quam in parte nunc moream appellare dicimus. Et vt plinio placet libro quinto naturalis hyſtorie. prius Meonia dicebatur: ſed poſtea a lydo Athis regis filio fratreqꝫ Tyrreno lydia dicta fuit. Qui duo fratres propter regni breuitatem ſe ſimul ferre non poſſent: Tyrrenus forte diſcedens in ytaliam venit. Eamqꝫ partem que ad mare inferum verſa eſt: quã etiam Tyrrenam a ſe nominauit. Lydus vero illuc remanens meoniam a ſe lydiam vocauit. In qua fuerũt vrbes Ephesus. Colophon. Clazomene et phocea. Id tñ regnum haud multum inſigne fuit: quod poſtea a perſis ſub Creſio rege (qui chaldeis contra perſas auxilium tulit) ſubuerſum fuit. Hoc regnum ducentis et triginta annis ſub nouem regibus ſteterat. Quorum nomĩa et tempora hic apponimus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ardiſius | 1 | añ. 36 | Candaules | 4 | añ. 17. | Sadyates | 7 | añ. 15. |
| Aliaces | 2 | añ. 14. | Gigius | 5 | añ. 36. | Aliactes | 8 | añ. 49. |
| Meles | 3 | añ. 12. | Ardis | 6 | añ. 37. | Creſus | 9 | añ. 15. |

OLympias prima apud grecos quinquageſimo regni Ozie anno ex agone Gymnico inſtituta eſt a captiuitate troye vſqꝫ ad olimpiadem primam anni. 406. Aeſchyli athenienſium iudicis ſecũdo anno. prima olympias acta quod erat agon gymnicus in qua Chorebus helyenſis extitit victor. Hely agunt quinquẽnale certamen quattuor annis in medio expletis. In quibus principes annui conſtituuntur quattuor quã Olympiadẽ iphitus filius Praxonidis ſiue hemonis primus cõſtituit. Quãqꝫ alij ſcribant ꝙ hercules octauo Iair iudicis iſrael anno Olympia cum agonẽ apud grecos ad honorem iouis in Olympo mõte primꝰ ꝯſtituit qđ de quinquẽnio i quinquẽniũ quattuor in medio ãnis expletis fieri voluit. A quo vſqꝫ in preſens tempus ſuppotantur anni. 405. Greci aũt quĩquẽnale certamẽ celebrare aſſueti etiam quattuor annuos principes in ludo et certamine illo conſtituentes tempus illud quattuor annoꝝ olympiadem appellauerunt. Quadriẽnio ſcꝫ in vna olympiade ſupputato: hec nãqꝫ feſtiuitates et ludi in quinquẽnio ſemel fiebant. Ne ſi vlterius protraherentur obliuioni darentur. Aut ſi citra fierent expenſarum nimietas grauaret. Olympias igitur quattuor plenos continebant annos. Et quidem ſub centeſima nonageſima tercia olympiade dominus noſter ieſus xp̃s naſci voluit ab hoc tempore greca de temporibꝰ hyſtoria vera creditur. Nam ante hoc vt cuiqꝫ viſum eſt diuerſas ſententias protulerunt.

## Spartanorum origo

SPartanorum genus. et ipſum tempeſtate hac. Alcumene lacedemiorum rege mortuo. eorumqꝫ regno conſumpto. hoc modo principium habuiſſe Iuſtinus in tercio Epitomatum ſuorũ refert. Lacedemonios cõtra Meſſenos decennale bellum ſumpſere. Qui poſt aliquot annos querelis vxorum et poſt tã longam viduitatẽ reuocarentur. veriti ne hac pſeuerantia belli ſpem prolis amitterent. Decreto ſtatuerunt vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis promiſcue concuberent. maturiorem futuram conceptionem rati. ſi eam ſingule per plures viros experirentur. Ex his nati ob notam materni pudoris ſpartani euocati ſunt. Qui cum ad annum trigeſimum perueniſſent metu inopie (nulli eñ pater exiſtebat cuius in patrimonium ſucceſſio ſperaretur) Ducem phalantum aſſumunt filium Araci. Itaqꝫ nec ſalutatis matribus quarũ adulterio infamiam collegiſſe videbantur. ad ſedes requirendas proficiſcuntur. diuqꝫ per varios caſus iactati. tandem in italiam deferuntur. Et oppugnata arce tharentinorum. expugnatis veteribus incolis. ſedem ſibi conſtituunt: Quorũ poſtmodum amiciciam egiptij reges ac iudei ſummope queſierunt. vt liber Machabeorum teſtantur. Sed poſt annos plurimos dux eorum Phalantus per ſeditionem in exilium pturbatus brundiſium ſe contulit. quo expulſi veteres tarentini conceſſerant.

QUinta ſeculi etas Hic incipit et ortum habuit a captiuitate iudeorum in Babiloniam duratqꝫ vſqꝫ ad chriſti ieſu domini noſtri natiuitatem per annos. 590. q̄uis in hac ſupputatione aliqui aliter ſentiant. Unde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno vt Euſebius ponit. tunc ſeptuaginta captiuitatis annos in ſecūdū Darij annuꝫ terminabunt. Joſephꝰ et diuus Hieronimus a.13. Joſie regis vſqꝫ ad tercium Cyri regis annuꝫ. Nonnulli ab vltimo regis Joachim anno computant vſqꝫ ad vltimum Cyri annum. At ſane ſentiendo ſeptuaginta illi anni qui in tercio vel vltimo Cyri anno terminantur. proprie captiuitatis iudaice anni dicuntur. Illi vero qui in ſcdo Darij terminantur proprie complete tranſmigratiōis ſunt. Et hec principalior et precipua ſacre ſcripture era habet. q̄.ſ. facta eſt anno ab exordio mōdi. 4610. A diluuio aūt. 2569. A natiuitate abrahe. 1427. Ac vigeſimooctauo regni Tarquini romanorum regis. Regnantibus etiam apud Medos aſtyage. apud Macedones Europe. Apudqꝫ lydos alyacte: et apud egiptios vaphre: et apd̄ Caldeos nabuchodonoſor p̄mus.

CAptiuitas igitur hebreorum que fuit exterminium populi hieruſalē hic incipit. Et per annos. 70. perdurat. Cum enim populus iſrael iam multis temporibus ydolis ſeruiendo: etiam effuſionem ſanguinis innocentum ſe grauiter impiaſſet: volens deus generationem huius populi deperire: ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno caldeorum ſtatuit ſuſtinere. Hac ratione vt completo annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hieruſaleꝫ perueniret.



Linea pōtificuz

Jheſus



Joachim



Aggeus propheta



Malachias propheta



Sibilla heleſpōtā



POſt reditum populi iſrael de babilone iſti duo prefuerunt ſcilicet ihſeus ſummus pontifex tanq̄ȝ regēs. et Zorobabel tanq̄ȝ dux q̄ modus vſq̄ȝ ad Herodem ſeruatus eſt. Ut videlicet ſummi ſacerdotes tenerent primatum. duces vero eſſent ſubſtituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta ꝓphiam iacob. Non auferetur ſceptrum de iuda et dux de femore eius. Hi cuȝ innumera multitudine iudeorum venerunt in hieruſalem ad reponēdum templum congregantes vniuerſam prouinciaȝ conſtruxerunt altare in loco quo prius edificatū fuerat: et dies tabernaculorum celebrarent: cepit auteȝ renouare templum ſed paulo poſt defunctus eſt.

IſTe Salatiel (anno mōi. 4 6 3 4.) fuit filius iechonie regis iude quem genuit poſt tranſmigrationem babilonis. vt euangeliſta Mattheus dicit.

IſTe Joachim ſacerdos fuit filius Jeſu pontificis magni. qui ſcd̄m Joſephum nominatus eſt Joſedech. Sub quo ſorobabel prophetantibus et adiuuātibus Aggeo et Zacharia templuȝ et ciuitatem repoſuit. Edificato autem templo paſca cū innumerabilibus holocauſtis celebrato ad exornandam vrbem eam adiecit.

Iſte Sorobabel (anno mōi. 4 6 5 9.) iuxta imperium domini fundauit templum. ſed longe poſt apud iudeos maximo in precio habitus eſt. a Cyro rege princeps populi deſignatus. primum ex caldea iudeos ad propriā ꝓuinciam reducere cepit. ⁊ templum reedificare concedente Cyro incepit.

DE illo Abiud (anno mōi. 4 7 0 9.) et ſequentibus vſq̄ȝ ad Joſeph nihil habetur in ſcripturis. niſi quod a Mattheo numerantur: et ideo nec tēpus eorum debite ſciri poteſt. Niſi quod Abiud genuit Eliachim: qui azor: qui ſadoch ⁊c̄. vt Matthe⁹ in principio euangelij teſtatus eſt.

AGgeus propheta in numero duodecim ꝓphetarum vndecimus his temporibus librum ſue prophetie ſcripſit. In quo reuerſionem populi ⁊ tēpli edificationem conſcribit. ac renouationem ciuitatis: necnon et ſacerdotalem obſeruationem comprehendit. Completo denicȝ templo ſtatim obijt. Et iuxta ſacerdotum ſepulchra ſepultus eſt.

MAlachias propheta hoc tempore clarus habetur ſic dictus id eſt angelus propter optimā vitam. Aiunt ꝙ ore eodem quo prophetauerat angel⁹ domini apparens eadem iterabat.

HEllespontina in agro troyano nata vetula ⁊ antiqua veſte rurali induta ligata velo antiquo capite ſub gula circumuoluto vſq̄ȝ ad ſcapulas quaſi deſpecto habitu ita dicit. De excelſo celorum habitaculo proſpexit humiles ſuos. et naſcetur in diebus nouiſſimis de virgine hebrea cum cunabulis terre.

Linea Chriſti

Salatiel





Soſ[o]robabel





Abiud





Linea christi Juda sine rege

Ozias



Joa|than



Achas



Eze|chias



Ma|nasses



Ozias (Anno mūdi. 4388.) Amaſie regis filius: duodecim⁹ regū iuda multe māſuetudinis ꝛ dignitatis. Vir iſte fecit qḋ bonū erat coraꝫ dn̄o: excepto ꝙ ſibi ſacerdotiū vi vſurpauit ſub azaria pōtifice. In eo ꝙ voluit adolere incēſum ſup altare thimiamatis. ꝓpter qḋ lepra pcuſſus eſt: ꝛ terre mot⁹ fact⁹. Ex q̄ media ps mōtis ſciſſa eſt ꝛ ortos regales oppſſit. hoſtes tn̄ p circuitū pſtrauit ꝛ hieruſalē exornauit ꝛ muros q̄s ioas deſtruxerat reſtituit leproſ⁹ fact⁹ zacharias ſm legē moyſi extra ciuitatē eū expulit: ꝛ Joathā fili⁹ ei⁹ ꝓ eo rexit. Verū cū obiiſſet trāſtulerūt eū i hierl'm ꝛ ſepelierūt i ſepulchꝛi regū

Iſte Sardanapall⁹ oīni muliere corruptior fuit ꝑrim⁹ puluinaria īuenit: hītu ſemīeo indut⁹ inter meretricū greges purpurā colo trahēs. Demū p arbacē ꝑfectū medoꝝ īdicto ſibi bello deuict⁹. cernēs ſe nō poſſe euadē ſeipm̄ cū diuitijs cremauit: ceſſauitq; illa mag̃ mōrchia aſſyrioꝝ: q̄ ſtetit vltra. 1305. annos. Et ſurgūt tpa horrēda pene ad xp̄i natiuitatē in qb⁹ ſanguis hūan⁹ in toto mōdo q̄ſi aq̄ effuſ⁹ ē.

Phull rex Aſſyrioꝝ ꝛ ſequētes volētes recupare monarchiā nō modicū turbauerūt terrā.

Joathan anno mundi. 4440.

Iſte Theglathphalazar cepit terraꝫ neptalim et gallileā. Et eos q̄ trāſiordanē erāt trāſtulit in aſſyrios. poſtea ob petitionē Achas obſedit damaſcū et Raaſim regem damaſci interfecit.

Salmanaſar obſedit ſamariā ꝛ trāſtulit iſrl' in aſſirios. ꝛ ceſſauit regnū iſrl' qḋ ſtetit ānis. 282.

Iſte Achas (Anno mūdi. 4466.) regnauit in iuda poſt mortē patris ſui Joathā: Hic peſſimus fuit ydolatrie dedit⁹: cōtra quē veniēs in prelū phacee rex occidit in vna die de iuda centū viginti milia bellatoꝝ: ꝛ ducēta milia pueroꝝ: ꝛ puellaꝝ. et mulierum duxerūt captiua: q̄s tamē refectos remiſerūt cōſulente ꝓpha. Cui⁹ tpe condita eſt roma.

Ezechias Anno mūdi. 4472. filius Achab qn̄tuſdecim⁹ regū in iuda. optimus fuit: reduces populū ad cultū dei: hui⁹ tpe regnū iſrl'. ſ. decē tribuum defecit: trāſlatus a rege ſalmanaſſar aſſyrioꝝ: huius Ezechie tpe ſennacherib rege Aſſyrioꝝ veniente cōtra ezechiā ꝛ regnū ei⁹: ꝛ obſidēte hieruſalē oratōnib⁹ ei⁹ ꝛ yſaye ꝛ humiliatiōib⁹ in vna nocte angel⁹ dn̄i interfecit centū octogintaquiq; milia exercit⁹ ſennacherib: ſicq; liberat⁹ eſt: Ipſe aūt Ezechias ſiue ꝓpter elationē ſiue ꝓpter ingratitudinē ad mortē vſq; infirmat⁹ ē. Sed penitēs ſanat⁹ ſigno ſibi dato de reuerſiōe ſolis p decē lineas q̄ oratorib⁹ babilonie oſn̄dit oēs theſauros. Cui yſayas pdixit oīa a babilonijs aſportāda: phaſe aūt ſolēniſſime a pplo celebrari fecit. Dormiuit deniq; Ezechias cū patrib⁹ ſuis.

Iſte Sēnacherib aſcēdit in iuda cōtra Ezechiaꝫ virū ſctm̄. ꝛ pcuſſit dn̄s exercitū ei⁹ vt ſup. Ipſe aūt turpiter fugiēs puenit in niniuē ꝛ afflixit iudeos et thobiā. tandē a ſuis filijs occiſus eſt.

Manaſſes (Anno mūdi. 4501.) fili⁹ Ezechie poſt eū regnauit in iuda quīquagītaquiq; ānis: hic peſſim⁹ fuit: ydolatrie dedit⁹ ꝛ augurijs. ꝓphas occidens ꝛ ꝓcipue yſayā ſerra lignea ſecari faciēs. Qui tn̄ captiu⁹ duct⁹ in babilonē penitēs ꝛ valde hūiliat⁹ in illa captiuitate veniā obtinuit. Et ad regnū ſuum reduct⁹ eſt. cui ſucceſſit fili⁹ ei⁹ amon patrē imitat⁹ in vicijs ſ; nō in pnia. q̄ ꝛ a ſuis occiſus eſt.

Iſte Aſſaradon fuit filius Sennacherib.

Linea regū aſſyriorum

Sardanapallus



Phull



Theglathphalasar



Salmanasar



Sennacherib



Assaradan



## Linea pontificū

Elchias



Azarias filius elchie



Sarayas filius azarie



Joſedech



Sophonias



SOphonias ꝓpha nonus duodecim ꝓphetarum Chuſi nobiliſſimi inter hebreos viri filiꝰ: ꝓphetauit deſtructionē hieruſalem et reedificationē.

ISte Urias ꝓpha occiſus eſt a rege ieconia.

Prophate minores

Urias



Baruch



ABacuck ꝓpha in numero duodecim ꝓphetarum decimꝰ ꝓphie ſpiritu plenus: apud iudeā in precio fuit: ꝓphauit cōtra Nabuchodonoſor ⁊ babilonē. hic etiā danieli prandiū attulit dum in lacu leonuꝫ eſſet apud babilonem.

Abacuck



BAruch hieremie prophete notarius propheticum librum edidit: in quo cōſolationem de reditu a captiuitate prenunciat.

Hieremias



ISte hieremias ꝓpha ſctiſſimus ⁊ ab ipo matris vtero ſctificatꝰ ex ſacerdotibꝰ natꝰ incepit ꝓphare adhuc puer. xiij annoꝝ tpe regis Joſie contra hieruſalē ⁊ tēplū ꝓphizauit autē annis. xl. preter hos qbꝰ ꝓphauit in egipto. Ibideꝫ poſt mltas iniurias ſibi illatas apō Taphnas ab eodeꝫ pplo lapidibus obrutꝰ occubuit. Eoqꝫ in loco ſepultꝰ. ⁊ qꝛ ſerpētes fugauerat poſt mortē eum venerati ſunt.

Olda ꝓphetiſſa



IStum Sarayam interfecit Nabuchodonoſor in reblata cum alijs conſiliatoribus ſedechie.

OLda ꝓphiſſa fuit vxoꝛ Sellū ſummi ſacerdotꝭ claruit ac ꝓphauit Joſie regi et preſertim hieroſolimoꝝ euerſionē ac populi ipius captiuitatem.

OMnes iſti ſex cū Joachim rege adhuc pueri in babilone ducti ſunt captiui. Nabuchodonoſor ſtatuā aureā. lx. cubitoꝝ altitudine in campo ſtatuit ⁊ cōuocauit oēs principes regionū ad dedicationē ſtatue. ⁊ preco clamabat. Adorate ſtatuā q nō adorauerit eadē hora mittet in fornacē ignis ardentis. Et adorauerūt oēs preter ſocios danielis: ⁊ accuſati ſunt ad regē ⁊ ſuccenſa eſt fornax ſeptuplū: ⁊ miſſi ſunt vincti cū veſtibꝰ in mediū fornacis. Uiros autē illos q miſerāt eos interfecit flama ignis. Angelꝰ aūt induxit quaſi ventū roris flantē refrigerantē eos. Tūc illi tres vno ore benedicebant deum.

Miſahel · anania · azaria



Daniel.



Ezechiel.



Mardocheus



IOſedech pontifex filiꝰ Azarie egreſſus eſt quādo tranſtulit dominus iudam et hieruſalem per manus Nabuchodonoſor. Et ductus eſt cum alijs captiuus in babilonē; dicunt aliqui iſtum fuiſſe Eſdrā ſcribam et ſacerdotem aut forſan ipſius fratrem.

Rhea virgo veſtalis



Rhea que et Ilia dicebať Numitoris vltimi latinorum regis filia hac tẽ
peſtate adhuc virgũcula: patre eius vi regno priuato: ab amulio patruo
veſtalibus virginibus addita ad ꝑpetuam virginitatẽ cõpulſa eſt. Que
cum in pleniorem deueniſſet etatẽ ſtimulis acta venereis in amplexus incogniti
viri. Et vt alij referunt in martis coniunctionẽ deuenit. Et pregnans effecta. Ro
mulum ⁊ Remum eodẽ partu enixa eſt. Quos dum peperiſſet iuſſu regis Amu
lij viua defoſſa eſt. Qua mortua etiam geminos in tiberim deijci iuſſit. Verũ ne
queuntibus miniſtris ad ripam fluminis propter aquarum multitudinẽ deueni
re: illos in ripa poſuere. Et ſic Amulij imperio abiectus in profluentẽ Romulus
cum Remo fratre non potuit extingui. Et tiberinum amnem repreſſit: ⁊ relictis
catulis lupa vagitum ſecuta: vbera admouit infantibus. matreqꝫ ſeſe geſſit. Sic
repertos apud arborem fauſtulus regis paſtor tulit in caſam atqꝫ educauit ſuſtẽ
tatoſqꝫ fere inter greges pecorum agreſta vita nutriuit. Marcios pueros fuiſſe:
ſiue q̇ in luco martis enixi ſunt. ſiue q̇ a lupo que in tutela martis eſt nutriti. A
dulti inter paſtores de virtute quottidiana certamina et vires ⁊ pernicitatẽ auxe
re. Cum autem adoleuiſſent non parua paſtorum ⁊ latronũ manu collecta Amu
lium patruum regẽ interfecerunt. et numitorẽ auum in regnum reſtituerunt. Is
tamen ſequẽti anno extinctus. Sic latinorum ſeu Albanorū regum defecere no
mina. vbi ſub vno ⁊ viginti regibus ſexcẽtis ⁊ viginti tribus annis regnatũ eſt.

Regnũ romãorũ Romulus



Remus Rhee veſtalis virginis ex incognito patre filius: Romuli frater
hoc anno vna cum fratre ſuo ⁊ auo ſuo Numitore in regno latinorum re
ſtituto. deinde interfecto vrbẽ vbi nunc Roma eſt cõſtituerunt ac condide
runt. Et cū gemini erant: vter auſpicaretur ⁊ regeret: adhibuere piacula. Rem⁹
montem Auentinum: Romulus palatinum occupauit. Prior ille ſex vultures:
hic poſtea ſed duodecim vidit ſic victor. augurio vrbem excitat plenus ſpei bella
tricem fore. ita illi aſſuete ſanguini ⁊ prede aues pollicebantur ad tutelam noue
vrbis ſufficere vallũ videbať. c⁹ dũ irridet anguſtias Rem⁹: idqꝫ ĩcrepat. ſaltu du
biũ an iuſſu fr̄is occiſus eſt. Prima certe victima fuit. munitionẽ vrbis noue ſan
guine ſuo conſecrauit. ferunt eum a fabio Romuli duce cultro paſtorali occiſum
Et in eodem loco vbi futuri muri veſtigiũ tranſgreſſus eſt ſepultus fuit.

Remus



## Romanorum regni principium

Romulus primus Romanorum rex vigeſimoquarto ſupra trecẽteſimū
regni dauiď anno: etatiſqꝫ ſue primo ⁊ viceſimo numitore perempto: re
gnoqꝫ latinorū in cõfuſo poſito paſtorum non parua manu collecta vna
cum fratre Remo iam dicto ſtatim vrbem paruam in ſolo nequaq̄ꝫ munito con
ditam ⁊ a ſe Romam nominatam primum regnare incepit teſte Euſebio regna
uit annis. 38. Romulus autem licet ſub dubio partu natus: eius tamen indolis
(vt plutarcus ait) nequaq̄ꝫ ſeruilis erat: ſed quandā regiam magnitudinẽ ac ꝓ
bitatē pre ſe ferebat. Eminebat in eo natura facilis ⁊ ad conſilium ciuilem pro
bitatem aptiſſimum ingenium: quapropter euẽnit ad magnum dignitatis cul
men. Poſt romam autem conditam primum eos quibus etatis vigor inerat in
militares legiones diſtribuit. Ceteram vero multitudinem populum appellauit
Centum deinde Senatores creans eos patres dixit: ac ex eis genitos patricios
Prius enim incole deerant: et cum in proximo erat lucus: hunc Aſiliũ fecit et ſta
tim mira vis hominum latini tuſciqꝫ paſtores quidam et tranſmarini phriges q̄
ſub Enea archades qui ſub Euandro duce influxerant: ita populum romanum
ipſe fecit. Matrimonia vero a finitimis petita quia non impetrabantur manu ca
pta ſunt ſimulatis quippe ludis equeſtribus: virgines que ad ſpectaculum ve
nerant prede fuere. Et hec ſtatim cauſa bellorum. Auctis tamẽ breui viribus hũc
rex ſapientiſſimus ſtatum reipublice impoſuit: vti iuuenta diuiſa per tribus in
equis et in armis ad ſubdita bella excubaret cõſilium reipublice penes ſe c⁹ eſſet
his ita ordinatis cum contionem haberet ante vrbem apud Capree paludem e
conſpectu ablatus eſt.

Numa pompiliꝰ



Numa pompiliꝰ ſcõs Romanoꝝ rex. ſeptimo ⁊ .xx. regni Ezechie ãno pꝰ Romulum regnare cepit. Et regnauit annis. 41. Quem curribus ſabinis agentem vltro petiuere ob inclitam viri religionem. Ille ſacra ⁊ cerimonias omnemqꝫ cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices. Augures ceteroſqꝫ ꝑ ſacerdotia. Annũ quoqꝫ in duodecim menſes: faſtos dies nephaſtoſqꝫ deſcripſit. Hec omnia quaſi monitu dee egerie: quo magis barbari acciperent. Eo deniqꝫ ferocem populum redegit vt qđ vi ⁊ iniuria occupauerat imgiuſ religione atqꝫ iuſticia gubernaret. Obijt deniqꝫ octogenarius leui morbo.

Tullus hoſtilius



Tullus hoſtilius tercius Romanorum rex: trigeſimo nono regni manaſſe anno poſt numam pompilium regẽ a Romanis rex ſuffectus. Regnauit annis. 31. Cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Huius cunabula (vt Eutropius ſcribit) tugurium agreſte cepit. ⁊ poſtea adoleſcẽtia in paſcendis pecoribus occupata fuit. Validior deinde factus Romanũ rexit populũ Et primus quidam Romanorum regum faſtibus ⁊ purpura vti cepit. Ac vrbem adiecto celio monte ampliauit. Poſt longam deniqꝫ pacem in albanos bella tulit deuictos in vrbem admiſit: ⁊ eorum vrbem preter templa euertit. Tandem cum magna gloria belli regnaſſet cum tota domo ictu fulminis conflagratus eſt.

Anchꝰ Marciꝰ



Anchus marcius Nume regis ex filia Nepos. quartꝰ Romanoꝝ rex. q̃rto Joſie regni anno poſt Tullum hoſtilium regnum accipiẽs. Regnauit annis. 25. Hic nulli ſuperiorum regum belli paciſqꝫ artibus ac gloria vm q̃ inferior fuit. Et menia muro amplexus eſt. Auẽtinum ianiculumqꝫ montes vrbi addidit ⁊ pontem primus Tiberi adiecit: hoſtiamqꝫ in ipſo maris fluminiſqꝫ confinio Coloniam poſuit. preſagiens animo futurum: vt totius mundi opes et cõmeatus illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. tandem morbo correptus vitam cum morte mutauit.

Tarquiniꝰ priſcꝰ



Tarquinius priſcus quintus Romanorum rex anno vigeſimoſeptimo regni Joſie poſt anchum Marciuꝫ rex delectus. regnauit annis. 37. Is trãſmarine originis regnum vltro petens accipit ob induſtriam ⁊ elegantiã quippe qui oriundus Corintho grecum ingenium italicis artibus inſtituit. Hic et ſenatus maieſtatem numero ampliauit: ⁊ centurijs tribus auxit neqꝫ pace tarquinius q̃ bello promptior. xij. namqꝫ tuſcie populos frequentibus armis ſubegit. Inde aureo curru quattuor equis triumphauit. Qui poſt multa ſtrennue geſta ab anchi filijs interfectus eſt.

Per ea adhuc tempora reges haſtas pro dyademate habebant quas greci ſceptra dixere. Nam et ab origine rerum ꝑ dijs immortalibus veteres haſtas coluere. ob cuius religionis memoriã adhuc deoꝝ ſimulacris haſte addũtur.

Phaleris



Phaleris Agrigentinus tyrannus ⁊ orator hac tempeſtate floruit cui quidam perillus eris ingenioſus artifex ⁊ ei amiciſſimus ex athenis agrigentum ad euꝫ venit: cognita hominis ſeuicia vt eidẽ placeret ex ere taurum artificioſum fabricauit. Et in eius latere ianuã poſuit vt reus in eo incluſus ſubiectis ignibus torqueꝛ. vt ſonus vocis hominis bouis mugitꝰ videreꝛ: quo accepto illum includi iuſſit. Et primꝰ artificij ſui prebuit experimentum vt Ouidiꝰ dicit. Nec enim lex equior vlla eſt: q̃ necis artifices arte perire ſua hec ipſe phaleris Athenienſibus de ſe pro illo conqueſtis reſcripſit. Extant eñ huius phaleris adhuc celebres ⁊ graues epiſtole.

Sibilla erithea



Sibylla Erithrea omnium aliarum clarior in babilonia orta tempore illo vixit: monachali veſte induta: velo nigro in capite: manu geſtans gladium nudum non multum antiqua. mediocriter facie turbata. habens ſub pedibus circulum aureum ornatum ſtelliſ ad ſimilitudinem celi dicit ſic. In vltima etate humiliabitur deus: humanabitur proles diuina vnietur: hũanitati diuinitas. iacebit in feno agnus; et puellari officio educabitur.

Roma vrbs toto orbe celebrāda: rerū do
mina in latio ad amnē tyberī ſita. A ro-
mulo eiꝰ ɔditore noīata. vndecimo Eze
chie regis iuda āno: Scdoqꝫ octaue olympiadis
āuo ab ipo conditā fuiſſe affirmāt. Ambitū eiuſ
vrbis. Plinius ex traditionibꝰ Auguſti ſcribit
milia paſſus vigītī. Flauiꝰ vopiſcꝰ ſcribit Aure
liuꝫ impatorē ambitū vrbis ad trigīta milia paſ
ſuum ampliaſſe. Noſtra aūt ratio metiēdi a pri-
ſcorū ratiōe multū variat: ſi ad nře etatis con-
ſuetudinē metiri volemꝰ vix paſſuū milia qua-
tuordecim oīs rome ⁊ ianicule ſiue trāſtiberine
regionis ⁊ vaticani ambitꝰ implebit. Tyberis
fluuiꝰ a ſeptētriōe vrbē intrat: ⁊ ex latere meridi
ano verſus hoſtiā exit. ita vt ex latere quidā dex
tro vaticanū cōperiat ⁊ Ianiculū: q̄ duo regiōꝫ
trāſtiberinā complēt. A ſiniſtro vero ſit romane
vrbis ambitꝰ ſeptē ɔplectēs colles. Portas vr
bis triginta aptas. ⁊ ſeptē clauſas fuiſſe ſcribit
piniꝰ. Noīa que apud priſcos vſitata fuert̄ elu
cidare libet. Nā cū diuerſis tpibꝰ aucta fuerit: ⁊
q̄ intra vltimū muroꝝ ambitū remanebāt porte
formā amitterēt. fuitqꝫ deinde roma diruta ideo
inueſtigari oīs relinqmꝰ. Flumētana pma por
ta appellata: q tyberim eaꝫ influxiſſe affirmāt.
nouiſſime porta ppli dicta Scda piciana a colla
tia oppido pꝑe romā Collatia. Tercia q̄ nūc ſala
ria fuiſſe quirinalē poſtea collinā q ea in collem
quirinalē itur. Quarta viminalis nūc ſctē agne
tis aut numētana. qꝛ ad viminalē collē ducebat
Quīta exquilina qꝛ in exquilijs itur. nūc ſancti
Laurēcij. Sexta neuia q̄ maior dicit. Septima
Aſinaria nūc ſcti iohānis. a priſcis celimōtana
a celio mōte. Octaua q̄ in abdito angulo clauſa
cernit ⁊ metrodori porta dicit: Gabiuſam fuiſ
ſe a maiorībꝰ appellatā. Latina deinde porta in
mutatū retinet vocabulū qd ea in latinam duce
bat. Porta appia olim Capena. Vltima trige-
nima intra tyberim aliqñ hoſtienſis ⁊ ſcti pauli
appellatā reſtat. cū ad eiꝰ baſilicā ducat ⁊ hoſti
am verſus. Eſt ⁊ alia intra tyberim romane vr-
bis carmētalis. Poſtremo porta triūphal' oīm
celeberrima q̄ etate noſtra extat p quā triumphi
agebant. Cuiꝰ fundamētorū moles in extrema
tiberis ripa cōſpici poſſunt. ⁊ pons ſimiliter ad
illā cōducēs vſqꝫ ad hoſpitale ſctiſpūs et via q̄
ab eo pōte vſqꝫ ad Neronis circum in quo Cay
callicule obeliſcꝰ aſpicit. q̄ nūc corrupte iulia nū
cupat. ⁊ ad ſiniſtrū latꝰ baſilice btī Petri adia-
cet triumphale territorium nuncupatur. verum
triumphale territorium ⁊ adherētia loca vatica
ni nomē a vaticano colle aſſumpſere. et cōſtat iā
vaticanū collē eū eſſe qui ecc̄ie btī Petri adiacꝫ
p̄ cūctis em̄ rebꝰ celebrioꝛ ⁊ religioſioꝛ cōſpicit
vaticanꝰ reliquijs btī petri. ⁊ eiꝰ excelſa baſilica
et romani pōtificis pallatio qd Nicolaꝰ papa ſe
cundꝰ fundauit ⁊ grāde viridariū muris cinxit.
Ianiculꝰ regiōꝫ ipam totā trāſtiberinā excepto
vaticano indicat. vaticanū vero pꝛimitꝰ leo pa
pa quartus muro muniuit ⁊ de ſuo noīe ciuitatē
leoninā vocauit. Ea ſex portas nūc ſtātes habꝫ
prima in Ianiculū dimittēs ab ecc̄ia cui ſubia-
cet ſanctiſpūs nomē accepit. Alia eſt edita in col
le ꝑtuſa. hec ⁊ pfōrata vocat. Tercia poſterule
nomē accepit. Quarta viridario pōtificis ſub-
iacet viridaria vocat. Quīta iuxta molē hadria
ni quod nūc caſtꝝ ſancti angeli vocat. porta ſan
cti angeli dicit. Sexta ſb adriani meta ad vrbē
p pontē cōducit ab eneis foribꝰ Enea vocitatur
Colles ſeptē rome ab auctoribꝰ deſcribunt di-
cēte virgilio libro Georgicoꝝ. 2. ſcilicet. Et rex
facta ē pulcherrima roma. Septēqꝫ vna ſibi mu
ro circūdedit arces. Quoruꝫ noīa ſunt Capitoli
nus. Auētinꝰ. palatinꝰ. Celiꝰ. Exqlinꝰ. vimi-
nalis ⁊ quirinalis. Et abſqꝫ ianiculo ⁊ vaticano
ſepticollis ipa vrbs dicebat. Capitolinꝰ mons
dictus cū in eo fundamēta edis iouis foderētur
caput humanū inuētuꝫ eſt ⁊ ante Tarpeiꝰ a tar
peya virgine veſtali dicebat. ⁊ mōs ſaturni a q̄
ſaturnia tellꝰ. fuit in hac arce capitolij celeberri
mum iouis optimi maximi templuꝫ ⁊ iunonis
monete. ⁊ in eo clangore anſerū ⁊ alarū ſtrepitu
M. manliꝰ gallos in pcipiciū dedit. huiꝰ totius
arcis ornamēta cūctis miraculis egiptiorū erāt
anteponēda. quare aurea capitolia cognominā
tur ⁊ domiciliū deoꝝ. Circa eū locū duo fora iū
gebant boariū ⁊ piſtoriū. Nūc aūt preter lace-
ratam domū a bonifacio nono ruinis ſup edifi-
catam p̄ter are celi fratrū btī franciſci ecc̄iaꝫ in fe
retrij iouis templi fundamētis extructā. nihil hꝫ
is mōs capitolinꝰ. tantis olim edificijs exorna
tus cū delubra edes ſacella et tēpla vltra ſexagī
ta habuerit. Auētinꝰ collis ab aduētu hoīm vl'
a rege auētino albano ibi ſepulto dictꝰ fuit. in h
mōte ara herculi ab euandro poſita. Et iunonis
templū ⁊ tēpla diane ⁊ minerue ⁊ lucine: fuit ſu
per eodē mōte laurētū ſilua ioui ſacrata: ⁊ edes
libertatis. habꝫ vero nūc is mōs mōſteriū ſan-
cte Sabine ⁊ aliud ſcti bonifacij. reliquꝰ mons
aut ruinis aut vineis p̄ter ſancti Alexij cenobiū
quod mihi vetuſtiſſimū cōſpicit contectus eſt.
Palatinꝰ mōs cū palatini aborigines ex agro
reatino cum euādro venerūt hoc nomē accepit.
Sup hoc mōte vt ex cornelio tacito accepimꝰ p̄
mo vrbs roma edificata fuit. Et in eo reges de-
inde cōſules poſtea impatores maiori ex pte ſe-
dem habuerūt. Habuitꝫ edes vani ducis. Liui
us quoqꝫ inquit matrē magnā deuꝫ a grecia ad
uectam in edem victorie q̄ eſt in palatio ptulere
Fuit ⁊ in palatio teſte plinio phanū febri dicatū
Et templū diui Auguſti deinde incēdio cōſum-
ptum C. Calicula ſup templuꝫ hoc ponte tranſ-
miſſo palaciū capitoliūqꝫ cōiunxit. Cuiꝰ ⁊ reliq
as quaſdā adhuc cōſpicere libet. Idē ceſar Au
guſtꝰ templū appollinis in ea pte excitauit. Ad
didit porticꝰ cū bibliotheca latina grecaqꝫ. quo
in loco iam ſenioꝛ ſepe ſenatū habuit. Id edifi-
cium admirādis opibꝰ exornatū erat. cōpluraqꝫ
a multis extructa ſunt. Nūc p̄ter ſancti Nicolai
ecc̄iam a calixto papa edificatā q̄ etiā male inte-
gra cernitur. nullū is celeberrimꝰ mons hꝫ edi-
ficiū. qualis aūt et quātꝰ olim fuerit ea edificio-
rum moles indicāt ruine inter ceteras vrbis cō-
ſpiciende. Cū itaqꝫ tres illos mōtes q̄ primi et
ſoli in pma vrbe a Romulo conphenſi fuerūt ſe
cluſis ruinis videri poterit ea nuditas quā Ro-
ma nōdum cōdita habuerit. Fuit aūt in ea par-
te pallacij quā ſeptētrionē verſus in triūphaleꝫ
Conſtantini imperatoris arcum vergentem vi
demus. locꝰ palladij cuiꝰ inſignes extant ruine

bīnas habētes ex marmore portas eo in murorum ambitu ecclīa ſancti Andree de pallara concluditur. Ceteras partes alto circundatas muro vinea implet. Celius mons a celio iubēnio duce (qui Romulo auxilio venit contra latinum) nomē aſſumpſit. ⁊ fuit vrbi additus quo tpe Tullus hoſtilius albaꝫ euertit. ⁊ poſtea ibi habitauit: ⁊ curiā fecit que hoſtilia appellata eſt. In eo mōte Veſpaſian⁹ templū diui claudij edificauit fuerūt in eo phauni veneris ⁊ cupidinis. aliorūqꝫ deorum edes Are ⁊ templa. Et macellū magnū. Antrū ciclopis lupanaria. cohortes quinqꝫ vigilū: caſtra pegrina ⁊ armentariū. Medio in ei⁹ dorſo bine aqueductus ſupbiſſimi opis cōſpiciunt. Nūc ecclijs xpianis mōs eſt ornat⁹ in ea parte ad palatinū montē vergēs monaſteriū eſt btī Gregorij in paternis edib⁹ ab eo edificatū. Inde ſanctoꝝ Iohānis ⁊ pauli eccia. Eſtqꝫ in eo hoſpitale ſaluatoris: ⁊ eccia ſancte Marie in dñica. Alteraqꝫ eccia ſcti Steffani rotunda de ipō mōte celio cognomē hñs: Ea in fauni ede pri⁹ fundata fuit. Simplici⁹ papa eam exornauit. Cernit nūc integra ad ei⁹ mōtis ſiniſtrā ſctoꝝ quattuor coronatoꝝ eccia. Sctiqꝫ eraſmi mōſteriū. Proximū noui opis in mōte celio eſt xenodochiū lateranēſe. In extremo eiuſdē mōtis iā eſt baſilica lateranēſis ſic cognomiata: qꝛ in lateranēſiū nobiliſſime gētis edib⁹ extructa fuit. Hec venerabilis eccia capita Apoſtoloꝝ ſeruat ceteraqꝫ ſctimonia: ediūqꝫ ſupbiſſima ſtructura toto orbe celeberrima a Conſtātino data btō Silueſtro cōſtātiniana baſilica appellata. Ea ſic Romanoꝝ pōtificū primaria eſt ſedes. ſic ab eis plurimū olim habitata fuit. Nūc vero pallacia quib⁹ circūdata fuit baſilica maiori ex pte corruerāt. Viſit quoqꝫ in celio mōte porta maior neuia dicta ⁊ amphiteatrū ſemidirutū: qd ſtatilij thauri maiores nři appellauere. Et alia baſilica ſctē crucis i hieruſalē ab Helena cōſtātini matre cōſtructa. Eo loco vbi templa erāt veneris ⁊ cupidinis cōiunctūqꝫ eſt mōſteriū qd Cartuſiēſib⁹ nūc incolit. Exquilini mōtis oim maxim⁹ varro longā poſuit expoſitionē ab excubijs regis Tullij dict⁹. Exquilie em̄ mōtes duo habiti. Celebrior pars a foro Trayani ⁊ turrib⁹ quas comitū ⁊ militie appellāt incipiēs p montē cui caballo nūc nomē eſt: ⁊ ad termas vſqꝫ diocleſianas ꝓtendit Et in portā exqlinam q̄ iam ſcti Laurēij noiat deſinit. Altera ps collis via interſecat que patricij vic⁹ dicitur. Et ſup hac pte eccia eſt celeberrima ſctē Marie maioris dirimit a celio mōte p viā que porta Neuia vſqꝫ ad amphiteātrū qd colloſſeū vocam⁹ reducit. Fuerūt in exquilijs edificia q̄plurima ⁊ admirāda. Et pri

## ROMA



nio a turri militianũ aſcẽdendo cernunt̃ ruine termarꝫ Conſtãtini: ⁊ ingẽtes ſeminudorꝫ ſenũ marmoree ſtatue. Abinde pene cõtiguo loco cõſpiciunt̃ Caballi marmorei ingẽtes cũ viris ſeminudis lora tenẽtibꝰ miro artificio cõpacti quorꝫ vnꝰ opus praxitelis. Alter phidie latinis lr̃is inſcribit̃. Inde nõ longe ſunt diocleciani terme edificiũ pulcherrimũ ⁊ admirãdum: ⁊ alie terme clarorꝫ virorꝫ. Fuit in eodẽ colle maccellũ ⁊ ibi cõſpicit̃ eccl̃ia ſcti Viti cui cõtiguꝰ eſt arcꝰ triũphalis galieni. multeqꝫ eccl̃ie in eo extant ⁊ alia innumerabilia. Viminalis collis a Ioue viminneo cuiꝰ ibi are ſunt. Etſi plura i eo fuerũt edificia: nil tñ certũ reperitur qꝫ tres ſpecioſiſſimas i illo totiꝰ vrbis domos fuiſſe. M. Craſſi. Q. Catulli. C. aquilij eq̃tis romani. Fuerit in illo ſcdm̃ aliquos Saluſtiani horti quorꝫ reliquias obſtupẽdas deſignãt. a porta viminali in collinam ⁊ ad Sanct. iuſqꝫ Suſannã extẽdi putãt. Quirinalis collis a quirini phano edes fortune pͥmogenie habuit. Varro aũt ob paruitatẽ colles ⁊ nõ mõtes appellat. Hos duos colles ſcribit liuiꝰ Seruiũ regẽ addidiſſe cũ amplificãde vrbi animũ adieciſſet. ibiqꝫ vt loco dignitas fieret habitaſſe. Aggeris foſſa ⁊ muro circũdediſſe vrbẽ. Claudit̃ roma ab oriẽte aggere tarquini inter prima opa mirabilia. Nã cũ muris equit q̃ maxie patebat aditu plano. eſtqꝫ is tumulꝰ quẽ nũc ſctẽ marie in pplo ſupeminẽtẽ ad pinciani vſqꝫ pallacij fundamta ꝓtendi videmꝰ. Campꝰ marciꝰ ſic deſcribit̃ a liuio agger tarquinorꝫ q̃ inter vrbẽ ⁊ tyberi fuit campũ marciũ dixerũt: cũ eo tp̃e vrbs ad capitoliũ aut parũ citra finiret̃. Et virginea aq̃ p q̃rinalis colli cauernas campum olim marciũ q̃ nũc triũ regio dicit̃ illabit̃. hec ſola aqua ex exteris iã romã ingredit̃. Habuit campꝰ marciꝰ edificia olim admirãda. quorꝫ puule ruine adhuc reſtãt. Et adhuc eccl̃ia cõſpicit̃ q̃ ſctẽ Marie in ecuria vocitatur. Erat ⁊ templuꝫ Iſidis: cõſpicit̃ adhuc colũna rerum geſtarũ elaborata. Iuxta hanc q̃nqꝫ Comitia fiebãt. Fuerũt ⁊ in vrbe duodecim terme: ⁊ aqueductꝰ mirabiles. Hi ſunt arcꝰ altiſſimi ſblevati. Arcus q̃ꝫ triũphales fuiſſe qꝫ plꝛimos ⁊ legimꝰ ⁊ cõſpicimꝰ quoſdã tamẽ dirutos. quoſdã ruinis cooptos. q̃ſdam nouis edificiolis ab aſpectu hoim̃ ſemotos. Cernũt̃ qꝫ diuerſorũ edificiorꝫ ſpectande inſigneſqꝫ ruine ideo cum his Rome deſcriptionem relinquimus,

Oblectat me roma tuas ſpectare ruinas. Ex cuius lapſu gl̃ia priſca patet. Sed tuꝰ hic pplꝰus muris de foſſa vetuſtis. Calcis in obſequium marmora dura coquit. Impia tercentum ſi ſic gens egerit annos. Nullum hic indicium nobilitatis erit.



Genua ligurum domina ⁊ regina. quaꝫ etiam Januam dicimus ytalie vrbs celebris clariſſimaqꝫ in liguſtici maris littore a quodam Genuo ſaturni regis filio conditam ⁊ cognominatam dicunt. Alij vt paulus peruſinus hyſtoricus a genuino phetontis ſocio ob nauſeam maris in littore relicto cũ parte nauium cuſtode qui iunctus accolis loci ſilueſtrib⁹ hominibus oppidum condidit: et genuã ex ſuo nomine nuncupauit. Alij quoqꝫ a Jano ytaloꝝ rege et poſt troyanam cladem ampliatã vbi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum eſt cu⁹ ſigilli inſcriptio ſic haberi dicit. Griffus vt has angit: ſic hos ianua frangit. Quidam tamẽ ante belli punici tempora nullam eius vrbis mentioneꝫ haberi dicunt. Liuius autẽ eius incremẽtum habuiſſe dicit Lucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno deſtructum exedificaret. Poſtq̃ tempora ligurib⁹ genuenſibuſqꝫ amicicioribus vſi fuerunt. quib⁹ quiuꝫ magne copie variaqꝫ bello vſui futura mitterentur maxime oportuna fuiſſe videtur genua loci natura tunc etiam portuoſa. Eam Karolus magnus imperator pipinuſqꝫ filius rex ytalie ⁊ ſucceſſores franci reges per annos circiter cẽtuꝫ ſumma cum iuſticia ⁊ humanitate ſicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarũt ducibus illi adminiſtrande qui comites appellarentur prefectis. Hec plane ciuitas tot⁹ liguſtici ſin⁹ emporiũ eſt

Que a q̃dringentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementuꝫ. Unde et ingentes nacta vires ⁊ portu edibuſqꝫ ſuperbiſſimis ac reliquis in omni genere ornamentis nunc vſqꝫ preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes ſuperat. Queqꝫ et naualis belli peritia adeo excelluit: vt ãnos multos maris imperio potiretur ⁊ piratarum abſtulerit latrocinia. Poſt karolum vero magnum et filios plurimam ciuium ſuſtinuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos dominos ſibi ſubinducere aliquando neceſſe habuit que ciuilib⁹ agitata diſcordijs memoria noſtra imperiũ maris amiſit eius enim creberrimas mutationes ⁊ oriens ſimul et occidens admiratur que ſic auxilio et conſilio deſtituta imperium eius longe lateqꝫ diffuſſum pene exhauſtum eſt. Peraꝫ enim vrbem Conſtantinopoli oppoſitam. mitilenam inſulam. Famaguſtam vrbem totius Ciprie inſule columen: Chium inſulam: aliaſqꝫ grecanicaſqꝫ vrbes plurimas a thurcis: alijſqꝫ gentib⁹ ablatas deperdidit vl' tributarias fecit. Capha etiam eius coloniã in thaurico Cheroneſo non procul a boſphoro cymerico amiſit. Ornat autem hec ciuitas Genua maxime cineribus p̃curſoris domini. Et cathino quodam Smaragdino impreciabili quem tradunt illum fuiſſe in q̃ dominus ieſus xp̄us agnum paſchalem in cena domini cum apoſtolis ſuis comedit.



## Tales



Tales philoſophus Aſianus e ſeptem grecie ſapientibus primus his tēporibus athenis claruit. Hic ſapiens appellatus eſt: ſcd̄m quem ⁊ ſeptē ſapientes vocati ſunt. fuit autem conſcriptus ciuis mileti: ideo thales mileſius appellatus eſt. Scripſit autē de conuerſione ⁊ equinoctio: ⁊ primus inter philoſophos dicitur de Aſtrologia tractaſſe. nec non ⁊ ſolares eclipſes ⁊ verſiones predixit ab egiptiꝭ geometriā didicit. In politicis vero optime eſt conſilitus. Aiunt eñ coniuge eum caruiſſe: et interrogatus cur non duceret dixit. ob filiorum amorem: hic principium omnium aquā poſuit. mundūqꝫ aīatum dixit ⁊ demonibus plenum. Tempora quoqꝫ anni fertur inueniſſe. ⁊ in. ccc lxv. dies diuiſiſſe. Scripſit autē de Aſtronomia multa que in ducentis carminibus cōprehendit. Tabulam auream ſiue mēſam a piſcatorib⁹ caſu inuentam altercatio ſuborta cuius eſſet appollinem delphicum adierūt vt indicaret cui danda eſſet. Appollo reſpondit illi eſſe dandam: qui ſapiētia ceteros ꝑemineret: his auditis taleti ph̄o data eſt. Ille eam dedit bianti. Bias pitacho. Ad vltimum ad ſolonem ꝑuenit. qui et titulum ampliſſime prudentie ⁊ etiam premiū ipſam ſcꝫ mēſam auream ad appollinē tranſtulit: hic tales pauꝑ erat: vacans philoſophie ſtudiꝭ: acquiſitioni pecunie intendere non valebat. Item fructuū ⁊ olei vbertatē per Aſtronomiam futuri anni nouit. Ferturqꝫ de ipſo ꝙ dum nocte quadam duceretur extra domum a vetula vt aſtra conſideraret. incidit in foueam: eoqꝫ lugente: dixit vetula: tu quidē o tales que ante pedes ſunt videre nequis; quō que in celis ſunt poſſes cognoſcere? obijt aūt anno etatis ſue. lxxviij.

## Solon



Solon philoſophus Athenīēſis ſcd̄us de ſeptem ſapientib⁹ athenis floruit. Athenīēſibus leges optimas condidit: quas poſtmodum Romani ab eiſdem acceperunt. multaqꝫ beneficia eis cōtulit: ⁊ multo tp̄e eos ſua prudentia a ſeruitute ⁊ tyrānide liberauit. ⁊ tandē fortuna mutata profugus in egiptum ſe tranſtulit: hic dum ſenex eſſet piſiſtrato tyrāno athenas occupare volenti: toto conatu reſtitit multis ex ciuibus conſentientib⁹ piſiſtrato. Interrogatus autem qua ſpe fretus vt tam audacter reſiſteret: ait ſenectute. Hic etiam ſolon dixit: boni ⁊ virtuoſi viri apud tyrannos equiparant calculis rationum quorū vnuſquiſqꝫ plura qn̄qꝫ pauciora ſignat. Ac ſic in ꝯſpectu tyranni qn̄qꝫ magni dicunt ⁊ clari; qn̄qꝫ autē ⁊ honore carentes. Interrogat⁹ etiā a creſo rege lidorū quis ei felix eſſe videret ait Tribalanus athenīēſis ⁊ cleobis ⁊ bico ignoti ⁊ homines quorum fama latet. Creſus aūt rex ornans ſe omni ore regiſqꝫ faſtu ſedens in ſolio interrogauit eū ſiquid miri melioris vidiſſet reſpondit. Gallos phaſianos ⁊ pauones natur ali enim colore ⁊ flore decorati ſunt ⁊ milleſies meliori. Huic ſoloni mortuum filium lugenti: non eſſe flendum ait quidam eo ꝙ flere nihil prodeſſet. Cui ſolon eo magis ploro: quo damnū meum irremediabile videā. Interrogatus an vellet ꝙ ſui de morte eius lugerēt ait. ad hoc multis conatib⁹ laboraui: vt in morte mea dolore et lamentis non caream amicorum. Ait etiam nemo dicere debere: ſe ceteris quibuſcūqꝫ intollerabiliores amaritudines ſuſtinere. Inter ceteras autē leges eius ait. Siquis parentes indigentes non alat inglorioſus eſt. Filij eorum qui pro republica obiere publice nutriantur ⁊ doceantur. Itē ſtatuit tutorem cum orphanorū matre non habitare: nec tutoris officium exercere: in quē orphanorum defunctorum ſubſtantia ꝑueniet: nec ſculptori anuli licere tenere ſignū anuli venditi: ⁊ ſi vnū oculum habentē quis illo priuauerit. Viceuerſa ipſe geminis careat: ⁊ ꝙ princeps ſi ebrioſus fuerit damnet nece. Reſpōſa ſolonis ad quedā queſita ſunt hec. Quid eſt verbum: ymago operum. quo firmat verbū ſilentio. Quo firmat ſilentiū tp̄e. Quid eſt rex fortis poteſtas. Quid eſt lex: aranee tela q̄ ſi in eam ceciderit quid debile retinet; graue aūt ꝑtranſit tela reſciſſa. Mortu⁹ in cipro octogenarius tp̄e Sedechie regis.

## Chilon



Chilon ph̄us Lacedemonius athenis claruit terci⁹ de ſeptem ſapientibus grecie qui ob eius ꝓfundiſſimam ſapientiam breuiloqu⁹ dictus eſt. Hic iūgēde cauſa ſocietatis miſſus fuit corinthū: vbi duces ⁊ ſeniores pop̄li ludētes inuenit in alea ꝓpter quod infecto negocio reuerſus eſt: dicēs ſe nolle gloriam ſpartanorū quorū virtus conſtructo biſantio clareſcebat; hac maculari infamia vt diceret cū aleatorib⁹ cōtraxiſſe ſocietatē. Interrogat⁹ qd̄ eſt fortuna. Reſpondit ignarus medicus: multos eñ excecat. Docebat aūt Chilon dominari lingue: ⁊ preſertim in cōuiuijs. nō eſſe maledicēdū proximis. alioquin audire oportet ea quibus quis triſtabit. Itē non eſſe minandū cuiqꝫ: quoniā hoc eſt muliebre. Citius ad calamitatem amicorum q̄ꝫ ad proſperitatem ire. Humiles nuptias facere. non eſſe maledicendum mortuo. Seniū honorare. Cauere ſibiip̄i. Dānum malle q̄ꝫ prauum lucrū. Illud enim ſemel contriſtabit hoc vſquequaqꝫ. Nō irridere infelicem dominatorem ⁊ fortem manſuetum eſſe decet. vt eū ſubditi magis reuereantur q̄ꝫ timeant. Ire dominari. non cupere impoſſibilia. Et claruit tēpore Sedechie regis. vixit autem quinquagintaſex annis.

Pitacus



Pitacus Aſianus mitilenus illuſtris phus quart⁹ de. vij. ſapiētibus grecie. nō doctrina ſolū ſed etiā in re militari ſtrenuus cū bellū inter athenienſes ⁊ Mitilenos inſtaret. qꝛ ipe mitileſiū exercitus ductor erat. pugnare ſtatuit cum firmone Atheneſiū duce in ſingulari certamie ⁊ rhete habēs ſub ſcuto furtim circūuoluit firmonē: ⁊ occidēs eum ſaluauit terram. Mitileſes autē ei principatum obtulerunt quē ipe decēnio tenuit ⁊ ad optimum ordinem ciuitate reducta: depoſuit principatū ac decē annis alijs ſupuixit. ⁊ cum pdiues eſſe potuiſſet: ſpreuit diuitias. Hic pitacus vidēs multum vinū in inſula mitilen creſcere: volēs ebrietati hominuꝫ pcauere lege publica ſtatuit: vt peccās ebrius dupliciter puniret. dicebat autē vinū malum et bonum eſſe: malum quidē ex crapula: bonū ex natura. Interrogat⁹ quid optimū. ait qd preſens bn̄facere: qd fidele: terra: quid infidele: mare. Uixit aūt annis. lxx. Et claruit tpe Joachim regis iude.

Bias



Bias Aſian⁹ pmenſis phus quit⁹ de. vij. ſapiētibus grecie. Hic cū inter primēſes et meſſaneſes inſtaret bellū ⁊ primēſiū milites virgines multas meſſanēſiū captiuas duxiſſent cōfeſtim bias his viſis indoluit: ⁊ puellas captiuas liberās: tanq̄ ꝓprias filias cuſtodiuit induēs eas veſtib⁹ nouis et ſinglis dotes tribuēs: ſb fida cuſtodia remiſit ad pentes: inimicis exhibēs pietatē. Alio q̄z tpe dum Aliat⁹ princeps primēſiū ciuitatē obſideret ſperās primēſes fame deficere: bias tali arte defectū intraneū ⁊ victualium palliauit: duas enī mulas ſero impiguatas de ciuitate dimiſit vt quaſi fortuitu ab hoſtib⁹ caperēt. quas cum aliat⁹ cerneret putauit illos victualibus copioſis abundare. Miſitq̄ ad biantē vt egrederētur ad eum de concordia tractaturus. Reſpondit bias ſi exirem forſitan primeſi: cepas ederent: Unde tu magis intromitte legatum. timuit enim ne ab hoſtibus captus: flere faceret primēſes. Cumq̄ legati aliati ingrederentur vrbem: Bias aceruum arene ſpargens ⁊ diffundens deſup triticum oſtēdit legato. quod audiens aliatus: reconciliatōne facta receſſit: ⁊ ſic fuit ciuitas ꝑ biantis prudentiam liberata. Alio vero tempore (vt valerius narrat) cum terras eius fortuna mutata hoſtes inuaderent: ⁊ qui euadere hoſtes potuerunt precioſarum rerum ſuarum pondere onuſti fugerent nihil ipſe de his deferēs fugit. Interrogatus autē cur nihil de bonis ſuis ſecum ferret ait: omnia bona mea mecū porto. pectore enim illa geſtabat non viſenda oculis: ſed animo extimanda: que domicilio mentis incluſa erant. Interrogatus quid ſit in hac vita optimum: ait Mens ſibi bene rectitudinis conſcia. Interrogatuſq̄ quid ſit dulce homini ait. proprium. Claruit tempore Sedechie regis et ſcripſit vtilia multa. Eo mortuo primēſes ei templum dicarunt.

Cleobolus



Cleobolus phus Lindius ſextus de. vij. ſapiētibus grecie claruit tempore Zedechie regis iude. Cuius filia Cleobula inuentrix enigmatum fuit Huius enigma fuit: vnus pater: filij duodecim horum cuilibet nati ſunt triginta difformes: nam quidam horum albi viſu: quidam vero nigri: inmortales autē cum ſint corrumpuntur omnes ⁊ deficiunt. Eſt autē annus duodecim menſium pater ⁊c. Celebres ſentētie eius ſunt hec. Amico benefac vt amicicior fiat. Inimicum vero amicum facere ſtude. Magis enim amicorum inuidiam q̄ inimicorum inſidias cauere debemus. Illud enim apertum eſt. hoc autē celatius malum: nocendiq̄ fraus que non ſperatur potentior eſt. Quanto plus licet tanto minus libeat: vxorem ex paribus ducere. nam ſi ex maioribus duxeris dominos habebis cognatos: non irrideas exprobratos nam fies odioſus his. Proſperatus ne ſuperbias. ⁊ depauperatus ne deijciatis. Mutatiōes fortune viriliter ſcito ferre. Scripſit autē de enigmatibus queſtiones trium milium carminū Obijt vero completis annis vite ſue. lxx.

Periander



Periander Corinthius phus e ſeptem ſapientibus phis ſeptimus hac tēpeſtate floruit: ſcripſit dogmata vtilia in duobus milibus verſuum. Sētentie eius hee ſunt celebriores. volentes ſecure tyrannos fieri. oportet beniuolentia fulciri non armis. amicis felicibus ⁊ infelicibus idē ſis. Quodcūq̄ promittis obſerua. Claruit autem periander tempore Sedechie regis iude. Mortuus eſt ferme octogenarius.

### Anatharſis



Anatharſis phus ſcita genere. Hic licet magnus ⁊ audax in rebus bellicis
ſtrennu⁹ eſſet: vt in doctrina grecoꝝ moribuſqꝫ ꝓficeret iuit athenas. ⁊ ad
Solonis ſapientiſſimi domū profectus: nūciari ſoloni fecit ꝙ veniſſet ad
eum Anatharſis ſcita cupiens eum videre ⁊ eius amicus fieri ſi effici poſſit. So-
lonis aūt reſponſum fuit: ꝙ in ꝓprijs patrijs conciliantur amici. Cui mandauit
Anatharſis dicens: nunc ipe in patria ſum: ideoqꝫ licet mihi amicos conciliare.
Solon vero in eius promptitudine ſtupens introduxit eum: et amicū maximum
ſibi fecit et grandis philozophus eſt effectus per Solonem. Huius ſententie
hee ſunt. Interrogatus quo quis fieri poſſet nō amator vini: ait. ſi pre oculis ha
beat inebriantium ſe turpitudines: nūqꝫ erit amator vini. Dicebat etiam nauigā-
tes diſtare a morte ad ſpiſſitudinem quattuor digitorum tantū: quia ſciebat ſpiſ
ſitudinem tantam eſſe nauis. Interrogatus que nauium ſint tutiores: ait que in
terra quiete iacent. Interrogatus quid eſt in homibus bonum et malum: ait lin-
gua. Interrogatus quid eſt curia: ait determiatus locus ad decipiendū ⁊ ſuperā-
dum ſeinuicem. Ait etiā turpe quid ſuſurus te ſine teſte time. Ait etiam meli⁹ eſt
vnum amicum habere multis dignum: qꝫ multos nullius dignos. Poſt hec abi-
ens in Scythiam iura moreſqꝫ athenienſium in ſcitas introducere conabatur vo
lens patrie profectū afferre: ob quā cauſaꝫ inuidus frater eius invenatione ſagit-
tam in eū fixit: letale vulnus phō infligens: qui moriēs ait. Per ſapiētiam in gre
cia ſaluat⁹ ſum: ſed propter inuidiā in patria pereo.

### Empimenides



Empimenides phus cretenſis: hic dū iuuēculus eſſet miſſus a patre ad cu
ſtodiam ouium: declinans in quoddam antrum obdormiuit annis. lxxv
ſurgens autem poſtea querebat oues putans ſe parum obdormiſſe: dū
autem non inueniret: iuit ad agrum et tranſmutata omnia videns: et penes aliū
poſſeſſorem. iuit ad caſtrum heſitans: illic autem propriam domum intrās occur
rit ſciſcitantibus indicans quiſnam eſſet: donec minorem fratrem inueniens iam
ſenem factum: totamqꝫ ab eo didicit rei geſte veritatem: notus autem a grecis deo
amatiſſimus eſſe ſuſceptus eſt honorifice. Athenieſibus aūt peſte detentis ymo-
lando peſtem fugauit: dixit etiam. pecunia auaro ſuppliciū eſt liberali dec⁹: par-
ricidium proditori. Vixit autem annis. 177. et ſcripſit de geniſi et ortu diuino li-
bros in quinqꝫ milibus verſuum: necnon de diuerſis naturis rerū libros. ix. mi
lium ac quingentorum carminum: fundauit autem apud athenas templum vene
randorum deorum. Et ſolonis ſapientiſſimi tpe claruit.

### Simonides



Simonides poeta per mare nauigans ad littus applicuit: ⁊ ibi mortuum
corpus humanum inhumatum reperiens ſepeliuit: et cum ipm ſepeliret
ab eo admonitus eſt ne die proxima nauigaret. qui acquieſcens monitis
interim remanſit ipſa autem die procellis ⁊ fluctibus alij qui nauigarunt obruti
ſunt. Huius hee feruntur fuiſſe ſententie. Tutius eſt tacere qꝫ loqui: neminē cū
tacendo: multos autem loquendo circumuentos agnouimus. Remedium malo-
rum futura ſpes eſt: innocentem non debilitat conſciētia in aduerſis. Solatiū eñ
eſt homini non meruiſſe quod patit. Fortuna deſerit innocentē ſepe: bona ſpes
nunqꝫ. Hic octogeſimum annum habens compoſuit ⁊ docuit carmina ⁊ gloria-
batur ſe in eorum certamina deſcendiſſe etate ꝑdicta. Claruit autem Simonides
tempore manaſſes regis iude.

### Tobias



Tobias iudeus propheta ſanctiſſimus ex tribu ⁊ ciuitate neptalim oriun
dus: mitiſſimi ingenij ⁊ omnis gratie ſpiritualis preſtans. Qui a ſalma-
naſar Aſſyriorum rege in captiuitatem ductus hoc tempore pietate ⁊ reli
gione inſignis habitus eſt. Hic cum apud niniuen conſtitutus preceptorum pa-
trum ſuorum non immemor: egros viſitaret ⁊ indigentibus elemoſinas prebe-
ret: deſperatos conſolaretur. Cecitatis plaga tentatus eſt: pro qua etiam omnem
eius deperdidit ſubſtantiam ac omnium pauperrimus euaſit. Cuius patientiam
cum dominus cognouiſſet ſtatim Raphaelem angelum ad eum miſit. Qui eidē
viſum reſtituit ſubſtantiamqꝫ omnem in decuplum multiplicauit. Et cum duos ⁊
centum vixiſſet annos: predicens interitum niniue ⁊ inſtaurationem hieruſalē ac
templi domini ſpiritum domino reddidit. Et ꝑ filium tobiam et nepotes in nini
uen ſepelitur.

HIc Amon(Anno mõdi.4551.)fecit malum coram domino ⁊ percuſſus eſt a ſeruis ſuis obijtqꝫ in domo ſua propria peremptus eumqꝫ cuꝫ patre ſuo ſepelierunt.

IOſias rex iude(Anno mõdi.4558)accepit regnum cum octo eſſet annorum optime regens. Ydolatras perſequens. Sacerdotes ad inſtaurandum templum inducens. populum ad obſeruationem legis ⁊ dei timorem reducens. Ad azimorum feſtiuitatem que paſcha dicitur eos adduxit et phaſe ſolenniter celebrari faciens. Hic demum quia ꝓrexit ad pugnandum cõtra regem egipti contra voluntatem domini vulneratus grauiter in hieruſaleꝫ ductus migrauit ad dominum ſuper cuius morte Hiere. lamentationes fecit. Cum in omnibus rebus ita glorioſus extitit: vt cum eo iudeorum gloria fere orta ſimul et extincta fuerit. Iſte ioſias adhuc in puericia queſiuit dominum. Perſeurauitqꝫ vſqꝫ in finem adeo religioſe conuerſatus eſt in lege domini ꝙ dicitur non habuiſſe ſimilem in regibus iude.

IOathas(anno mõdi.4589.)malum fecit coram domino: ideo tradidit eum dominus in manus Pharaonis nechao regis qui eum captiuum duxit in egiptum. Et eius ſeniori fratri et eodem patre progenito nõie Eliachim tradidit regnum mutans ei nomen Joachim.

Zaleucus



ZAleucus vir iuſtiſſimus leges cõdidit. et inter cetera decreuit. vt qui adulterij crimẽ cõmitteret: vtroqꝫ oculo priuaretur. quod cuꝫ filius eius cõmiſiſſet: iuſſit ipm excecari. Uerum tota ciuitas aliq̃diu ei reluctabatur tandem victus inſtantia populi. ne lex a ſe condita violaretur: ſuo prius: deinde filij oculo eruto vtriſqꝫ vſum videndi reliquit. Sicqꝫ mirabili equitatis temꝑamento: ſe inter miſericordem patrem et iuſtum legiſlatoreꝫ partitus eſt. Diſce o xp̃iane quãta diligẽtia debeas ſancta dei tui precepta cuſtodire: ſi ſic maluit paganus puniri ꝓ iuſta lege ſua q̃ eam inultam relinquere.

IEconias cognomẽto Eliachĩ etiã fuit fili⁹ Joſie ⁊ cõſtitut⁹ ẽ rex a pharaone vt daret mulctã cẽtũ talẽta argẽti. Et q: fecit malũ corã dño aſcẽdit contra eum Nabuchodonoſor et factus eſt ei ſeruus annis tribus. Poſtea cum rebellaret iterum contra eum aſcendit interfecitqꝫ eum in hieruſalem et proijci fecit corpus eius extra murum.

IOachim cognomẽto Jeconias fuit fili⁹ ieconie: fecitqꝫ malũ corã dño: idõ ſtatim eſt amot⁹ ne regnaret ⁊ vinct⁹ eſt trãſlat⁹ in babilonẽ. Mãſit aũt ioachĩ iſte in carcere apd chaldeos.37.annis ⁊ fili⁹ eũ a vincul' poſt mortẽ pr̃is Nabuchodonoſor ſoluit.

SEdechias anno mõdi.4600.fuit tercius filius Joſiẽ et vltimus regum Juda et hieruſalem et malus. non audiuit hieremiam ꝓphetã ideo perijt et omnis iuda cum eo ductus in babilonẽ. Erutiqꝫ ſunt oculi ei⁹ et occiſi filij eius hec quippe hieremias et ezechiel ꝓphetauerant ꝙ vinct⁹ duceretur ad babilonicum regem. Capto igit̃ rege vniuerſuꝫ populum caldei trucidauerũt. Et qui gladium euaſerant ad ſeruiendum caldeis abducti ſunt.



TAles mileſius vn⁹ de vij. ſapiẽtib⁹ clarus habetur: q̃ poſt theologos et poetas ſophi dicti ſunt id eſt ſapiẽtes: iſte tales p̃mus potuit predicere defectũ ſolis ⁊ lune vt dicit Auguſtin⁹. de his folia precedentia geſta ac dicta coruꝫ manifeſtant.

Tales
Solon
Chilon — ſeptem
Periander — ſapiẽtes
Cleobolus
Bias
Pitacus

Nomina ſeptenum ſapientum grecia cantat.
Partibus ac notos diuerſis orbis honorat.

Linea Chriſti

Amon



Joſias



Joachas



Jeconias



Joachim



Sedechias



# Maſſilia



BIBLIOTECA NACIONAL BIBLIOTECA AMERICANA "JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Maſſilia tranſalpine gallie ciuitas primo anno regni Sedechie a Phocenſibus aduentu ꝓfugis cōdita fuit. Temporibus enim Tarquini regis ex aſia phocenſiū iuuentꝰ hoſtio tyberis inuecta amiciciam cum romanis iunxit. Inde in vltimos gallie ſinus nauibus ꝓfecta: Maſſiliam inter ligures ⁊ feras gentes gallorum cōdiderūt: magnaſqꝫ res (ſiue dum armis ſe aduerſus gallicā feritatē tuent: ſiue dum vltro laceſſunt a quibꝰ fuerant ante laceſſiti) geſſerunt. Naqꝫ phocenſes ex ignauitate ac macie terre coacti ſtudioſius mare ꝙ terras exercuerunt: piſcando. mercādo. plerunqꝫ etiam latrocinio maris (que illis temporibꝰ gloria habebat) vitam tollerabāt. Itaqꝫ in vltima oceani ora ꝓcedere auſi: in ſinū gallicū hoſtio Rhodani amnis deuenere. Cuiꝰ loci amenitate capti reuerſi domū referentes ꝗ viderāt. plures ſolicitauere duces claſſis Furius et Peranus fuere. Condita igitur Maſſilia eſt ꝓpe hoſtia rhodani amnis in remoto ſinu veluti in angulo maris: hec olim clariſſima ciuitas in loco petroſo ſita: magnitudinis eximio extitit. Huic portꝰ ſubiacet pulcherrimꝰ qui arcē pugnatiſſimā loco edito habet: in qua quidē olim appolinis delphici pulcherrimū templū ſtructū erat. Sed ligures incrementis vrbis inuidētes eos aſſidue bellis fatigabant Qui pericula ꝓpulſando intantū enituerūt: vt victis hoſtibꝰ multas colonias cōſtituerūt. Ab his igit̄ galli et vſum vite cultioris: depoſita ⁊ māſuefacta barbaria: et agroꝝ cultꝰ ⁊ vrbes menibꝰ cingere didicerūt. Tūc et legibꝰ nō armis viuere. tūc ⁊ vitē putare: tūc oliuā ſerere cōſueuerūt. Adeoqꝫ rebꝰ ⁊ hominibꝰ impoſitꝰ eſt nitor: vt nō grecia in galliā emigraſſe: ſed gallia in greciā videret̄. Ad quā plane vrbē complurimi ex nobilioribus romanis ꝓ acquirēdis doctrinis tranſmittebant̄: nam eoꝝ victus frugalis ⁊ modeſtus ſemꝑ fuerat. Cūqꝫ varios ſortita fuiſſet vel dños vel tyrānos: pro vt ſe tꝑa offerebāt. nūqꝫ tamē aut legē aut ab alienigenis ſuſpēdia pertulit. preterqꝫ a cathelanis. Huic Lazarus quē dñs a mortuis ſuſcitauit primꝰ ab apoſtolis deſtinatꝰ fuit epiſcopus. Cuiꝰ quidē reliquie nūcuſqꝫ magno in honore apud eam habite ſunt. Fertur quoqꝫ et beate Marie magdalene ipſius lazari ſororis corpus ibidem quieſcere. Apud hanc clariſſimi floruere viri. Saluianus ⁊ Muſeꝰ preſbiteri in diuinis nō mediocriter inſtructi atqꝫ. Gennadius ſimiliter preſbiter greca latinaqꝫ lingua eruditiſſimus. qui de viris illuſtribus more diui hieronimi librū edidit: ⁊ coruinus orator: victorinus rhetor et alij complurimi.

Pherecides ph̃us



PHerecides Syrus natione: philoſophus egregi⁹ pittaci philoſophi auditor tempeſtate iſta ingenio ſingulari preditus agnoſcitur. Qui prim⁹ apõ grecos de natura ⁊ de diis ſcripſit. primuſq₃ teſte Cicerõe libro. i. tuſculanorum queſtionum animos ſempiternos eſſe affirmauit. Qui et teſte Laercio multa predixit que mirabilia videbãtur. Hic etiã Plinio teſte libro. 12. Proſam orationem primus condidit: fuitq₃ preterea Pythagore philoſophi preceptor. Et Taleti philoſopho lr̃as plurimas ſcripſit. Et ab eodẽ mltas ſuſcepit.

Pytagoras ph̃us



PYtagoras preclariſſimus philoſophus natõne ſami⁹. Et ip̃e tẽpeſtate hac toto orbe terrarum clariſſimus fuit. Hic a primeuo eximie pulchritudinis ac venuſtiſſime forme inſignis fuit. Qui cum muſice plurimũ doctus fuiſſet cui⁹ principia apud grecos primus ad artem p̱duxit. Et geometriam omnẽ p̱fecit: atq₃ pondera et menſuras inueniens etiã grecis primũ contulit. In primis namq₃ circa Arithmeticam vocauit: et medicinam non neglexit. Animas vero hominu de corp̱e in corpus tranſire opinatus eſt. Licet autem etas illa nullum ſibi peperiſſet equalẽ ſe tamen ſapientez appellari erubuit: ſed ſe ph̃m id eſt amatorẽ ſapientie dixit. Italis legem dedit: cu apud Corthonam ethrurie vrbem ex grecia venit. Eius inſtitutũ fuit ne ſcolas eius intrans de philoſophicis ante quiquennium diſputaret. Eius libri ab Athenienſibus feruntur concremati. Varie eius feruntur ſententie per Laercium: vnaz hic apponim⁹. Fugienda inquit modis omnibus et abſcindenda ſunt hec omnia ſcilicet languor a corp̱e. imperitia ab aĩa luxuria a ventre. a ciuitate ſeditio. a domo diſcordia. et a cũctis reb⁹ intẽperãtia.

Sapho poetiſſa



SApho Crexea diuini ingenij poetrix per hec tempa claruit et plectrum prima inuenit. Hec viro ditiſſimo nupſit. Ex quo dydan filium ſuſcepit habuitq₃ diſcipulas Anagoram Mileſiam Congillam Colophoniam ⁊c. quas etiaz lyricos quoſdam docuit verſus. Scripſit autẽ hec modulos lyricos Epygrãmata: elegiam. iambos ⁊ monades: fuit quoq₃ vates nobiliſſima.

EZechiel propheta et ſacerdos domini vir ſanctus. Qui cuz rege Ioachim captiuus adductus fuerat in babilonem. p̱phetauit futuras populi iudeorum calamitates. Et hec ex babilonia in hieruſalem ad Sedechiam regem miſit Cui tamen rex idem non credidit. Triceſimo deinde etatis anno: et captiuitatis ſue quinto librum p̱phetie componere cepit: hunc reliquie iudeorũ Dan ⁊ Gad quibus predixerat eos in hieruſalem non regreſſuros apud babiloniam interfectus eſt. Et in ſepulchro Sem filij noe ſepultus.

Ezechiel p̱pheta



DAniel deſideriorum vir et p̱pheta celeberrimus ex regum iudeorum familia natus. A nabuchodonoſor chaldeorum rege in babilonẽ cuz Ioachim rege captiuus ductus: ⁊ ab eodem enutritus anno nono Sedechie regis hieruſalem poſtq₃ paruulus inſontem Suſannam a morte liberaſſet: diuino ſpiritu illuſtratus: primam regi caldeorum viſionẽ ſoluit. Ideo curatorem regni conſtituit: quo mortuo filio eius balthaſar cũ litteras in pariete expoſuiſſet terminũ ei⁹ pronunciauit. Deſtructo autem babiloniorũ rege a dario Aſtyagis filio in Mediam p̱ductus. Inuidia autem preualente in lacum leonum miſſus: deinde ſaluus in precelſiore honore habitus. Scripſit autem librum p̱phetie in decem viſiones diuiſuz quas ſe vidiſſe refert. Tres ſub Nabuchodonoſor. Treſq₃ ſb balthaſar eius filio. Septimam ⁊ octauam ſub dario: et duas vltimas ſub Cyro tãdem in Ebathenis Medie ciuitate ſepultus.

Daniel p̱pheta



Bononia vrbs vetuſta Romanoꝝ Colonia primum ab etruſcis felſina deinde a bois gallorum populis gentili ſermone bononia nuncupata. Etruſcorum enim prius vltra appēninum primaria et poſtea boioꝝ caput fuit. deinde Bononia dicta. Eam liuius dicit Coloniam a romanis deductam: agrūqꝫ cuꝫ fuiſſe captum de bois gallis: qui ager prius fuerat etruſcorum. Expulſis etruſcis romani triū milium virorum in eam deduxere. quorum auxilio aucta et amplificata fuit ita vt per tempora Auguſti et aliquot imperatorum trium opulentiſſimarum ciuitatum ytalie ſupero mari adiacentium vna fuit. Suetonius auteꝫ dicit octauianum bononienſibus ꝙ in antboniorum cliētela antiquitus fuerant gratiam feciſſe coniurādi cum tota ytalia pro partibus ſuis. Ideoqꝫ neronem imperatorem oraſſe latine pro bononiēſibus ſcribit ad conſulem et ad ſenatū. Ad annū ſalutis quadrageſimum ſupra octingenteſimuꝫ Sergij pontificis romani os porci prius appellati temporibus quum lotharius tunc imperator ludouicum filium romam cuꝫ copijs mitteret bononienſes illum multis incōmodis damniſqꝫ affecerunt. Quam ob rem ille cōuerſo qui iaꝫ preterierat exercitu vltionis moduꝫ exceſſit. Ac poſt agri vaſtationem factamqꝫ in inſontibus ꝑ vicos villaſqꝫ repertis cedem. obſeſſam vrbem captamqꝫ reddidit immunitam. Deinde anno domini. M.cc.lxxi. tam potens fuit vt liberam mari adriatico aduerſus venetos nauigationeꝫ prohiberet tribuſqꝫ annis bello contenderit. ꝗ ſedato inter bononienſes orta diſſenſio. que ciuitatem plurimum attriuit. vt ad manus romane eccleſie deuenire opus fuit. Et per magiſtratum eccleſie romane circundataꝫ muro que nūc habet ac diu poſtea opibus amplificataꝫ cōſtat Poſtea bononia craſſa et pinguis (cum frumentum vina et alia queqꝫ ad victum neceſſaria habundanter producat) dicta eſt. Excellentiſſimuꝫ omnium diſciplinarum gymnaſium a temporibus theodoſij vſqꝫ ad noſtra tempora ſumma cū gloria in ea et ꝑmāſit ac floruit. Eſt enim mater muſarum appellata. ꝙ ibi canonum ciuilium liberalium artium ſacrarumqꝫ litteraꝝ diſcipline tradanť. Ex ea viri ſanctitate doctrinaqꝫ coplurimi emerſere. Sed q̄ꝫ maxīe preſtitit diuus petronius vrbis epiſcopus qui vitas patrum cōpoſuit. Genuit hec vrbs Guidonē archidiaconum. Iohannē andree. et iohannem calderinū celeberrimos iure conſultos ꝗ monumenta laude digna poſt ſe reliquerunt.

## Bononia



Reges Babilonie

Merodach



IſteMerodach fuit primus rex babilonie qui a Monarchia aſſyriorum recedens. non obediuit Aſſaradon ſimiliter nec rex medorū. Et ob hoc regnum Aſſyriorum defecit regeſq Babilonie ceperunt eſſe potentes. Iſte etiā miſit munera Ezechie.

Ludus ſcacorū reperitur ab Xerſe philiſopho pro correctōne Euilmerodach tyranni. qui ſapientes et magiſtros ſuos occidere conſueuerat: quo ſolatio retract⁹ fuit a tyrānide ad emēdatiōz.

Xerſes phus



Nabuchodonoſor iſte rex babilonie victoriſiſſimus fuit. eo φ eſſet virga furoris dñi: vt puniret pctā pploꝝ. obtinuit regnū aſſyrioꝝ qd deſtructū erat a Medis. Et fact⁹ eſt monarcha q̄ poſtea cū feris habitās ſeptē mēſib⁹. pce Danielis ī priſtinā nabuchodonoſor formā ſeptē ānis penitēs ē reſtitut⁹. Cui res geſte magni cognomē dedere. mlta cū finitimas bella cōfecit: et φ̄ maxie cū egiptijs. ad extremū iudeā deuicit. Et ſyriam duriſſimo ſibi ſbiugauit iugo. Joachim interfecit. ⁊ ſucceſſorē cū vaſis dñi ī babilonē trāſtulit. ⁊ Sedechiā patruū ſuū loco ſuo ſuffecit. Porro dū vixiſſet annis quadraginta defunctus eſt in babilone. relicto eius filio Nabuchodonoſor regni ſucceſſore.

Biſantiū vrbs tracie maritima a grecis ſic noīata. Lacedemonij cōdidere eā pmo. qb⁹ appollinē ꝯſulētib⁹ vbi nā ſedes q̄rerēt mādaſſe oraclm memorie: pditū eſt vt cōtra cecos habitationē locarēt. Cecos aūt megarēſes appellauit Calcedonis cōditores. Qui cū pri⁹ in traciā nauigaſſent: ſitūq; vbi poſtea bizantiū edificatū eſt ꝯſpexiſſent. Omiſſa tā locupleta ripa tenuiorē regionē ī aſia elegiſſent: vt Strabo refert. Ut aūt Juſtin⁹ ⁊ Euſebi⁹ ponunt hec ciuitas Anno añ aduētū xpi. 665. In grecia ex oppoſito calcedoneñ agri loco quidē optimo ⁊ mūnitiſſimo a pauſania ſpartanoꝝ rege pri⁹ ꝯditiōis ſue initiū habuit. Et cū pua admodū eēt: Poſtea a Cōſtātino magno imperatore q̄ eā adauxit ⁊ exornauit Conſtātinopolis dicta. de qua latiſſime circa ſua tpa deſcribent laude digna.

Biſantium



Nabuchodonoſor



Conſtituit Nabuchodonoſor regem hieruſalem patruum Joachim mathaniam: vt ſeruiret ei ſub tributo interpoſito religione iuriſiurãdi: et mutato nomine vocauit eum Sedechiam. Viceſimũprimum etatis annum agebat Sedechias cum regnare cepiſſet. Et .xi. annis regnauit in hieruſalem: fecitq; malum coram domino. Erat enĩ ſuperbus cogitans vt adhereret regi egiptiorum: nec iuſiurãdũ regi babilonie ſeruauit. Decipiebant eum pſeudoprophete dicentes: in proximo babilonios vincendos ab egiptijs. Hieremias vero ei ſuaſit vt ſpem in deo et non in hoĩe poneret. Cum aũt nono ſui regni anno ſubordinantibus egiptijs tributum caldeis promiſſum denegare: et in libertatem ſe vendicare tentauit. Et iuſiurandum tranſgreſſus. Quam obrem Nabuchodonoſor ira percitus cum ingenti exercitu ad eum venit et diu obſedit et tandem fame coactum eum ad deditionem compuliſſet. Et aperta eſt ciuitas circa mediam noctem: fugit autem Sedechias cum omni domo ſua nocte ad viam deſerti: perſecuti ſunt eum principes diluculo: et comprehenderunt. Et vinctum traxerunt eum ad regem Babilonie in reblata. Js dicens eum ingratum fuiſſe percepti ab eo imperij: et deieraſſe in deum. Oculos eius effodit et cathenis vinxit eum vt adducerent in babilonem. Et cum eo Joſedech: et eius vniuerſam familiam trucidari mandauit. innumeros quoq; ciuitatis hieroſolime traxit in ſeruos ad babiloniam: ac totam vrbem vna cum templo euerti et incendi precepit. Sed et aſſyriorum regnũ a medis deſtructum obtinuit: Ideo babiloniorum regnũ factuz eſt oĩm monarcha. Hic fuit exitus regni hebreorum et caldeorum regni principium. Caldea autem Aſie regio arabie cõterminia longe plana ſed fontiũ q̃ȝ maxime indigua. In qua Babilon maxima ciuitas regni caput erat. Medorum quoq; regnum defecit. Cum vltimo aſtyages octauus ⁊ vltimus rex medorũ .38. annis regnaſſet temporibus Sedechie.



# Hieroſolimorum excidium

Jeroſolima nobiliſſima ⁊ vetuſtiſſima ciuitas p varia tpa pluries vaſtata fuit. Primo a babiloniorum rege. Dum nabuchodonoſor caldeorum rex tpe Sedechie cũ ingenti exercitu in iudeam venit ibiq; magnis cladibus eiꝰ ciuitates affecit. Ac etiam ipſam hieroſolimam obſedit. Deinde pfectꝰ contra Pharaonem regem egipti quo fugato: Nabuzardon ſui exercitus principem ad obſidendaz hieroſolimam rurſus mittit. Ibiq; decẽ ⁊ octo menſibꝰ ſtatione firmata iudei ſe ⁊ vrbez caldeis ignominioſe tradiderunt. Qui rege interfecto muros ⁊ turres euerterũt. templa incenderũt. eiuſq; vaſa ſuſtulerũt. Et p .lxx annos templi ſolitudo pmanſit. A cyro rege perſarũ laxata eſt captiuitas. Extructum eſt templum ſub Dario rege pſarum ⁊ medorum. Scdo ab Aſobeo egiptiorum rege. Que enĩ paſſa eſt iudea a medis egiptijs macedonibuſq; non enumero. Tercio ab Anthiocho epiphane crudeliſſimo oĩm tyranno facta eſt euerſio. Hic hieroſolimam ciuitatẽ ſanctã menelao prodente vi cepit. et ſanctũ locum ſpoliauit miſitq; homines impios qui compellerent iudeos carnes porcinas comedere. et a patrijs legibus ſe transferri: et non templuz domini: ſed iouis olimpi cognominare ⁊ ydolum venerari. Quarto a pompeyo is iudeam vicit omne cuz hieroſolima: ⁊ tributarios fecit. Et vt ſtrabo habet. Pompeiꝰ eam cepit: obſeruato ieiunij die: duz ab omni opere iudei abſtinerent impleta foſſa ⁊ admotis ſcalis. iuſſitq; menia omnia conuelli. Poſt hos quinto Gabinius Scaurꝰ Varus vrbibus iudee ⁊ precipue hieroſolime inſultauere: ⁊ herodes magnus ⁊ ſoſius captam: oppidum ſeruauere. Sexto ad extremum funditus euertitur ãno ſcdo imperij veſpaſiani die octaua menſis ſeptembris: a Tito eius filio vrbs capta et templum ſubuerſum. Quã cũ cepiſſet cõplanatis menibus: foſſas etiã impleri iuſſit. Vrbẽ aũt illã quã viciſſevictores gentium romani tam clarum opus eſſe dixerunt: vt Titus: tunc exercitus: poſt imperij gubernator in ipſo ingreſſu menia vrbis admirans: tantam

victoriam non humane virtutis ſed diuine gratie fateretur. In ea vaſtatione fuit ea hominū ſtrages ea fa-
mes miſerorꝫ funeſta neceſſitas: Que ſi ex ordine noſcere cupis Joſephum lege. Non audita ſed viſa et cō-
munia ſibi cū ceteris referentē. Veniēs deuicꝫ Titꝰ romā cū patre ſuo Veſpaſiano triumphū celeberrimuꝫ
egit. Simonē qui vrbis excidij cauſa fuit in triūpho ꝑductū poſtea laqueo ꝑ totā ciuitatē traxerunt multis
confoſſuꝫ vulneribꝰ interfecerūt. Veſpaſianꝰ templū pacis edificauit vbi iudeorꝫ precioſiora inſtrumēta vi-
delicet tabulas legis penetraliū vela. ⁊ alia multa repoſuit. Ea aūt vrbs vſqꝫ ad adriani principis tp̄a la-
tronū ſicariorūqꝫ facta eſt receptaculū. Et ꝑ quīquagīta annos: deinde ciuitatis māſere reliquie. Quā po-
ſtea Adrianus imꝑator membꝰ ⁊ edificijs inſtaurās de ſuo noīe helyam appellauit: et diuꝰ Hieronimꝰ ad
paulinū ſcribit ab adriani tꝑibus vſqꝫ ad imꝑium Conſtātini ꝑ annos circiter. c lxxx. In loco reſurrectiōis
ſimulacrū iouis in crucis rupe ſtatua ex marmore veneris a gentilibꝰ poſita colebatꝛ. Eſtimātibꝰ ꝑſecutōis
auctoribꝰ ꝙ tollerēt nobis fidē reſurrectiōis ⁊ crucis: ſi loca ſancta ꝑ ydola polluiſſent. Maiores deīn no-
ſtri glorioſiſſimā ciuitatē diu poſſeſſaꝫ. tandē amiſerūt. Karolus em̄ magnꝰ multo ſudore primo vrbē illaꝫ
vendicauit deinde ꝑditam recuꝑauit Gothefridus. Ad quā retinendā etiaꝫ Conradus ceſar: Ludouicuſqꝫ
rex francorꝫ nō dubitarūt coactis exercitibꝰ in aſiam ꝓficiſci. At cū nr̄i principes poſtea deſidie ſeſe dederut
neqꝫ hieroſolima nec Antiochia in poteſtate nr̄a remāſere. Heu pudor: heu dolor fons ⁊ origo nr̄e ſalutis
defecit. Templū illud Salomonis fama clarū: in quo dominꝰ tociēs ꝓdicauit: Bethleē in qua natꝰ eſt. Cal-
uariam in qua crucifixꝰ Ipſius crucis poſſidēt inimici. Sepulcruꝫ dn̄i glorioſum in quo ꝓpter nos obdor-
miuit in dn̄o: ſaraceni in ꝑtāte habēt. Et niſi velint xp̄iani inuiſere nō poſſunt. En ipſam dei viuētis ciuita-
tem officinaſqꝫ nr̄e redēptiōis: quā deꝰ nr̄ miraclis illuſtrauit ⁊ ꝓprio ſanguīe dedicauit: In q̄ p̄me reſurre-
ctionis flores apparuerūt: Machometi ſatellites ꝯculcāt. Et ea vrbs nūc ſcelerate genti impio paret.



Linea pōtificū
Jheſus



Joachim



Aggeus propheta



Malachias propheta



Sibilla heleſpōtica



DAriꝰ Arſani pdicti regis filiꝰ vltimꝰ pſarum rex ⁊ ipſe primo anno regni Alexandri pſarū regnū accipiens regnauit ānis. 6. Hic cū potētiſſimꝰ eſſȝ: ne regie maieſtatis honoꝛ deeſſet: bellū cū Alexandro magno varia fortuna geſſit. Tandeȝ ab eo victꝰ ⁊ ſuperatꝰ: ⁊ a cognatis turpiter occiſus. vitā pariter cū pſaꝝ regꝭ finiuit.

MEliſſus phus ex Samo inſula originē ducēs. Parmenidis auditoꝛ: queȝ Ariſtoteles pſepe nomīat: magna virtutis ſue documenta edidit.

BRenus Senonēſiū galloꝝ dux. Monuchri angloꝝ regis filius. 13. aſſueri pſarū regis anno cū exercitu trecētoꝝ miliū Galloꝛuȝ relicto pꝛio ſolo ytaliam venit. Et expulſis veteribꝰ tuſcis: eoꝛūq̄ȝ vrbibꝰ occupatis multarū vrbiū (policrate ac iuſtino teſtibꝰ) fundamēta iecit. vt mox dicetur.

Hippocrates medic⁹



HIppocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis auctorum (licet quidam ſcribāt aſclepij) fili⁹: et pitagore diſcipul⁹: oīm medicorū pinceps: in inſula Choo genitus p hoc tps clariſſimus habitus eſt. Hic medicinā longo tempore pditam reuocauit in lucem. que quingētis annis poſt eſculapij mortē latuerat. Is voluptates omnes admodum deteſtabatur: diſcipulos ſuos vt diu⁹ Hieronimus ſcribit iuramento aſtrinxit vt ſilentium ſeruarēt: vt manſuetudinē in habitu moribuſqȝ oſtenderēt: fuit (vt ferunt) corpe paruus pulcher forma: grandi capitis. tardiqȝ motus multe cogitationis. tarde locutionis: ⁊ modici cibi. Vixit autē annis nonagintaquinqȝ. Cui⁹ hec fuit pulcherrima ſentētia. Qui vult liber eſſe: non cupiat quod habere non poteſt. Qui vult habere qd cupit: cupiat qd habere poteſt. Qui vult in hac vita pacifice viuere: ſimilis fiat illi qui ad conuiuium inuitatur. Qui de omī appoſito gratias agit; et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philoſoph⁹



ZEno philoſophus actienſis ex cypro greca ciuitate fenicibus frequenter accolis. Fuitqȝ napſei (ſiue vt alij dicunt demei) filius. Appolonius autem Tyrius dixit eum gracili corpe fuiſſe: ſtatu procero ⁊ atra cute. Unde illū Chryſippus palmitē egiptium vocabat. Crura habuit turgida ⁊ imbecilla atqȝ infirma: ob quod teſte pſeo multas cenas declinauit. Veſcebatur libēter ficub⁹ recētibus ⁊ ad ſolē paſſis: auditor fuit cratis. Stilponē etiam ⁊ xenocratē decennio audiuit: fuitqȝ vna cum Cytheo philoſopho ſtoyce ſecte auctor: quorū ſentētia fuit. Id ſummū bonum qd honeſtum eſt. Nihil deeſt ad recte viuendū ei in quo virtus eſt. Tanto in honore apud atheniēſes habitus eſt: vt apud eum claues vrbis deponerētur. Ornaruntqȝ ipm aurea corona ⁊ imagine erea: hocipm ⁊ ſui ciues fecere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas ei⁹ erat auditor: cui ⁊ aliquando epiſtolam ſcripſit. Hic adoleſcētulo cuidam inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt ſcilicet multa audiamus: ⁊ pauca loquamur. Nonageſimo etatis ſue anno deceſſit incolumis integer ac ſine morbo.

Socrates phus



SOcrates atheniēſis philoſoph⁹ clariſſim⁹ ex pago alopecēſi fili⁹ ſophroniſci marmorarij: ⁊ phanerete obſtetricis filius. Fuitqȝ vt quidam ferunt Anaxagore primum auditor: poſtea Archelai cui in ſcola ſucceſſit magiſterqȝ Platonis ⁊ pmus ethice inuentor his tempibus floruit: philoſophiam eīn vt Cicero ſcribit euocauit e celo ⁊ in vrbib⁹ collocauit: domoſqȝ introduxit. ⁊ coegit de vita ⁊ moribus rebuſqȝ bonis ⁊ malis qrere. Quā obrē vt ſcribit Solin⁹ non ſolum conſenſu hominum verūetiam appollinis oraculo fuit ſapiētiſſimus iudicatus. Fuitqȝ orator pmptus ⁊ acer: et pmus teſte fauorino cum Eſchino diſcipulo oratorie artis campos aguit. Qui ad acquirēdam ſapiētiam vſqȝ ad ſenectutē vltimas terre regiones pluſtrauit ⁊ licet ſapiētiſſimus eſſet: ſe tamē nihil ſcire reputauit. Unde ſepe illud dicebat vt hieronim⁹ ad paulinū ait. Hoc vnū ſcio qd neſcio. Fuit inſup ſocrates mirabilis caſtitate. iuſticia: alijſqȝ virtutibus: in cuius quidem ſigillo (vt dicitur) ſic ſcriptum erat. Amic⁹ hominis eſt ſapiētia eius Inimicus vero homis eſt ſtulticia eius: huius quippe multe fuere ſentētie. quarum hec pcioſiſſima cēſetur. Age ſic alienum vt tuum non obliuiſcaris negotium et qualis vis videri talis eſto: Demum accuſatus qȝ derideret quecumqȝ canes ⁊ hyrcos eſſe deos: quos atheniēſes colebant. Tandē veneni poculo defunct⁹ eſt Poſt mortē eius atheniēſes penitētia ducti: imaginem auream pro eius memoria in templo collocarunt.

Iſocrates orator grec⁹



ISocrates natione grecus orator clariſſim⁹: Gorgie auditor multorum phorum pceptor exim⁹: vt Macrobi⁹ atteſtat. Hic teſte quintiliano in diuerſo dicēdi genere nitid⁹ fuit ⁊ compt⁹: ⁊ paleſtre magis qȝ pugne accomodat⁹. oēs dicēdi veneres lectat⁹: inuētione facilis ⁊ honeſti ſtudioſus. Ac in cōpoſitione adeo diligēs vt cura ei⁹ reprehēdat. Hui⁹ oratiōes et opa extant ac aliqua traducta ſunt: que maxima voluptate legunt. Edidit quoqȝ libellū exhortatoriū in quo hec ponit ſentētia. Talis ſias parētib⁹: quales erga te natos fieri poptas. Serua magis verborum qȝ rerum depoſita. Vixit annis. 94.

Thucydides hyſtoricus



THucydides grecus hyſtoricus ⁊ quidē grauiſſim⁹ hoc etiam tpe teſte Euſebio agnoſcit. Et teſte quintiliano: eſt denſus ⁊ breuis ac ſemp ſibi inſtans: quem Thucydidem laurentius vallenſis poſtea et herodotum latine loqui docuit. quorum opera nūc in precio habentur.

Xenophon phus



Xenophon phus et dux exercitus Athenienſium inſignis Grylli athenienſis filius: homo verecundus ⁊ ſpecioſus vtraqȝ dici poſſit. moratuſqȝ probus et omnibus gratus. Fuit ſocratis diſcipulus ⁊ platonis emulus Quia xenophon inclito illi operi platonis quod de optimo ſtatu reipublice ciuitatiſqȝ adminiſtrande ſcripſerat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucē venerant ſe oppoſuit. et cōtra multa ſcripſit. Quo audito valde permotū fuiſſe platonem ferunt. Hic primus ex his que a ſocrate dicebātur notis excepit et in publicum edidit cōmentaria ſcribens. Et primus omnium phoꝝ ſcripſit hyſtoriam. Fuit etiaȝ dux ſtrenuꝰ. et qui ex vltimis babilonie finibus exercitū reduxit aſperis et difficilimis itineribus ꝑ infeſtiſſimas gentes ac barbaras incolumē in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

Archita tarentinus



Archita tarentinus fuit Mneſagore(ſiue vt Ariſtoxenus ait) Eſtei filꝰ philozophus pytagoricus his temporibus nobiliſſimus. et in omni virtutis genere maxime admirationi habitus. Hic platonem phm cum a Dyoniſio necandus eſſet per epiſtolaȝ eripuit. Multaqȝ compoſuit ex quibus hanc precipuā ſententiam habemus. Nulla peſtis capitalior eſt qȝ voluptas corporis. Cuius auide libidines temere et effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patrie proditiones. hinc rerumpublicarum euerſiones. Nullū deniqȝ ſcelus: nullum facinus eſt ad quod ſuſcipiendū non libido voluptatis impellat.

Plato phus



Plato philozophus nominatiſſimus ꝑ hoc tempus Euſebio referēte omnium phoꝝ clariſſimus fuit. Ariſtone patre: et matre perictonia ſiue(vt alij dicunt)petona. Athenis ſimili die natus quo apud delon appollo: vt retulit appollodorus. Mater a Solone certiſſimuȝ duxit genꝰ: Similiter ariſto illiꝰ pater ad Codrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Adimantem ⁊ Glauconem Et ſororem petonam de qua Speuſippus phus ortū duxit. Litteras didicit apō dyoniſiū grāmaticū: ſed in paleſtra apud ariſtonē exercitatus. Primū namqȝ picture ſtuduit: poemata edidit ⁊ tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominatꝰ cum priꝰ Ariſtocles ex aui paterni nomine diceretur. Vicēnis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Crathylū ⁊ hermogenē. Annoꝝ. 29. megaram ad euclidem ſe contulit. Hinc Cyrenē profectꝰ theodorū audiuit: Poſtea in egiptū ꝓfectꝰ ꝓphetas ſacerdoteſqȝ audiuit vbi comitē habuit euripidem tragicum. Regreſſus athenas in achademia morabatur. Terqȝ in ſiciliam nauigauit vbi cum mortis periculū euaſiſſet venditus eſt. Interrogatꝰ aliquādo in quo ſapientiam quis adipiſci poſſet. Reſpondit in non expectādo que euenire nō poſſunt: nec de ꝓteritis recordari. Obijt deniqȝ plato in conuiuio diſcumbens anno etatis ſue. 81.

Antiſtenes



Anthiſtenes athenienſis phus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: deinde Socrati ſeſe addixit. Et cum habitaret in pyreo: quottidie quadraginta ſtadijs emenſus audiebat ſocratem. A quo tollerantiam addiſcēs tranquillitatiſqȝ illius imitator effectus. Cynicam prioꝝ ſectaȝ inchoauit: princepſqȝ in ea fuit. Platonem inſimulabat faſtu turgidum. Et cum audiſſet aliquando platonē ſibi maledicere: Regium eſt inquit male audire cū benefeceris. Libros multos ⁊ diuerſarum rerū ſcripſit. De eo Hieronimus cōtra Iouimanū ſcribit. ꝙ cū rhetoricam glorioſe doceret audiēs ſocratem diſcipulis dixit. Abite ⁊ magiſtrū vobis querite: quia ego mihi reperi. Cuius ſententia pulchra fuit: in ſcientia eſt multa diſcere: et qđ ſcitis eſt neſcire.

Speuſippus



Speuſippus athenienſis phus Eurimedontis filius. platonis ex ſorore nepos: octo annos ſcole platonice magiſter fuit. Iraſcebat facile: ⁊ voluptati dederat manus. Epicuree enim ſecte manuȝ dedit. Vnde diogenes phus eum dure redarguit: deinde cum paralyſi ſolueret: orauit xenocratem vt ſibi in docēdo ſuccederet. Plutarcus ſcripſit illum pediculis efferueſcētibꝰ interijſſe. fuit corpore gracili teſte Thimotheo. Reliquit plura cōmentaria ⁊ dyalogos. Eius libros ariſtoteles tribus talentis emit teſte fauozino. Ad hunc ſimonides ſcripſit hyſtorias. Primꝰ inuenit quo pacto ex graciliorib' lignis fieret vaſa capacia.

Papia Ciſalpine gallie vrbs Ticini nomine vetuſtior. Quā plinꝰ velle videtur fuiſſe conditā a populis leuijs et maricis qui fuerūt tranſalpini. Teſte vero paulo longobardo hyſtorico Aſſueri perſarum regis temporibus a gallis Senonenſibꝰ eiꝰ fundamēta iacta ſunt. Verū longe ante inſubres galli vicatim locū inhabitauere. Hec in marginibꝰ Ticini flumis ex verbano lacu quē nunc maiorē dicunt effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trahicit. Et a Ticino flumine Ticinū appellat vbi inſignis ſcipionis de hannibale victoria extitit. Eam vrbē ſitu ⁊ aeris ſalubritate amenisſimā reges Oſtrogothoꝝ ⁊ poſtea longobardoꝝ libenter incoluerūt. Unde apud ipam multa fuerūt preclare geſta. Et ꝓpterea cū mediolano magnitudine facie. antiqtate. ac dignitate diu contēdit. Verū nūc mediolanū plurimū excellit: Ambe tamē ⁊ nūc ⁊ olim clare illuſtreſqꝫ fuere. Eam ciuitatē athila rex hunoꝝ direptam vaſtauit: et cū paulo poſt inſtaurata eſſet Odoacer Eruloꝝ rex Oreſtē patriciū Auguſtuli nuꝑ genitorē in eo obſeſſum vicqꝫ captū interfecit. Ticinūqꝫ vrbs crudeliter ab eo direpta atqꝫ vaſtata eſt: vbi tunc cedes maxima fuit ciuiū romanorū quātā nūquā alibi poſt romani imperij inclinationē cōmiſſa fuerat. Rudolfo aūt burgundo ytalie regnum occupante: ꝑ ſeptimi Stephani pontificis tempa vngari ſalado duce ytaliā ingreſſi papiā obſeſſam captāqꝫ ferro igniqꝫ vaſtarūt. Interea Agapitꝰ pontifex romanꝰ ytalieqꝫ ꝓceres ⁊ populi berengarij ⁊ alberti filij tyrannidē exoſi. Ottonē primū ex germania in ytaliā vocauerūt: tumqꝫ ytalia a malis que diu fuerat ꝑpeſſa reſpirare cepit. Perthari longobardoꝝ rex monaſteriū ſancte Agathe et theadolinda regina eccleſiā ſancte Marie ad ꝑticas in ea ciuitate cōſtruxerūt. Et Linthprandꝰ lōgobardoꝝ rex oſſa beati Auguſtini ex Sardinia papiā vbi veneratiſſime ſeruāt deferri curauit. et ſepulchꝝ ex cādidiſſimo marmore mira celeritate ſtructū eſt: aſpectu pulcherrimū. Idemqꝫ rex monaſteriū beati Petri cellula aurea appellatū: et apō bolonam vbi curiam ſepe reges tenuerūt monaſteriū ſancti Anaſtaſij martyris edificauit: Gondiberta regina eccleſiam ſancti Iohānis baptiſte. Et petrus ep̄us linthprandi regis cōſanguineꝰ eccīaꝫ ſancti Sauini papie conſtruxerūt. Eiꝰ poſtea exornande vrbis p̄ ceteris Iohānes galeatus maria vicecomes primꝰ Mediolanenſium dux multam adhibuit diligentiā. Nā poſt multa ibidē accuratiſſime fabrefacta caſtellū magnificentiſſimū regio apparatu cū ampliſſima bibliotheca ſtruxit. Et iuxta caſtellū ingentem lucū muris cinxit: in quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiōes cōſtituit. In cuꝰ medio ſupbiſſimū monaſterium ordinis carthuſienſiū cū eius ſepulchro ingenti impēſa fabrefecit. Luci ipius ambitꝰ eſt centū ⁊ viginti cubitorum. Habet nūc Papia in gymnaſijs multos iurium ciuilis ⁊ pontificij ac phīe et medicine ſcientia claros. Genuit aūt multos preclaros viros ſed qui ſanctitate et diſciplinis p̄cipue excelluerūt Syrꝰ eiꝰ vrbis ep̄s doctrina ⁊ ſctītate laudatiſſimꝰ. Enodiꝰ poeta eloquētiſſimꝰ. Habuit et Antoniū Guayneriū medicū ſua etate celeberrimū q̄ in curis medicinalibꝰ multa cōpoſuit. Et cattonē ſaccū. Silanū nigrū et alios.

## Papia



Hermes



Hermes egiptius qui a noſtris dicit Mercurius phus: platonis olim diſcipulus hoc tempore clarus habetur. Qui et ſi homo fuit antiquiſſimꝰ tamen et inſtructiſſimus in omni genere doctrine: Adeo vt ei multarum rerum et artium ſcientia trimegeſto: hoc eſt ter maximo cognomen imponerent. Scripſitqꝫ libros multos ad cognitionem diuinarum rerū pertinentes: qui adhuc apud grecos extant. Qui inter cetera de verbo perfecto librum edidit et dixit vt patet. 8. de ciuitate dei. Deos gentilium fuiſſe homines mortuos.

Apuleius



Apuleius apher madaurenſis platonis etiam diſcipulus hiſdem temporibus claruit. Et ibidem libros multos edidit: in eo enim ſumme eruditioni precipua lingue copia ⁊ gratia coniuncta fuit. Scripſit enim libros de Aſino aureo Metamorphoſin quam grecanicam fabulam appellant. Libellos quatuor floridorum de deo ſocratis. Librū de mūdo ⁊c. Cuius hec fuit ſententia. Nihil eſt deo ſimilius q̄ vir animo perfecte bonus.

Plotinus phus



Plotinus phus platonis quoqꝫ diſcipulus ⁊ porphirij p̄ceptor ꝑ hoc idē tempus floruit. Qui ad omnia virtutis ornamenta compoſitus: omniū etiam diuinarum diſpoſitionum ſtudio firmatus fuit: iuſtus: fortis: temperatus ⁊ prudēs extitit. Qui prudentie ratione ſe ſuperare poſſe crederet fortune impetus. Itaqꝫ locum quietis ſedis elegit vt ab omni cōuerſationis humane ſtrepitu ſeperatus ſe fortune inuidia liberaret. Nulla quoqꝫ illum deſideria ceperunt. Et ꝓpterea librum de virtutibus pulcherrimum edidit: dixitqꝫ animam rationalem: quā in celeſtibus habitare ſedibus non dubitabat: non habere ſup̄ naturam niſi deum: qui ſicut Sol lunā illuminat ita ⁊ deus animam illuſtrat.

Diogenes



Dyogenes magnus phus fuit (teſte diode) Sinopeus Iceſij menſarij filius. Is patriam relinquens Athenas venit ibi Antiſtenem comperit: q̄ apprime om̄es voluptates a ſe abdicauerat. Pallium p̄mus duplex habuit ꝓpter frigus et perā in qua cibos ferebat. Cum ſcripſiſſet cuidā vt ſibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium ꝓ domo habuit. Tempore frigoris os dolij ad meridiem vertebat: Eſtate ad ſeptentrionem: eſtate in feruida arena ſe volutabat: Hieme cooptas niue ſtatuas amplectabat. Idem cum vidiſſet puerum concaua manu bibentem: abiecit vile vas quod habebat dicens: puer me vilitate ſuperauit. Dicebat omnia eſſe deorum: et ſapientes deorum amicos: huic ad ſolem ſedenti cum diceret Alexander. Pete quid vis: ait noli mihi vmbrā facere: Et fama fuit alexandrum dixiſſe ſe velle eſſe Diogenem niſi eſſet Alexander Ferunt quidem dialogos illum feciſſe et tragedias ſeptem ⁊ alia pauca: cuꝰ ſententia extitit. Si quis bonum cum amore dederit tibi conſiliū: preſta illi cū amore obedientiam. Obijt deinde temporibus ptolomei philadelphi.

Philippꝰ rex macedonū



Philippus ꝑdicte regis filius vigeſimuſtercius Macedonum rex. regnauit annis. 27. Vir vtiqꝫ bellator qui ſua virtute Armenie bithinie Tracieqꝫ ac Theſſalie regna ſimul obtinuit. Fuit autē blandꝰ alloquio: malens amari q̄ timeri ſed ⁊ moribus grauis: vini nimis cupidꝰ: ſed ebrietate digeſta in ſuis actibus moderatus. Cumqꝫ ꝓ imperij ſui finibus tuendis procul exiſſet Nectanabo olim egipti rex in mathematica peritiſſimus qui ad eum timore regis perſarum confugerat: videns olimpiadem philippi coniugē pulcherrimā: ea arte magica deludens compreſſit qua nocte eum mater olimpias concepit viſa ꝑ quietē eſt cū ingenti ſerpente volutari que ex eo concipiēs. poſt reditum Philippi alexandrum pepit filium. Quē Philippus rex (licet mater eius olimpias cōfeſſa viro ſuo Philippo fuerat alexandrum non ex eo ſed ex ſerpente ingentis magnitudinis concepiſſe) veluti tamen filium educauit chariſſimum. Nato autem alexādro Areſtotili ſcripſit. S. filiū mihi genitum ſcito quo dijs grās ago non tam ꝑinde q̄ natus ſit q̄ ꝓ eo q̄ naſci contigit temporibus vite tue: Spero vt abs te eruditus dignus fiat: Quē poſtea areſtotiles diſciplinādum aſſumpſit et ꝑ quinquēnium ſub eo pho creuit: qui poſtea Bucephalū equum indomitum manſuetū fecit. ⁊ intrepidus equitauit. Quē cum Philippus conſpexiſſet dixit ſe ex deorꝫ reſponſis cognoſcere q̄ poſt eum regnaturus eſſet. Unde ⁊ currum regium ⁊ eqꝫ cum ſumma auri ei dedit: qui contra regē Peloponenſiū caſtra mouit: de quo victorie coronam cum gaudio patris reportauit. Accepto deinde imꝑio regem ſe terrarum omniū ac mundi appellari iuſſit.

Alexander magnus quartꝰ ⁊ vigeſimꝰ
macedonum rex vltimo Arſani perſarũ
regis anno macedonibus regnare cepit
Et regnauit annis.12.et menſibꝰ.6. viginti q̄p
pe erat annorum cum regnare cepiſſet. Philip-
po igitur rege vita functo Alexander mox illiri
am(quam nũc Sclauoniã dicimus)ardenti ani
mo ſubegit. Et romanoꝝ inſulas obtinuit: ſta
timqꜫ cum in Aphricam tranſfretaſſet eam totã
ſuperauit. Deinde Syriaꝫ rebellantẽ ingreſſus
ea depopulata Damaſcum expugnauit: Sydo-
nem ſubegit. Inde hieruſalem verſus ꝓperãs
ibi iudeorum pontificem veneratus vrbem eſt
ingreſſus: iudeis immunitates conceſſit: inter
inicia quoqꜫ multas gentes rebellantes compe
ſcuit: toriẽtis nõnullas ſeditiones extinxit. Qui
bus rebus erectus tacito gradu in greciam con-
tendit. Inchoatũ deinde a patre perſicum bellũ
aggreditur in cuius apparatu occupato: nuncia
tur athenĩẽſes Thebanos ⁊ Lacedemonios ab
eo ad Perſas defeciſſe. Quibus motibus oc-
curſurus tanta celeritate inſtructo paratoqꜫ exer
citu greciam oppreſſit: vt quem venire non ſen-
ſerant videre ſe vix crederent. Et athenienſes ſi-
cuti p̄mi defecerunt: ita primi penitere ceperunt
ibiqꜫ ab anaximene pħo placatus immunitateꝫ
pariter ⁊ pacem eiſdẽ Athenĩẽſibus dedit. The
bas rebellantes mox incendit. Lacedemonios
ſubiugauit. Egiptum quoqꜫ intrauit in quo mi
rificam condidit ciuitatem quã ex ſuo nomĩe vt
infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde
cum in perſidem ꝓceſſiſſet et darius ſuam pueri
ciam vilipẽderet. Audita legatione matris Oli
piadis que grauiter infirmabatur Macedoniaꝫ
repetijt in quo reditu dum ex aſya in minorẽ aſi
am ꝑ Helleſpontum traijceret phrigiaꝫ ſupauit
Macedoniam ꝑueniens matrem conualeſcentẽ
inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu.
Cum omnes regiones circa euphratẽ ſuo adie-
ciſſet imperio ponte facto euphratẽ tranſiuit. et
Perſipolim appropinquauit. In qua darius ꝑ
ſaruꝫ rex morabatur. In exercitu eius fuerre pe
ditum triginta duo milia: equitum quatuor mi
lia quingẽti: naues centum.lxxxij. hac tam par
ua manu vniuerſum terrarum orbẽ vtrum ſit ad
mirabilius vicerit. An egredi auſus fuerit incer
tum eſt. Cum ad tam ꝑiculoſuꝫ bellum exercituꝫ
legerit non iuuenes robuſtos: nec p̄mo flore eta
tis ſed veteranos pleroſqꜫ etiam emerite militie
qui cum patre patruiſqꜫ militauerant elegit: vt
non tam milites q̄ꝫ mgros militie electos puta-
res. Ordines quoqꜫ nemo niſi ſexagenariꝰ du-
xit: vt p̄ncipia caſtrorum quaſi ſenatꝰ reipubli-
ce viderentur. Itaqꜫ nemo in ꝑlio fugaꝫ ſed victo
riam cogitauit. Contra rex ꝑſarum darius fidu
cia viriũ nil aſtringere affirmãs ſuis occulta cõ-
ſilia victorie furtiue cõuenire. In acie ꝑſarũ ſex-
cẽta milia militũ fuere. Que non minꝰ arte alex
andri q̄ꝫ virtute macedonũ ſuperata terga verte
runt. Poſt victoriam maior pars aſye ad eũ de-
fecit. Deinde nũciatur Dariũ cũ ingenti exerci-
tu aduentare itaqꜫ timẽs anguſtias magna cele
ritate thaurũ tranſcẽdit: et ad Tarſum vrbẽ per
uenit vbi infirmitate grauatꝰ quieuit. Interea
Darius cum tricentis milibus peditũ ⁊ centũ
milibus equituꝫ in aciem ꝓcedit. Alexander cõ
ualeſcẽs exercitum in hoſtem duxit: poſt hec ꝑli
um ingentibus animis committit. In eo vter-
qꜫ rex vulneratur tamdiu certamen anceps fuit q̊
ad fugeret Dariꝰ. Exinde cedes ꝑſarum ſecuta
eſt. Ceſa ſunt peditum ſexaginta vnum milia: e-
quitum decem milia: capta quadraginta milia.
Ex macedonibus cecidere pedeſtres.c xxx. equi
tes.cl. in caſtris ꝑſarum multum auri ceterarũ-
qꜫ opum inuentum. Inter captiuos caſtroꝝ ma
ter ⁊ vxor eademqꜫ ſoror ⁊ filie due Darij fuere
Poſt hec opes darij diuiciarũqꜫ apparatum cõ
templatus: admiratione tantarum rerum capitur
et tunc berſaneꝫ captiuam diligere ꝓpter forme
pulchritudinem cepit. A qua poſtea ſuſceptum
puerum herculem vocauit. Darius cum babilo
niam ꝓfugiſſet pro redimendis captiuis alexã-
dro magnam pecuniam pollicetur: qui non pecu-
niam ſed regnũ petit. Tum ſpe pacis amiſſa bel
lum Darius reparat quadringẽtis milibus pe-
ditum et centum milibus equitum obuiam va-
dit alexandro. poſt hec prelium committitur Ma
cedones in ferrum cum contemptu totiẽs a ſe vi
cti hoſtis ruebant: econtra perſe mori q̄ꝫ vinci p̄
optabant. Raro enim vllo ꝑlio tantum ſangui-
nis fuſum eſt. Darius cuꝫ vinci ſuos videret vo
luit mori ⁊ ipſe: ſed a ꝓximis fugere compulſus
eſt. Hoc ꝑlio aſye impiũ rapuit: cuius tanta fuit
felicitas vt poſt hec nemo rebellare etiam auſus
ſit. Expugnat et ꝑſipolim caput perſici regni
Darius a cognatis ſuis captus in gratiaꝫ vi
ctoris aureis compedibus vincitur: deinde mul
tis vulneribus confoſſus interijt. Et ſic ꝑſarum
regnum finem accepit cum regnatum fuit ſb.14
regibus annis.254. Poſt hircaniam mardoſqꜫ
ſubegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum
ccc.milibus mulieribus. Poſt hec indiaꝫ petit
vbi porrus rex capitur et regno indorum poti-
tus eſt. Tandem cũ in babyloniam redijſſet mil-
tis diebus ocio deditus: accepto poculo media
potione repente veluti telo confixus ingemuit:
ꝑ Caſſandrum antipatris filium datur venenũ
Cuius tanta vis fuit vt non ere non ferro: nõ te
ſta contineretur nec aliter ferri niſi in vngula equi
potuerit. Quarto die indubitatam ſentiẽs mor
tem agnoſcere ſe fatum maiorum ſuorũ ait. Ad
poſtremum corpus ſuum in hãmonis templo
condi iubet. Cum quererẽt quem imperij face-
ret heredem reſpondit digniſſimum. ſexto die
p̄cluſa voce exemptum digito annulum perdu-
ce tradidit. Receſſit alexander: menſe vno. ãnos
tres et.xxx. natus. vir ſuꝑ humanam potentiaꝫ
animi magnitudine preditus.

## Linea pontificu3

Jadus



Onyas filius Jadi



Iſte Jadus ſext⁹ iudeoꝝ pontifex poſt mortem Johānis pōtificis pōtificatu ſuccedēs ſedit annis. 50. vir certe bon⁹ ⁊ pacis amator. occurrit alexandro irato iudeis q̄ñ volebat vaſtare hieruſalē indut⁹ pontificalib⁹ quē vidēs placat⁹ ſbito deſcēdit de equo. dei nomē adorabat pōtificēq̨ venerat⁹ eſt. Demū cū intraſſet ciuitatē oblata ſuit ſibi ꝓphia danielis q̄ de ipo erat. ⁊ cuȝ coram eo lecta fuiſſet valde gauiſus eſt. Sumpſitq̨ maiorē inde fiduciā pugnādi cōtra dariū. Et conceſſit iudeis libertatē ſuis legib⁹ vtēdi. et q̄ ſeptimus ann⁹ eſſet abſq̨ tributo ꝓpter ſabata terre.

Onias iadi pōtificis fili⁹ ſeptim⁹ hebreoꝝ pōtifex ſcd̄o anno regni ptolomei patri in potificatu ſuccedēs ſedit annis. 17. Cuius dignitate leges apud iudeos cuſtodiebant optime. Et ciuitas hieruſalē in omni pace habitabat qua ꝓpter etiā gentiū reges ipam ciuitatē et templū ſummo cum honore habuerūt. et maxīs munerib⁹ ornauerūt.

## Linea Chriſti

Achym



Achym filius ſadoch vt p3 Mathei primo

Anno mūdi. 4909.

## Syriae regni principium

Syria Aſie regio ab oriēte Eufrate flumio. ab occidente mari mediterraneo ⁊ egipto terminatur a ſeptentrione Armeniam et Capadotiam habet. Et a meridie Arabicum ſinum.

Iſte Seleucus vn⁹ ex alexandri principib⁹ in ſyria poſt eū regnum obtinuit. Sed antigon⁹ ipm expulit. Quē ptolomeus poſt obitū Antigoni deuicto demetrio ei⁹ filio reſtituit. Is poſtea regnauit annis. 32. Cōtinuis aūt laborib⁹ vſq̨ ad octogenarios annos ſemp bellū geſſit. In q̄ depugnās tandē extinct⁹ eſt.

Antigon⁹ Philippi regis fili⁹ ⁊ alexandri frater poſt euȝ in aſia regnare cepit. et regnauit annis. 18. Hic inter alexandri ꝑncipes vn⁹ habebat. Vir certe ſupbiſſim⁹. ideo multa bella geſſit. In quib⁹ tandē occubuit. Demetri⁹ ei⁹ fili⁹ fuga ſibi ſalutem petijt.

Sarabella ꝑfect⁹ ſupſticioſum templū edificauit in mōte garizym vbi poſuit Manaſſen fratrē iadi pontificē. q̄ erat gener ſu⁹. Et hic incipit Sciſma iudeoꝝ. q̄ niſi adheſerit ei q̄ ꝓphani vel excōmunicati dicti ſūt Samaritani. qd̄ ſciſma vſq̨ ad deſtructionē tēpli ꝑ romanos durauit.

## Monarchia

Alexander magnus



## Reges Syrie

Seleucus



Antigonus



Anthioch⁹ Sother



Antiochus Sother ſeleuci regis filius ſecūdus Syrie rex regnauit annis 19. ab iſto reliqui Syrie reges antiochi cognominati ſunt.

Alexandro magno in ipo etatis ⁊ victoriarū flore extincto. triſte apud omnes totāq̨ babiloniam ſilencium fuit. et vltimam ſuā voluntatē in duodecim quos ab adoleſcētia comites habuerat ampliſſimi regni ſui ſucceſſores cōſtituiſſet. Et iſti duodecim quib⁹ regnum diuiſerat cōcordare non poſſent. Infinita fere bella exorta ſunt. Poſtremo cum huiuſmodi teſtamentaria particio effectum ſortiri nequiuit contritis alijs. Hij quattuor viridi linea annotati iuxta ꝓphetiam danielis obtinuerunt regna. Ita vt Seleucus rex eſſet in ſyria. Ptolome⁹ lagi rex egipti. Philipp⁹ rex macedonum. Antigon⁹ vo in aſſyria regnaret.

Demas p̄hus



DEmas philozophus athenienſis alexandri tempe claruit. Hic dum alexāder obtinere vellet ꝛ obſideret Athenas reſtitit: ꝑſuadens atheniē. vt non traderent ei ciuitatem. Tandē alexandro ciuitate obtenta demas ei adheſit alexandro exhibēs ſe familiarē. Verū atheniēſibus alexandro ſacrificare volētibus: dixit. videte ne dum celū cuſtoditis terram amittatis: huius dematis dictum fuit. Amico mutuā me erogante pecuniam: ipm̄ et pecuniam perdam.



Quītus curcius



QVintus Curcius phus increpauit alexandrum eo ꝙ ſibi optabat adhiberi diuinos honores. d. Si deus es largire nobis beneficia immortalitatis ꝛ nō auferas. Si homo ſemꝑ id cogita aliis poſtpoſit.

IN diebus quibus Alexander natus eſt: diris prodigiis romani territi fuerūt. Nam ſol viſus eſt pugnaſſe cum luna. Saxa ſanguinē ſudauerunt: in die plures lune apparuerunt in celo. Nox vſqꝫ ad plurimam diei partem tendi viſa eſt tunc et ſaxa de nubibus cecidere. et ꝑ ſeptem dies grando lapideis immixtis ꝛ teſtarum fragmentis terram latiſſime verberauit.

OLimpias Mater alexandri occiditur: que mortem ſine omni pauore muliebri imperterrita ſuſcepit.

Philippus rex macedonū



Olimpias mr̄ alexandri Nectabanus magus pater alexandri



NOn fit ꝑſecutio de iſto Philippo et regno ſuo in ſacra ſcriptura. de regibus vero Egipti ꝛ Syrie fit ꝑſecutio: quia iudeis quādoqꝫ infeſti quandoqꝫ fauorabiles fuerūt reges ipi⁹ qd̄ ideo euenit. quia reges iſti pene ſemp pugnabant cū egiptiis iſrael autē in medio eorum iugiter affligebatur quocunqꝫ ſe verteret. Et ptolomeus grauiter eos afflixit ideo diſpſi ſunt in nationib⁹.

Reges Egipti

Ptolome⁹ lagi q̄ ꝛ ſother



Ptolome⁹ philadelph⁹



ISte Ptolomeus lagi filius primus poſt alexandrum magnum egiptiorum rex regnauit annis. 40. Hic cuiuſdam Gregarii militis nomine lagi filius fuit. egiptum. affricam ac magnam arabie partem tāqꝫ amplum ſucceſſoribus ſuis reliquit ſplendorē vt ab eo ſubſequētes egiptii reges ptolomei dicti ſint.

PTolomeus philadelphus ſcḋus egipti rex regnauit annis. 38. Hic cū ptolomei lagi minimus filius eſſet pater ante mortē regno ceſſit. quorum pietatis exemplo amorem populi iuueni conciliauit. Hic quippe cum omnium ſcientiarum doctiſſimus eſſet: et ſtratonem phm̄ preceptorem habuiſſet bibliotecam toto orbe terrarum nominatiſſimam conſtruxit. Que ad primū alexandrinum cum romanis bellum ꝑdurauit. Hic familiares in egipto iudeos a ſeruitutis vinculo reſoluit vſqꝫ ad centū viginti milia. Et eos in hieroſolimā remiſit: et vaſa votiua Eleazaro pontifici ꝑ diuinis ſcripturis habēdis quas in eadem Bibliotheca collocauit. Huic beronica mater ꝛ arſinoa vxor ex qua ſuſcepit euergetē ꝛ beronicam filiam; quā antiocho Seleuci filio vxorem dedit.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AM...
JOSÉ TORI...

Furius camil lus dictator — Quintius cinci natus dictator



Lutius genutius — Quintus ſeruilius



Gayus ſulpi tius dictator — Marcus valerius



Manlius torquatus — Decius



Fabricius — Papirius



Iſte Camillus furius expugnauit veientos qui p̱ decem annos valde romanos attriuerāt. Tempe vero fabij ſenones galli ad vrbē venerūt: ⁊ victos romanos vndecimo miliario a roma: cū brenno rege ſuo romā venerūt: ⁊ fere romanum nomē deleuerūt. vrbē occupauerūt: neqꝫ defendi quicqꝫ niſi capitoli potuit. Quod cū diu eciā romani fame laborarēt a Camillo qui in vicina ciuitate exulabat. Gallis ſupuentū eſt: grauiſſimeqꝫ victi ſunt. Poſtea tñ accepto auro mille librarū ne capitoliū obſiderent receſſerūt: ſed ſecut⁹ eos camill⁹: ita accidit vt ⁊ aurū qđ bis datuꝫ fuerat. ⁊ oīa militaria ſigna reuocaret. honor ei poſt Romulū ſcđus delat⁹ eſt.

Quinti⁹ cincinat⁹ inuent⁹ in rure ⁊ ab aratro aſſumpt⁹ dictator creat⁹ eſt: qui vrbē oppreſſam ab hoſtib⁹ liberauit et preneſtam accepit.

Tempe illoꝝ cōſulū grauiſſima peſtilētia vniuerſaꝫ romā p̱ bienniuꝫ afflixit ꝑ qua depellāda pōtifices ludos ſcenicos inſtituerūt: et ſic ꝑ depellāda peſte corpoꝝ acceſſit morb⁹ animarū.

Tempe illoꝝ duoꝝ cōſulū romane matrone multos veneno pemerūt et p̱ ancillā quandā ꝑdite coacte ſunt libere venena q̄ coxerāt: quib⁹ hauſtis cōſumpte ſunt: fuerūtqꝫ. ccc lxx. damnate ꝯſcie facinoris.

Anno ab vrbe cōdita. ccc lxxxviij. Iſte gayus gallos iterum in bella ruentes vicit.

Iſte marc⁹ cū. 60. milib⁹ romanis pugnauit cōtra gallos quos in fugam cōuertit ⁊ grauiter trucidauit.

Sub iſtis cōſulib⁹ Publio Cornelio ⁊ Marco curio finitū eſt ſamniticū belluꝫ qđ p̱. xlix. annos durauit cū mlta clade romanorū: nec vll⁹ fuit hoſtis intra ytaliā qui romanā virtutē magis fatigauerit.

Iſti cōſules duo contra latinos pugnantes. decius murena cōſul occiſus fuit et Manli⁹ torquatus triūphauit. Cui⁹ fili⁹ cū cōtra impium cōſulum contra hoſtes pugnaſſet ⁊ quāuis victor: tamē ꝓpter inobedientiam virgis ceſis et capite punitus fuit.

Linea conſulum Romanorum

Claudius marcus — Valerius flaccus



Fabius maximus — Quintus decius



Publius corneli⁹ ruffin⁹ — Marcus Curius dentatus



Dolobella — Domicius



Sub Dolobella et Domicio cōſulibus lucani brucij ſamnites cū etruſcis ⁊ Senonib⁹ gallis bellū cum romanis inierunt in quo ſep̄tē tribuni militum ſunt occiſi ⁊ decem ⁊ octo milia romanorū ꝓſtrati. Sed cuꝫ romam tenderēt a Ceno cornelio Dolobella conſule deleti ſunt.

Fabricius vir digne memorie nulla induſtria ſuaſu pirrhi regis a romana vrbe diuelli potuit. oblatā em̄ ſibi a rege imperij partem repudiauit. Ideo pirrhus ait. Hic difficilius a virtute q̄ ſol a curſu ſuo auerti poteſt. Quis ergo miretur his moribus virtute militum victorem populū romanū fuiſſe.

Iſte Papirius cum adhuc puer aſtute matri reſpondit vt celaret ſecretum conſulatus; vrgente em̄ matre vt reuelaret archanum ſenatus quod audiuerat cum patre admiſſus. ait quod queſitum erat. An expediret magis vt vnus vir duas haberet vxores. vel vna duos viros. Confluentibus die tercia matronaꝝ cetu impudenti: puer ſenatui rem narrat: et laudatus eſt puer. Et edictū eſt vt decetero nullus puer admitteretur in ſenatus conſiliū niſi ille. Cum aūt vir eſſet factus in virum bellicoſiſſimum euaſit

## Linea Christi

Eliud filius Achim



## Linea Regum Syrie

Antiochus Theos



Antiochus galericus



Iste antiochus eiꝰ nōis scđus. cognomēto. Theos Antiochi pmi filiꝰ: terciꝰ syrie rex: regnāuit annis. 15. pmo vxore laodiceā habuit: ac grauissimum bellū habuit cū philadelpho rege egipti: tandē accepit filiā regis egipti noīe beronicen sicqꝫ pacati.

Eliud filius achym anno mūdi. 4959.

Antiochꝰ galericꝰ eiꝰ nōis terciꝰ: quartꝰ asye et syrie rex: regnauit annis. 20. erat filiꝰ antiochi theos de pma vxore laodicea: que virū suuꝫ veneno extinxit: et beronicen cū filijs occidit. Istūqꝫ galericum filiū suū p patre fecit regnare: ꝓpter qđ euergetes syriā vastauit. Uerū ptolomeꝰ postmodū illū occidit duobꝰ filijs Seleuco ꝛ Antiocho magē derelictis.

Iosephꝰ iudeꝰ vir bonꝰ atqꝫ magnanimꝰ: Qui ppłm iudeoꝝ ad clarissimas rerū causas pduxerat: postqꝫ viginti ꝛ duobꝰ annis syrie et phenicis ꝛ Samarie tributa dispensauit. relicto hircano filio defunctus est. Is hircanus in tributoꝝ dispensatiōe ptolomei successit vir ab ipsa puericia mirabiłr virtutiꝫ atꝫ ingenij. Qui cū terciūdecimū ageret annū demōstrauit ani prudētiā: pater eiꝰ volēs cognoscere adolescētis virtutē: eū in solitudine duoꝝ dierū misit ad seminandū cū trecētis iugis bouꝫ: celans lora quibꝰ ligaretur: Quod vidēs hircanꝰ quoddā virile maiꝰ sua etate excogitauit: decem iuga occidere fecit. Et carnes bubulcis suis distribuit: pelles vero eoꝝ diuidēs lora boum fecit. p que boues ligarent terraqꝫ seminauit quā sibi pater commiserat. Ideo ad patriā reuersus plurimū dilectus est.

## Linea pontificū

Symon filius Onye



Iste Symon cognomēto iustꝰ onie pōtificis filius: octauꝰ hebreorū summꝰ pōtifex mortuo pře pontificatū accipiēs sedit ānis. 16. hic ꝓpter piū cultū ꝛ iustū regimē, pnāqꝫ in suas cyues clemētiā iustꝰ cognoīatꝰ fuit

Eleazarꝰ pontifex symonis iusti frater mortuo pře et Onia eiꝰ fratris filio adhuc paruulo ipē sacerdocij principatū suscipiens sedit annis. 17. misit ptolomeo philadelpho. lxxij. viros doctissimos ad interpretādū legem: qꝫ aūt dicimus. lxx. tñ: vsus scripture obtinuit qꝫ Oīnqꝫ paruū numerū excrescentem obticet.

Eleazarꝰ accepta epła a ptolomeo philadelpho vt mitteret seniores ꝛ doctos q interptatiōꝫ legis dei viuētis facerēt inde ad regē mittēs qđ postulabat ita scripsit ex vna qsi tribu doctissimos viros elegi legē ferentes qs post legis transcriptionē ad nos caute remittas. Cū ergo venissēt seniores. lxxij. ex hierosolimis ad regē in alexādriam: ab eo beignissime suscepti. Ostensoqꝫ regi legis rotulo in q lr̄is aureis ꝯscripte leges ꝯtinebāt et singlos in singlis cellulis reclusit Qui in. 72. diebꝰ legē de hebreo i grecū trāstulerūt. Sic cōcordes in trāslatiōe (vt augustinꝰ testat) sine aliq verboꝝ aut sensus dissonātia illā traduxerāt: quā a iudeis approbatā Demetriꝰ ad regē obtulit. Et vocās ad se interptes: grās egit remisit eos: donās vnicuiqꝫ optimas tres stolas et auri talēta duo: ꝛ calicē vniꝰ talēti ꝛ totū cōuiuatorium.

Eleazarus



Onyas filius symonis



### LXX. Interpretes



Josephus



Jason



Menelaus



Alchimus



Onias eiꝰ nōis scđs symonis iusti filius. xi. hebreoꝝ pōtifex sedit ānis. 9. puulꝰ mēte: pecunijs auarꝰ zelo legł vel potiꝰ auaricie negauit tributa euergeti. ꝓpter qđ tota pene iudea pilcitata fuit ꝛ iudei turbabāt. Josephꝰ vo inter suos nobilis pacē reformauit ꝛ ptolomeus eum ducem Judee constituit.

Isti tres scꝫ Jason. Menelaus. alchimꝰ qꝫuis fuerunt de genere sacerdotali non tñ ponendi sunt in linea pontificali propter ydolatriā et eoꝝ pessima opa et quia male intrauerūt.

Alexandria egipti magna ciuitas ante xp̄i aduentū. 20. ſup̄. ccc. ab Alexandro magno Juſtino libro xi. atteſtāte condita fuit. Alexāder eñ magnꝰ ad Jouē ammonē ꝑgens cōſulturꝰ ⁊ de euentu futurorum ⁊ de origine ſua. Reuerſus ab ammone Alexandriā cōdidit. Et coloniā macedonū caput eſſe egipti iubet. Nomē fuit triū vrbiū ꝯſtructaꝝ ab alexādro magno: quaꝝ vna fuit in egipto ꝑ diuocratē architectū (vt ſcripſit Vitruuiꝰ in ꝓhemio libri p̄mi de architectura) locū ſortita: haud longe ab hoſtio nili vt dicit Solinꝰ: qđ plurimi Canopicū dicūt. Aliā ſtruxit idē alexāder in aſya. Aliā in ſcithia ſup thanaim. Alexandria igit̄ Alexandri opꝰ Alexandri nomē Alexandri buſtū. Ad qđ Juliꝰ ceſar poſt theſſalicū diē: mortē q̄ʒ pompey cū veniſſet alexādriā ambiguo turbati vulgi murmure ꝑmotꝰ ꝑ ſpecie religionis deſcēdiſſe legitur. Et auguſtꝰ Ceſar poſt victoriā actiacā Antoniūq̄ʒ deuictū ⁊ coactū mori eodē veniēs alexandri corpus reuerēter aſpexit. Cūq̄ʒ ex eo quereret̄ An ⁊ ptolomeū vellet aſpicere: elegātiſſime regeʒ ait ſe videre velle: nō mortuos. Eiꝰ ſitꝰ (vt ſtrabo ſcribit) clamidis formā habuit: cuiuſq̄ʒ latera que in longū tendebāt circumlabat̄ ſtadijs ferme. 30. hanc vniuerſaʒ vijs diſtinctā ferūt: quibꝰ eq̄ ⁊ currꝰ cōduci poſſunt: ſed duabꝰ latiſſimis que plus integro expādunt̄. Et ſeſe medias ad rectos angulos ſecāt. Munit̄ aūt (vt Joſephꝰ iudeus tradidit) vndiq̄ʒ aut icōmeabili ſolitudīe: aut iportuoſo mari: aut flumibꝰ: aut ſiluoſis paludibꝰ. Pulcherrima quippe olim fuit. Nūc q̄ʒ ciuitas optīe munita eſt: decoris menibꝰ firmiſq̄ʒ altis muris ⁊ turribꝰ. Intꝰ vō nō ciuitas ſed pene aceruꝰ lapidū: plena ruinis ⁊ deſolationibꝰ videt̄. Celeberrima ydoloꝝ phana habuit: necnō ⁊ xp̄ianoꝝ templa adhuc extantia. Multas quoq̄ʒ habuit regias edes que ⁊ multā vrbis partē occupabāt. Nā quilibet regū illā ꝓ libito volūtatis aliquo ornamēto decorabat. Et vbi aula Alexandri olim ſtetit: hodie colūna ex vno lapide p̄ciſa mire altitudinis capitellū habēs acutū: quaſi turris apparēs poſita ē. Habet q̄ʒ eccl'iam ad ſcīm Marcū dictā: quā Jacobite inhabitāt. Marcꝰ eñ euāgeliſta huic vrbi p̄mo xp̄m p̄dicauit. Et cū ibidem ab ap̄lis ep̄us fuiſſet ordinatꝰ eccl'ias ordinauit multas q̄ mortuo Amanꝰ ei ſucceſſit hinc in diuinis eruditiſſimi multi emerſere viri. Philo natione iudeus: qui multa vtiliter ſcripſit. Clemens p̄ſbiter. Origenes p̄ſbiter oīm excellētiſſimꝰ. Athanaſiꝰ vrbis ep̄s. Didimꝰ. Theophilꝰ: ⁊ alij innumerabiles. Extra vrbē ſunt due marmoree colūne locū decollatiōis diue Katherine martyris oſtētātes. Habēt veneti in ea vrbe duos fonticos ⁊ Januēſes vnū: vbi negociatores ⁊ merces eoꝝ cōſeruant̄. Cathelani q̄ʒ in curia regis ſicilie. Et hij ſacella pulchra habēt in qbꝰ diuina pagunt̄. Turci q̄ʒ Tartari ⁊ alie gētes ſuas ornatas habēt domos: q̄ in nocte ꝑ ſarracenos claudūt̄. Eſt aūt hec vrbs in vna ꝑte mare magno cincta: in alia ameniſſimis ⁊ fertiliſſimis ortis circūſepta cū gleba frugifera: q̄ nili aq̄ irrigat̄. Portꝰ cuſtodiā ſarraceni nūc diligētiſſime obſeruāt. Mōteſq̄ʒ duo ad hoc in ciuitate facti: Naues aduenietes ꝓſpicietibꝰ oſtēdūt. Ferūtq̄ʒ colūbas edoctas deferētes lr̄as vt tutiores ab incurſu inſidiantiū eſſe poſſint. Colūbe eñ antiqtus vt pliniꝰ refert internūcie in rebꝰ magnis fuere. Et ep̄las annexas eaꝝ pedibꝰ obſidiōe mutinenſi in caſtra conſulum bruto mittente.

## Alexandria



Demoſthenes



DEmoſthenes fuit olm grecie oratorũ princeps: et auctoritate hermippi oſtendit patrem in officina gladiorũ fuiſſe. Unde teſte Juuenali: pater demoſthenem ardentis maſſe fuligine lippus: a carbone ⁊ forcipib⁹ gladioſq; parante incude: ⁊ luteo vulcano ad rhetora miſit. Hic a platone facundiã hauriens ſumm⁹ orator effect⁹ eſt. Cui⁹ eloquẽtiam Eſchines (qui a iuuẽtute ſua ſtudioſus et Socratis amator) cõmendauit. de eo refert Valeri⁹. Cum philipp⁹ macedonũ rex athenas obſideret: ab eis poſtulauit: decem ſibi dari oratores. Demoſthenes in concilio veniens hanc fabulam recitauit. Lupi ſuaſerũt paſtoribus vt ſecũ amiciciã contraherẽt: quod cũ paſtorib⁹ placuiſſet: petierunt vt eis canes (qui iurgiĩ cauſe eſſent) traderẽt: quib⁹ datis ꝓ libidine gregem lacerauerũt. Ita ſublatis oratorib⁹ philipp⁹ Athenienſib⁹ factur⁹ eſſet. Quo audito athenienſes ei⁹ concilio acquieuerũt: ⁊ ſic ciuitas a periculo liberata eſt. Inquirenti cuidam. Quomõ poſſet benedicere: ait ſi non dixerit niſi qđ bene ſciens.

Ariſtoteles



ARiſtoteles phorum omniũ princeps: ex oppido ſtagyra. obſcuro quidem ipſe niſi quod hui⁹ viri claritate refulſit: patrem habuit Nicomachum medicine artis ꝓfeſſorem. Qui apud Amyntham macedonie regem philippi patrem magno loco poſit⁹ eſt. Matrem habuit Pheſtiada non obſcuri generis. Hic prima etate in Macedonia eruditus eſt. Sed cũ adoleuit anno (vt perhibẽt) etatis ſue. xvij. Athenas ſe contulit. Platonem viginti annis audiuit. Nullam ſcientiam reliquit. quã non perfecte attingeret. Mortuo platone ad hermiã Atarnei tyrannũ profectus triennio fere apud illum reſedit. Inde in macedoniã a philippo euocatus: decem ferme annos circa diſciplinam alexandri fuiſſe tradit. Sed alexandro in Aſyam cũ exercitu ꝓfecto ipſe athenas rediit. Et tredecim annis in licio florentiſſime docuit. In cui⁹ quidem ſigillo (vt dicitur) hoc inſcribi fecit. Sapientior eſt: qui quod nouit abſcondit: ꝗ qui ꝓpalat quod neſcit. Fuit autem Ariſtoteles facund⁹ eloquio (et vt Hieronim⁹ inquit) ſine dubitatione prodigiũ: grãdeq; miraculũ in tota natura fuit. Tandẽ cõmuni illa phorum inuidia accuſatus ꝙ non recte de diis ſentiret. Metuens ne vt quondam ſocrati: ſic etiam ſibi in iudicio ꝑeundũ foret: deſerta ſui defenſiõe chalcidẽ abiit: vbi de cetero vixit in optimo mentis vigore. Vixit autẽ annis. 62. et ibidem diem obiit.

Epicurus



EPicurus fuit teſte Metrodoro patria athenienſis phus: Heraclites dicit eum ſamii nutritum: cum eam athenienſes ſortiti eſſent. Ac decem ⁊ octo annos agentem athenas rediiſſe. Quo tempe Xenocrates in academia Ariſtoteles calchide ſcolam habebant. Defuncto autem Alexandro macedone ⁊ athenienſium ſub perdica afflictis rebus: colophonem ad patrem iuiſſe: vbi congregatis diſcipulis athenas rediit ſub anaxicrate: hicq; cum aliquatenus cũ ceteris philoſophat⁹ eſt. Poſtea a ſe dictã ſectam inſtituit. Epitect⁹ hũc lacerat laſciue tanꝗ nimiũ loquentem ⁊ alia ꝗplura. Uerum alii magnã hui⁹ viri in omnes phos gratitudinem fuiſſe ferunt. Patria eũ ſtatuis ereis honorauit. Diocles ait illũ viliſſimis cibis vitã duxiſſe. Nat⁹ eſt annis ſeptẽ poſt platonis obitũ. Obiit Athenis annorum. lxxij. calculo vrine exitum impediente.

Caleſtenes



CAliſtenem inſignem phm Ariſtotelis diſcipulũ ꝑ hoc idem tempus floruiſſe conſtat. Eo ꝙ contra Alexandrum multis rationibus ſerioſe differuerit eum increpando dicens. Si deus es: beneficia largire mortalib⁹ nõ ſua eripere debes: ſi homo id quod es: ſemꝑ te eſſe cogita: ꝓpter quod irat⁹ Alexander eũ trucidari mãdauit. Et ſic deforme in foueã cũ cane includi iuſſus eſt.

Xenocrates



XEnocrates Calcedonenſis phus Agathenoris filius: et a primis fere annis platonis auditor. Erat teſte laercio tardus ingenio: vt cum illum plato Ariſtoteli compararet. Alterum freno: alterum calcaribus indigere dicebat. Alioquin ſeuero ſemꝑ ac ſerio habitu ⁊ ore ꝑdurabat. In achademia vixit vt plurimum. Si quando ad vrbem ꝓficiſcebat turba omnis impudicorum ei⁹ tranſitum obſeruabat inquietandi eius gratia: phrine nobile ſcortum dedita opera a quibuſdam intra eius cellam miſſa eſt: que ab eo orans lectuli partem accepit demum cum multa ne quicq; oraſſet: impfecto opere diſcedens dixit ſe non a viro ſed a ſtatua veniſſe. Porro licet multum frugi fuerat glorie tñ et faſtus contemptor extitit. Et cum ſepe meditationi inſeruiret: vnam in ſilentio horam diſtribuebat: ſucceſſitq; in Achademia ſpeuſippo ſcolãq; tenuit annis viginti quinq;. Moriturq; noctu cum in ſartaginem forte impegiſſet Anno etatis ſue. 82.

**Linea Regum Egipti**

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus philopator



PTolomeus Euergetes philadelphi filius tercius egiptiorũ rex regnauit annis. 26. hic in vltionem ſororis beronice Antiochum galericum quem idem ⁊ eius mater laodicea regno priuauerat Syriam Ciliciam et Aſie partem deuaſtauit: innumera ſpolia inde exportans.

PTolomeus Philopator quartꝰ egiptioꝝ rex regnauit annis. 17. hic ꝓpter crimẽ cum patrẽ occiderit et fratrẽ trucidauerit philopator dictus eſt. Et ſicut ſceleſtꝰ in occupando regno: ita in admiſtrando ſegnis: luxui eñ ſe dedit. Jdeo antiochus magnꝰ ſyrie rex multas eius vrbes oppreſſit. Deinde tñ ꝑdita recupauit: ſpoliaſſetq̃ antiochũ regno ſi virtꝰ fortune ſucceſſiſſet. Denuo in luxuriam inuolutꝰ: Occiſa euridice vxore: meretriciũ illecebris capit: quibꝰ inuolutis filio quingenio relicto emorit: meretrices in vltionem euricide patibulis ſuffigunt. Alexãdri ad romanos miſerũt vt pupilli tutelã ſuſciperet.

Dion phus



DJon Syracuſanꝰ nobilis phus poſtq̃ vtraq̃ dyoniſij tyrãnide cõplicatus diu fuit: apud ſyracuſanã vrbẽ interimit. Nam ſupior ille dyoniſius ariſtomachẽ dyonis ſororẽ in matrimonio duxit; ex qua duos filios Hipparium et Niſeum pcreauit: totidemq̃ filias quarũ primã eius filio dyoniſio cui regnum reliquerat ad nubendũ dedit: alterã ipi dyoni patruo: qui ꝑter nobilẽ ꝓpinquitatẽ et generoſaz maiorum famã: multa etiã alia bona a natura recepit vt pote ingeniũ bonũ et docile: et ad omnes artes ydoneum magnãq̃ corporis dignitatem: magnas item diuitias a patre relictas: q̃s ipe tyrãni muneribus auxit et ideo tantum platonẽ amauit: vt eidem ſe traderet nec minus eo plato delectabatur.

Sibylla chimica



JSta Sibylla chimica in ytalia nata veſtita celeſtina veſte deaurata capillis per ſcapulas ſparſis: ⁊ iuuenis: ait. Jn prima facie virginis aſcendet: puella facie pulchra: capillis ꝓlixa: ſedens ſup ſedẽ ſtratam: puerum nutriens dans ei ad comedendum ius ꝓprium: lac de celo miſſum.

Anaximenes



ANaximenes Orator magnus hic fuit magiſter alexandri in oratoria arte. Qui hyſtoriam Alexandri ſcripſiſſe fertur: de hoc refert Valerius: ꝙ cum Alexander iratus ad diruendam lanſatum ciuitatem pergeret: fertur eum impetu progreſſum extra menia. habuit obuium anaximenem preceptorem ſuũ: ſciens q̃ alexander ꝙ anaximenes ire ſue ſevellet opponere: iurauit ſe non facturũ quicq̃t ille petierit: peto inquit vt lanſatum diruas; et iſto modo ſalutem vrbi obtulit. quod athenis ſimiliter accidiſſe fertur.

Carmeides phus



CArmeides philozophus floruiſſe dicitur: eo ꝙ ab Athenienſibus cum dyogene ad Senatum romanum miſſus fuerit. Hic adeo ſtudioſus extitit: vt cũ ad menſam ſederet: cogitationibus inherens manum ori apponere obliuiſceretur. Sed melliſſa quã vxoris loco habebat dexteram ſuam neceſſarijs vſibus coaptabat. Animo enim vita fruebatur: corpore vero quaſi alieno circundatus videbatur: centeſimo deniq̃ vite ſue anno philozophãdo finem fecit. vt Valerius maximus libro quarto ponit.

Sextilia



SExtilia virgo veſtalis de inceſtu conuicta ad portam collatinam viua defoſſa eſt.

Xenophilus



XEnophilus pithagoricus phus patria calcedoneſis hoc etiaꝫ tempe magno habetur in precio qui omnis humani incommodi (vt aiũt) expers fuit cum etiam vixiſſet annis. 105. Deinde ſummo ſplendore doctrine ac perfectione mortuus eſt.

## Archiphilas



Archiphilas phūs a quo incepit secta Achademicorum hic habuit amicū paupez et egrotum sed vtrunq₃ p verecundia dissimulātem: quod cum Archiphilas compisset: indicauit sine confusione secretius fore succurrenduz: et acceptum pecunie sacculum clam illius puluinari subiecit illo penitus ignorante vt homo inutiliter verecundus quod desiderabat vel q̄ indiguit inueniret potiꝰ q̄ȝ dono accipet.

Isti duo consules cum alexādro rege Epyri pugnauerunt.

Iste Emilius cum romanis contra tarentinos bellum iustissimum egit: auxilium ferente tarentinis pirro rege grecorum bellatū est vltra quatuor annos. tandem victo pirro in patria miserabiliter mortuo tarentini cum carthaginensibus fedus inierunt et ex hoc punica bella inchoata fuerunt.

## Valerius Coruinus



Marcus Valerius cognomento Coruinꝰ romanꝰ adolescēs pstantis quidē animi et singularis virtutis Camillo nō indignior fuit: qui licet adolescēs ⁊ ipē cōtra gallū virū magnitudine ⁊ armis insignē singularem assumpsit pugnā qui dum armatus in mediū pcessisset et nondum manū cōseruisset euiꝰ galee repente coruus ales insedit: qui certamine inito e Valerij galea nunq̄ȝ discessit imo et rostro et vnguibꝰ oculos galli vulnerare nō destitit q̄ad Valerius hostē tali pdigio territū obtruncauit. Quo mortuo statim coruus e cōspectu euanuit. Et valerius deinceps Coruini noīe appellatꝰ est.

Consules isti duo scilicet Emilius contra tarentinos bellum egit. et Curius cum pirro rege pugnauit et idem Curiꝰ terciū bellum gessit contra epyrotas Pirrū fugauit cesis .xxiij. milibus. Ait eni nec acie vinci nec pecunia corrumpi possuȝ. Malo diuitibꝰ imperare q̄ȝ locuples fieri.

Isti duo consules sibijnuicem succedentes prefuerunt. Genutius vicit affros et tharentinos Sempronius autē vicit picentes. in qua pugna terra tremuit quasi horresceret tantū sanguinē hoīm suscipe q̄ȝ pauci romani qui vicerunt euasere.

## Lucius Papirius



Lucius Papiriꝰ patriciꝰ Romanꝰ bellator clarissimꝰ a Senatu Ro. dictator electus Quintū fabiū magistrū equitū sibi cōstituit. Qui statim contra Sānites ex senatus decreto expeditiōnē suscipiēs in eos acies dirigit Sed paulopost cum dictatore rome opus esset Quīto fabio equitū magistro pcepit: ne se absente cū hoste pugnare psumeret. Fabiꝰ autē adolescēs: vt erat animo strenuꝰ post dictatoris profectionem aliquando p exploratores didicit: omnia apud hostes soluta esse qui animo accensus: euestigio cū samnitibus incredibili feruore cōflixit atq₃ vt acriꝰ pugnaret equis omnibꝰ frenos detraxit atq₃ ita calcaribꝰ concitatos in hostiū agmen pmisit: vt nulla eos vis sustinere posset. Quā obrē ad viginti hostiū milia in ea die cesa fuisse Liuiꝰ scribit. Parta itaq₃ victoria de re bene gesta litteras (non ad dictatorez) sed ad senatum mittere curauit. Quā obrē iratꝰ dictator Fabiū adiudicauit capitali pena esse reum. q̄ se absente pugnasset. Qui cum ad mortē duceretur ingenti militum et populi fauore liberatus est. Tantāq₃ eā obrem seditionē in papiriū milites cōmouerunt vt ipē vix mortis impetū potuerit euadere postea samnites romanos apud caudinas furculas angustijs locorū conclusos ingenti deditione vicerūt. Verū sequenti anno iubēte senatu romani duce papirio samnites deuicerūt. Qua victoria triumphum duxit.

## Linea Consulum romanorum

Torquatus Decius



Emilius consul



Emilius Marcus Curius



Genucius Sempronius



Linea regum Syrie
Seleucus Ceraunes



Antiochus Magnus



Seleucus iners



SEleucꝰ Ceraunus eiꝰ nois scōs. Quītꝰ syrie rex regnuit ānis. 2. Is cōtra ciuitates q̄ a p̄re defecerāt ingentē classē cōparauit. Et orta tēpestate classē oēm amisit p̄ter nudū corpꝰ ⁊ paucos comites. Deīn post naufragiū a ptolomeo euergete victus in antiochiā fugit vbi a frē Antiocho auxilia postulauit antiochus aūt cū esset ānoꝝ. 14. sup̄ etate regni cupidꝰ sub occasiōe regni defendendi fratri huic Seleuco regnū abstulit.

ISti duo frēs Antiochꝰ magnꝰ ⁊ Seleucus ceraunos ambo regnauerūt volētes vero vīdicare sanguinē p̄ris sui ⁊ onye q̄s euergetes rex egipti interfecit. Grandē duxūt exercitū cōtra philopatorē filium euergeti. Sed añ cōgressuꝫ Seleucꝰ morit̄. et antiochꝰ ꝓsequit̄ bellū: in q̄ vix auffugiēs totū exercitū ꝑdidit. Rursumq̄ꝫ cōgregās exercitū ⁊ ꝯtra Epiphanē filiū philopatoris adhuc puerꝫ q̄ttuor ānoꝝ habēs cū m̄ltis alijs secū philippū regē macedonū. obtinuitq̄ꝫ ꝯtra duces ptolomei pueri: fugauitq̄ꝫ Scopā ducē eiꝰ. iudeā q̄ꝫ cū m̄ltis alijs ciuitatibus acq̄siuit ⁊ oīa grauauit. Et q̄z armis egiptū capere nō poterat volēs despōdit epiphani filiā suā vt sic quasi amicꝰ regnū itraret. S; nō ꝓualuit cum res innotuit.

ANtiochꝰ cognomēto magnꝰ eiꝰ nois q̄rtus Sextꝰ syrie rex: syrijs regnare cepit regnuit ānis. 36. Is ptolomeū philometrē deuicit. ⁊ cū viribꝰ ⁊ diuitijs plurimū habūdaret ita exercitū instruxit vt gregarij milites auro caligas facerēt huic annibal penꝰ cartaginē tradēs metu romāoꝝ ad eū secessit. Romani antiochi ⁊ annibal' insolētias sustinere nō valētes L. Corneliū ꝯsulē ⁊ Scipiōes. s. nasicā ⁊ affricanū legatos cōstituētes annibalē superarūt Etiā antiochū deuicētes. coegerūt eū pacē a romāis postulare. Cōcessa vt ex europa asiaq̄ꝫ recederet se itra thaurꝫ contineret: ⁊. 20. obsidibꝰ datis decē milia talētoꝝ q̄t ānis ꝑsolueret. Eū tādē thesauri cupiditate a sacerdotibꝰ fallaciter ꝑmissi ꝑsidē intrassꝫ in fano fortune ab ip̄is sacerdotibꝰ ꝑemptꝰ ⁊ mēbratim cōcisus e templo ꝓiectus est.

SEleucꝰ ille q̄ ⁊ philopator septimꝰ asie ⁊ syrie rex regnuit ānis. 12. Vir q̄dē īgenio hebes ⁊ iniquꝰ: misit heliodoꝝ ad spoliandū erariū in tēplo q̄ iniq̄ iudicās p angelū flagellatꝰ vix ad vitā redijt Onia ꝓ eo orante. Hic cum nullum filium successorem reliquisset. Antiochum illusorem fratrem successorem habuit.

## Machabei



SEptē filij machabei cum matre et Eleazaro cū m̄ltis alijs martyrio coronāt̄. qui martyres ante incarnatione filij dei ꝓ lege dei vsq̄ꝫ ad mortē grauissima tolerauere tormēta.

ANno. xix. epiphanis fuit illa victoria iudeorum de Antiocho magno de quo. 2. machabeorum. iiij. dicitur de magnis periculis adeo liberati magnifice gratias agimus ipi vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus.

## Linea pontificū

Simon filꝰ Onye



Onias



Symon



Onyas pius



## Linea Christi

Eleazar



Eleazar an. m. 5009.

ISte symō onye pōtificis filiꝰ duodecimus hebreoꝝ sūmꝰ pōtifex sedit ānis. 12. Vir bonꝰ: magna hn̄s ꝑcōnis laudis. Ecclesiastici l. q̄ templū reformauit in meliꝰ: ⁊ ciuitatē ꝑpualuit amplificare. Hic curauit gentē suā ⁊ liberauit eā a ꝑditiōe. Moriens tandē oniā filiū reliquit successorem.

ONias magnꝰ simonis filꝰ pōtificatū obtinēs sedit ānis. 29. q̄ ꝓpter tyrānidē antiochi cū iudeā subegit fugit cū multis iudeis in egiptū. Ibiq̄ꝫ extruxit templū adinstar tēpli ihierusalē in q̄ grauiter peccauit agēdo supsticiōse. moriens reliquit filium adhuc infantē.

ISte Symō fuit filiꝰ Onye q̄ tenuit pōtificatū post fugā patris sui. princeps aūt sacerdotum tandē moriens tres post se reliq̄t filios Onyā Jesuꝫ ⁊ Johannem Quia tres p̄cipatꝰ Sacerdocij ꝓuenerunt.

ONias pius fuit vir sanctꝰ gratꝰ deo ⁊ hoībus: q̄ tandē ab andronico occisꝰ ē. At rex de iustissimi viri nece turbatꝰ. Andronicū homicidā capi fecit ⁊ purpura exutū eo in loco q̄ oniā pemerat tādiu vgīcedi fec donec expiraret



# Sena

SEna vrbium ethrurie. viribꝰ opibuſq; nunc ſcḋa amenissimo loco ſita. Et vt Policrates libro ſexto tradit a gallis ſenoneſibus tpibus brennij ante xpi aduentū. ccc lxxxij. cū in ytaliā venit condita ꝓ ſenibus ſuis ⁊ armētarijs eam cōſtruxerūt: nō modo fides hyſtorie ſed celebris traditio ex eo quidem validior. Nā ſeneſes ⁊ liniamētis membroꝝ ⁊ venuſtate faciei ⁊ coloris gratia: moribꝰ quoq; ipſis ad gallos ⁊ britones a quibꝰ originē traxerūt videnť accedere: licet eos vetuſtas tpis: orbis plaga: ſitus regionis. cōuictꝰ finitimoꝝ quibꝰ ſanguine ⁊ moribꝰ diu ꝑmixti ſunt ex magna pte mutauerit. Sed reuera inter nouas numerari poteſt: cū nullis in veterū monimētis repiať: nullaq; antiq̄tatis veſtigia in ea appareant. Sunt q̄ affirmāt Karolū cui maleo fuit cognomētū eā cōdidiſſe. In celebri tamē monaſterio venetijs ſcti Georgij de alga (qḋ glioſus pontifex Eugeniꝰ relicto primū ſeculo ꝓpria edificauit paterne hereditatis pecunia) inuenit in libro litteris ſcripto ꝑuetuſtis. Johannē romanū pontificē nomis ordine duo de viceſimū acceptis de peruſina cluſieſi. Aretina. feſulana. florētina. ⁊ volaterrana dioceſibꝰ. ſex plebatibꝰ. ciuitatem hāc edificaſſe: q̄ ab ipo ſex plebatuū numero Sena fuerit appellata. Hec quippe ciuitas nunc ſupcolle cuiuſdā peninſule iacet vndiq; q̄ſi ripas rugoſas habēs: in ſupiore tamē vrbis pte ſolū aliquātulū habꝫ ortis viridarijſq; ornatū. In qua quidē celeberrima extant edificia. Videlicet gymnaſiū ꝑpulcrū ⁊ foꝝ ⁊ porticus et regia palatia. Hoſpitaleq; ſumptuoſiſſimū pietiſſime gubernatum. Ampla q̄ꝫ et libera eſt cū turribus ⁊ ꝓpugnaculis ac optis inſtituta moribꝰ: pplo neq; rudi neq; inurbano. Eiꝰ ager maximꝰ ⁊ herbidus ſemꝑ boū bubaloꝝ ouiūq; multoꝝ nutritor. Frumēti q̄ꝫ vini et olei ferax. ac fructuū oīs generis abūdans. Hec a roma ſtadijs octingētis diſtat. Cuiꝰ viri inter etruſcos religione moribꝰ ac lingua ꝑſtare noſcuntur. Habuit aūt Sena illuſtrās ſidꝰ ſctm̄ Bernardinū cuiꝰ reliquie apud aquilā vrbē miraclis ꝑ ſingulos dies multiplicatis coruſcāt: Is ꝑmꝰ oīm ordinē beati Franciſci ad eā q̄ nūc tantoꝑe viget obſeruāciā regule ꝑduxerit. Ornataq; fuit Hugone medico ⁊ pho qui ceteris ſui ſeculi poſt functū vita Jacobū forliuieſem doctior clarioꝛq; habitꝰ. Et friderico iuris cōſultiſſimo: qui ea in doctrina cōſilia plima reliq̄t. Sena q̄ꝫ Siluio enea pſis ꝑmū laurea: poſt: epiſcopali ⁊ papali mitra redimito. Vtriſq; plimis ⁊ pōtificibꝰ doctriua excultis ornatur. Umbronē ſeneſis agri fluuiū inter ⁊ paludē danaām ſiue fluuiū paliā que ea palus efficit multa ſunt mōtana ⁊ campeſtria opida. Ineſtq; cluſiū vetuſtiſſima vrbs de qua Pliniꝰ plura ſcribit; que olim Carmon fuit nomīata; nūc vrbi ſenenſi ſubiecta ⁊ ab eo aucta.

Reges Egipti

Ptolomeus epiphanes



Ptolomeus philometor



Ptolomeus Epiphanes quĩt⁹ egiptiorꝫ rex regnauit annis. 24. Hic tpe adepti regni nōdū quatuor exceſſerat ānos: et cū ei⁹ infantia cōſilij et roboris compos eſſe nō potuit: Antioch⁹ magn⁹ ſyrie rex ad ſuum regnum aſpirās: illud bellica excurſiōe vexare cepit. Sed regni principes ꝓ infante fideliter dimicātes regnū oīne defenſarūt. Ad ipm quoqȝ fouendū Onias iudeorꝫ pontifex deſcēdit: cum aūt ad pubertatis tpa puenisset Antiochus nobilis magni antiochi fili⁹ ſororē ſuā ei inſidioſe dedit vxorē. Ex qua duos ſuſcepit filios: quo audito Antioch⁹ ſub ſpecie viſendi ipam ſororē Cleopatram atqȝ filios egiptū ingreſſus ipm ptolomeū regē inter epulas occidi iuſſit Cūqȝ vniuerſaȝ egiptū ſibi ſubiugare niteref ab egiptijs extra cōfines eiectus eſt: poſt biennū rurſus alexandriā obſidēs: a romanis legatis de egipto recedere compulſus eſt.

Ptolome⁹ iſte philometor ſext⁹ egiptiorꝫ rex regnauit ānis. 35. Hic antiochi ſororis fili⁹ ſegnis ad modū vir: huic adoleſcēti antioch⁹ auūcul⁹ bellum intulit: ꝓpter qđ legatos ad Senatū ro. miſit ab eo auxilia poſtulās mouere ſenatū adoleſcētis pces: pompiliūqȝ legatū ad antiochū miſere vt ab egipto abſtineret: quo viſo ei oſculū dedit: ꝑlatoqȝ ſenat⁹ decreto et eū cunctari videret cōſultationēqȝ ad amicos referri. Ibi pompili⁹ virga quā manu tenebat amplo circulo incluſuȝ amicos cōſulere iubet: nec pri⁹ exeat qȝ ſenatui reſpōſuȝ det aut pacē aut bellū habitur⁹. Hec auſteritas animū regis fregit vt ſe pariturū ſenatui reſpōderit. Hic demū filiā Cleopatrā alexandro Syrie regi vxorē dedit: ab eo deinde ablatā demetrio dedit. quem cū cōtra ſe venientē fugauit ac die tercia in oblatiōe capitis alexādri ſibi p Arabū regē facta p̄ gaudio expirauit

Caprona



Titus liuius

Minucia



Menander

Caprona Montalis virgo veſtalis inceſti rea ſuſpendio affecta eſt.

Titus liuius Tragediarum ſcriptor clarus habetur. Qui ob ingenij meritum a liuio Saliuatore cuius libros erudiebat libertate donatus.

Minucia virgo veſtalis et de inceſtu conuicta viua obruta eſt.



Theophraſtus

Theophraſtus chreſius phus et teſte Anthenodoro in libro deambulationū fullonis fili⁹. In propria patria audiuit primo leucippū ciueȝ ſuū: inde cum platonē audiuiſſet ſe ad ariſtotelē trāſtulit. Eoqȝ in calcidē ꝓfecto illi in ſcole regimine ſucceſſit: fuit vir ſumme prudētie ſtudijqȝ ſingl'aris atqȝ eloquij admirādi. Ita vt cū antea illi tyranno nomen eſſet ob diuinā eloquētiā ariſtoteles illū Theophraſtū vocitauerit: itaqȝ circa trecenta librorū volumina edidit: ꝑgebant ad eū audiendū (teſte pamphilo) duo milia diſcipulorꝫ Inter q̄s nichomachū Ariſtotelis filiū habuit diſcipulū: et Menādrū comicū: habebatqȝ hoc ſemꝑ in ore. Sumpt⁹ p̄cioſiſſimus tempus eſt. Obijt annorꝫ octuagintaquinqȝ.



Demetrius



Menippus



Menāder poeta comic⁹ Theophraſti diſcipul⁹ qui vt Quintilian⁹ ait. meo iudicio diligenter lectus ad cūcta que precipim⁹ efficienda ſufficit. Ita omnē vite ymaginē expſſit: tanta in eo inueniēdi copia eloquēdi facultas. Ita eſt in omnib⁹ reb⁹ pſonis affectib⁹ accomodatus: ob que putauerat illū Ouidi⁹ ꝑpetuo duraturus. Hūc ⁊ paul⁹ apłus ſe legiſſe indicat: cū ad Corinthios ait. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. i. Corinth:os. xv.



Menippus phus Cynic⁹ genere phen ⁊ condictiōe ſeru⁹: cui⁹ dñs fuit bach⁹ quidā pontic⁹. Fuitqȝ (vt retulit hermipp⁹) diurn⁹ fenerator: tandē inſidias paſſus oīa que habebat amiſit. Ex qua re ſe ſuſpendit.

Demetri⁹ phaleri⁹ cognomēto phus Theophraſti diſciplus: diſputator ſubtilis ⁊ orator: parū vehemēs fuit (vt Cicero ait) dulcis tñ: hic cū apd athenienſes ob eximias ei⁹ ꝟtutes. 10. annos pfuiſſet trecēte ⁊ ſexagita ereis ſtatuis honorat⁹ fuit. eo q̄ ciuitatē redditib⁹ ⁊ edificijs plurimuȝ auxerit. Abſens poſtea ab inuidis imagines dirute. qđ cū comptū habuit ait. Virtutē nō euerterūt cui⁹ gr̄a illas erexerant. Dicebatqȝ hic tantū in republica valere eloquētiā quantum in bello ferrum.

Anno vrbis condite. cccclxxvij. cum iam clarum vrbis rome nomen eſſet. Arma tamen extra ytaliam mota non fuerant vt igitur cognoſceretur que copie romanoruꝫ eſſent cenſus eſt habitus: tū inuenta ſunt capita .cc lxxxxij. milia. ccc xxxiiij. Quāq̄ꝫ a cōdita vrbe nū q̄ꝫ bella ceſſaſſent: ⁊ contra affros belluꝫ ſuſceptuꝫ eſt: primū Appio claudio: Quīto fabio conſulibus in ſicilia contra eos pugnatū eſt. Et appi⁹ claudius de Affris ⁊ rege ſicilie hierone triūphauit.

Sub iſtis conſulibus inchoatum eſt bellum punicum cum hanniba le ſeniore.

Gneo et Gayo conſulibus romani in mari dimicauerunt paratis nauibus roſtratis: quas liburnas vocant Cornelius fraude decept⁹ eſt. Duellius commiſſo prelio cartaginēſium ducem vicit. xxx. ⁊ vnaꝫ naues cepit. xiiij. merſit. vij. milia hoſtium cepit. triaq̄ꝫ milia occidit: neq̄ꝫ vlla victoria romāis gratior fuit: qd̄ inuicti ſ ra iā etiā mari plimū poſſet.

Criſpus philozoph⁹



Criſpus ſtoicus phus natione Elius ꝑ hoc tempus floruit. Qui anno vite ſue octogeſimo librum adeo ſubtiliter compoſuit: vt ad ea que ibi conſcripſit penitus cognoſcēda longa vita op⁹ eſſet: ſicut teſtatur valerius libro. 8. Ex cuius nota bilioribus ſententijs hec vna celeberrima fuit. Sapiens nulla re eget: et tamē multis rebus illi op⁹. Econtra ſtulto nulla re opus eſt: nulla enim re ſcit vti: ſed omnibus eget. Zenon etiā ſuo tempe phus ait. Sepultus apud te ſit ſermo quem tu ſolus audieris: hij duo ſtoice ſecte autores fuerunt.

Iſti duo conſules cum hannone cartaginenſium imꝑatore pugnauerunt. Corſicam ⁊ ſardinam vaſtarunt: et ſcipio multa milia inde captiuorum adduxit triumphum egit.

Polemon phus



Polemon Athenienſis phus his tempꝛibus agnoſcitur. Qui laercio teſte cūꝫ iuuenis eſſet ad modum lubricus et impudicus fuit vt pecunias circūferret quo eſſet ad omnes implēdas voluptates paratior: eas itidem in angiportis et vijs occulebat. Sed cum ſemel ebrius et coronatus in ſcolam xenocratis irrumperet: ille ꝑtermiſſa oratione: quā inceperat de pudicitia dicere cepit. Quo ſecutum dicunt vt decetero ſtudio et induſtria adeo ſeipm̄ vinceret vt xenocrati in regenda ſcola ſuccederet.

Sub iſtis conſulibus diuerſe ignium aquarumq̄ꝫ clades pene vrbem conſumpſerunt: et bellum in affricam tranſlatum eſt contra Amilcarem cartaginenſium ducem in mari pugnatū victuſq̄ꝫ eſt. Conſules vſq̄ꝫ ad cartaginem ꝓceſſerūt multiſq̄ꝫ vaſtatis oppidis. Mallius victor romā redijt attili⁹ regul⁹ in affrica remāſit. Is ꝯtra affros aciem inſtruxit contra tres carthaginenſiū duces Aſdrubales duos et Amilcarem dimicans victor fuit. xvij. milia hoſtium cecidit et ſerpentem mire magnitudinis occidit. Cuius coriū centum viginti pedum longitudinem habuit romamq̄ꝫ delatū cunctis miraculo fuit. Tunc victi Cartaginenſes pacem a romanis petierunt. Regulus tamen poſtea victus in vltima pernicie.

Linea conſulum Romanorum

Apius claudius | Quintus fabius



Gneus cornelius | Gayus duellius



Lucius ſcipio | C florus aquilio



M. atilius regulus | Lucius mallius vulſo



Marco Emilio | Paulus ſeruius



Marco Emilio: paulo ſeruio conſulibus ambo hij romani conſules ad affricam profecti ſunt cum trecentarum nauium claſſe clipeam petunt et confeſtim cartaginem venerunt: primum affros nauali certamine ſuperant. Emilius conſul centum et quattuor naues hoſtium demerſit: triginta cum pugnatoribus cepit. xv. milia hoſtium aut occidit aut cepit. Et ſubacta affrica tunc fuiſſet niſi q̄ꝫ tanta fames erat vt diutius exercitus expectare non poſſet. Conſules autem circa ſiciliam naufragium paſſi. Hoc tempore argenteus nummus primum in vrbe figuratus eſt.

BIBLIOTECA NACIONAL

Linea regum Syrie

Antiochus epiphanes illustris



Antioch⁹ fili⁹ epiphanis



Demetrius sother



ISte antioch⁹ nobilis siue illustris regnauit annis xi. pessim⁹ fuit ⁊ figura antixpi. Hic audita morte patris fratrisqꝫ sui inercia cū rome esset obses: clā fugit ⁊ veniēs in syriā recept⁹ est a quibusdā ciuitatibus: mortuoqꝫ fr̄e. ꝓ eo regnauit: ⁊ vendito sacerdocio ꝑmū a Jasone postea a Menelao: quoꝝ suasu iudei sibi noīa gentiū imponebāt: sacrificia fieri ꝓhibuit in templo in hierusalē. Demū veniēs de egipto menelay ductione spoliauit templū coegitqꝫ iudeos ydolis sacrificare: ⁊ trāsire ad rit⁹ gentiuꝫ: ponēs in templo ydolū Jouis olimpij ꝓhibuit circūcisionē: interficiēs circūcidētes: septē fr̄es cū m̄re nolētes comedere carnes porcinas varijs tormēt̄ occidit. qui oēs aīo cōstāti ꝓ obseruatiōe legū martiriū ꝓtulere. Postremo volens ire ꝯtra hierusalē cecidit de curru ꝯfractusqꝫ ⁊ demū a vermib⁹ cōsumpt⁹. miserabilit̄ mortuus est in terra aliena.

ANtioch⁹ iste Eupator regnauit ānis. 2. hic patre sublato puul⁹ relict⁹ est adhuc adolēscēs habuit tutorem lysiā: ⁊ cū cōtra iudeos exercituꝫ duxissent nō lōge p⁹ ambo a suis occisi sunt ꝓpter timorē demetrij filij seleuci eupatoris.

Linea Christi

Mathan fili⁹ Eleazary



Mathathias habuit quinqꝫ filios coniuges



ISte demetrius sother decimus syrie ⁊ Asie rex priuigno interfecto regnauit ānis. 12. filius Seleuc. antiochum eupatorē et lysiā occidit. Alchimū pōtificē ꝯstituit cū q̄ bachides missus hierusalē m̄ltos iudeoꝝ occidit. nychanorē a iuda machabeo occisū amisit: ⁊ bachidē iudā occidit: tandē ab alexādro vict⁹. illū vita pariter ⁊ regnū ꝑuauit.

MAthathias sacerdos filius Johānis filij symonis doctrina ⁊ glorie fama apud iudeos plurimum honorat⁹ est. Vir sanctus percussit in zelo suo peccatores: qui habuit quinqꝫ filios eiusdem zeli verū ipse non erat pontifex sed tres filij eius quo mortuo in Modin sepelitur.

ISte iudas q̄ ⁊ machabe⁹ vir fortissim⁹ ⁊ bellicosus mathathie fili⁹ fuit strēnuissim⁹ bellator ⁊ triumphator magnific⁹. q̄ nec an̄ se nec p⁹ similem hūit. e⁹ gloriosa opa patēt i libris machabeoꝝ. Hic postremo in bello cecidit: ꝓ dei legib⁹ mortē sustinēs cū trib⁹ ānis pontificatū administrasset.

TEmplū purgat a iuda et fratrib⁹ postqꝫ ꝓ trib⁹ ānis fuerat ꝓphanatū.

IOnathas iudeoꝝ dux pariter ⁊ pōtifex pplin iudeoꝝ p⁹ iudā rexit ānis. 19. nō impar frī suo machabeo v̄tute fuit. Tandē a triphone dolose capt⁹ cū filijs interficit̄. Cui⁹ corp⁹ symon frater ei⁹ cū luctu sepeliuit.




Aristarcus



ARistarc⁹ gr̄matic⁹ claruit tpe Machabeoꝝ.

Bacuuius



BAcuui⁹ brūdusin⁹ tragediarū scriptor: nepos Ennij poete ex filia claruit p̄io rome inde postmodū tharētū regressus ē: et nonagenari⁹ mortu⁹ est.

SImō mathathie fili⁹ terci⁹ iudeoꝝ dux pariter pōtifex sedit ānis. 8. religiosus ⁊ prudētissimus fuit: ab adolescētia sua optie ꝯuersat⁹ ē: tandē occasus neqter a genere suo. Iste simō ⁊ ionathas fr̄es iude p⁹ ei⁹ occisiōē corp⁹ ab hostib⁹ redimētes i modin patrū suoꝝ sepulchro sepeliere. Ptolome⁹ q̄ꝫ cū eū ad cōuiuiū inuitasset: eūdē cū duob⁹ filijs interfecit. Et ip̄i⁹ symonis vxorem cum reliquis duob⁹ in vincula cōiecit. Et in his finit̄ prim⁹ liber machabeorum.

PTolomeus Euergetes philometoris filius Cleopatreq germanꝰ ſeptimus egiptiorum rex: regnauit annis .29. Vir quidē peſſimꝰ atq ſeuiſſimꝰ ob cuius ſeuitiam frater eius ⁊ Cleopatra ſoror ſibi timentes regnū ei p legatos obtulerūt. cum fraternū regnum ſine vllo certamine recepiſſet elatus factus: fratris filium e complexu matris enecauit: ⁊ omnes eius fautores trucidauit. Et ſic ciuibꝰ ſuis cruentꝰ extitit: Ita quoq romanis qui illic venerāt ridiculo fuit. Quia vt Iuſtinꝰ ſcribit. Vultu deformis erat ſtatura breuis et ſagina ventris belue pſimilis. Quā quidē feditatē nimia veſtis ſubtilitas augebat. Hic quippe filios ex ſorore et ex vxoris ſorore ſuſcepit. Ac etiā ſororis filiam per vim ſtuprauit. Cuius filiū membratim diuiſum et in ciſta poſitum in die natalis eius inter epulas iuſſit offerri.

PTolomeus phiſton qui et Sother euergetis filius octauus egiptiorū rex. regnauit annis .17. his tpibus Antiochus tyricenus demetrij filius Et antiochus griffi regis frater adinuicem dimicantes ſucceſſiue modo vnus modo alter regnabant. Inter has autem regni Syrie parricidiales diſcordias mortuus eſt ptolomeus iſte relicto regno vxori.

PTolomeus alexander nonꝰ Egiptiorū rex regnauit expulſo fratre annis .10. Hic ptolomei ſother predicti frater fuit. Cleopatra mater, poſtq̄ cum maiore filio decem ⁊ ſeptem annis regnaſſet grauiter ferens filij ſocietate populum in eum concitauit ⁊ in Cyprū exulare coegit. Acceſſito iſto alexādro minore filio in locum fratris ſecum regnare fecit. Sed tandem ab eodem occupata interficitur. Et a populo in exiliū actus. Ptolomeꝰ ſother reuocatꝰ in regnum. Igit alexander regni cyreneorū quod ei pater teſtamēto reliquerat populo romano herede inſtituto deceſſit.

PTolomeus Sother paulo ante a matre pulſus. hic anno Alexandro ab Egiptijs interfecto regnum paternum iterū recuperans regnauit annis octo. Cum enim alexander matrem occidiſſet ipſum in vindictam matris repulerant. vt iam ſcriptum fuit.

## Linea Regum Egipti

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus philon ſiue ſother



Ptolomeus alexander



Ptolomeus ſother



HAnnibal hamilcaris Carthaginenſium ducis filius. quinq et viginti etatis annos habens Impator carthaginenſiū exercitus creatus eſt hic ceteris ducibus prudentia. audatia. conſilioq ad pericula capeſcēda anteibat. Impator factꝰ triennio omnes hyſpanie gentes bello ſubegit. fratreq ſuo Aſdrubale ad hyſpanie cuſtodiam relicto. ipſe pyrrhenū ſaltū tranſijt. Et poſtq̄ ad alpes puenit que ſcilicet ytaliā a gallia ſeiungūt. quas nemo vnq̄ cum exercitu preterq̄ hercules tranſierat: ita itinera et loca lapidoſa ſtruēs comburendo et acetum infundendo patefecit vt Elephas oneratus ire poſſet. cum antea vix vnus homo quiret repetere. In eo tamē loco multi niuibus obruti cum elephantis periere. Tradit ad ytaliam .lxxx. milia peditum et viginti milia equitum ſeptem et triginta elephantes adduxiſſe. Deſcendit itaq Hannibal in Thaurinenſes agros. Et puagata tota regione Ciſalpina romanos tribus prelijs profugauit: ac multas vrbes obtinuit. Idēq p ligures fecit Poſtea appenninū tranſiliens apud ethruriā vbi nunc florentiā graui oculoꝝ morbo affectus eſt. vt dextrum amiſerit oculū. deinde C. flamineū interfecit: q facto fabiꝰ maximꝰ a ſenatu cōtra ipm miſſus per ſumma montiū et abdita nemorum caſtra ponēs eius feruorem deluſit. ⁊ repta occaſione aretinorū auxilio vicit. Et ſic p ſedecim annos totam ytaliam varijs cladibꝰ fatigauit. Inde in apuliam pgens maxima clade romanos apud cannas affecit. In quo quidē plio tot romanorū milia ceſa ſunt: vt tres ānuloꝝ aureoꝝ modios quos e romanorum militū manꝰ extraxerat Carthaginē mitteret. Cōſulares quoq viri ac ſenatores capti aut occiſi fuere. Et de romanis actū fuiſſet ſi Hannibal ſtatim poſt victoriam ad vrbem acceſſiſſet. Is tamen coactꝰ ytaliā relinquere ⁊ opē patrie ſue ferre que a publio ſcipione pmebat. Cū carthaginēſes cū romanis pacem compoſuere ad antiochum regem confugit. deinde ab bithinie regē T. quintꝰ legatꝰ cōtra eū prexit. Ne a romanis caperet cōfeſtim guſtato veneno qd in ānulo more regio gerebat aīam expulit. Et ſic eo genere mortis a romanorū vinculis ſe liberauit. Deceſſit aūt ſeptuageſimo vite ſue anno.

Hanibal





Anno ab vrbe condita.cccc lxxx. Sanguis e terra et lac e celo manare viſum eſt in ſpecie pluuie. peſtilẽtia grauis in vrbe biennio fuit: quã ſibillini libri dixerunt celeſti ira impoſitã: nõ inquerebat numerꝰ eorũ qui periſſent: ſed ipſorum qui fuerunt ſuperſtites.

Coloſſus ingens ſolis ſimulacrum a clare lydo ſtatuario fabricatum apud rhodum inſulam terremotu corruit. Erat quippe (vt plinius refert) ſtatua admirãda altitudinis cubitorum. 70. turribus equipperãda. Et e ſeptem miraculis mũdi maximum fuiſſe teſtantur.

Strato pħus



Strato lampſacenus pħus Archeſilai filius vir eloquẽtiſſimus. Et in ſpeculatione phiſica pre ceteris diligentiſſime ſpeculatus. Unde et phiſicus ẽ appellatus: fuit ptolomei philadelphi preceptor a quo talentis octuaginta donatus ẽ Scripſit de regno: de iuſticia ꝛ de dijs. Aiunt eum fuiſſe tam tenuem vt ſine ſenſu moreretur. Silphon quoqȝ pħus ſuo tempore omnibus bonis amiſſis ſolus nudus euadens ait. Omnia mea bona mecum porto: pectore enim geſtabat.




Crates pħus



Crates atheniẽſis academicꝰ philoſophus filius antigenis. palemonis auditor illiuſqȝ ſucceſſor ſcole: qui adeo ſe viuẽtes amarunt: vt eadẽ ſemp ſtudia ſint cõſecuti: et mortui eodem ſepulchro ſepulti: q̃s antagoras in hanc ſententiam verſibus exornauit. Hoc tumulo Crateni et polemonẽ cõditos fatere qui tranſis o hoſpes viros conſenſu animorũ precipuos: quoꝝ diuino ex ore doctrina manauit ſacra viteqȝ mundicies ſapiẽtie adiuncta.

Panetius



Silphon pħus



Panetius pħus claruit tpe Scipiõis rome cꝰ et pceptor fuit. Qui ſtoice ſecte pħus extitit: Quẽ cicero in libro officiorũ imitatus eſt. cuius hec eſt ſententia. Uitam hominum qui etatem in medio reruꝫ agũt ac ſibi ſuiſqȝ vſibus eſſe volũt ad cauenda picula ex impulſo aſſidua ꝛ pce quotidiana: oportet aĩo eſſe pmpto ſemper et intento.

Silphon megarenſis pħus his tempibus floruit hunc et imitatione atqȝ ſapientia tantũ alios preceſſiſſe dicunt vt parũ abfuerit: quin omnis gratia in illum intenta in Megaram tranſiſſe diceretur Cicero vero libro de fato dicit illum fuiſſe hominem acutum maximeqȝ ſuis temporibus approbatũ. Qui cum capta aliquando eſſet eius patria: et omnibꝰ eiꝰ bonis amiſſis ſolus nudus euadẽs interrogaret. An omnia perdidiſſet: Reſpondit omnia mea bona mecũ porto: pectore enim illa: non in ſcapulis ſe geſtare dicebat.

Poſſidonius



Licon pħus



Poſſidonius pħus ſtoicus panecij diſcipulꝰ claruit tempore ſcipionis hic fuit aſtrologꝰ magnus teſte auguſtino.

Eraſiſtratꝰ q̃s atheniẽſis medicꝰ ſcđm Euſebiuꝫ his tpibꝰ floruit hic cũ ex ariſtotelis famulia natꝰ eſſet etiam eximꝰ medicꝰ euaſit. Qui cũ antiochũ regẽ ex grauiſſimo morbo ſanaſſet a ptolomeo rege eiꝰ filio centũ talentis donatꝰ eſt vt teſtis eſt plinꝰ libro vigeſimonono naturalis hiſtorie.

Licon troadẽſis pħus clarꝰ habet vir quidẽ eloquẽs et in educãdis inſtruẽdiſqȝ pueris maxie idoneꝰ. Dicebat em̃ neceſſario adiũgi pueris pudorẽ ꝛ laudis ſtudiũ velut equis calcar. Fuit hic dũ vixit habitu mũdiſſimꝰ ꝛ veſtiũ incredibili mũdicie atqȝ nitore: Et cũ eẽt corpe fortiſſimꝰ pile ludo ſe exercuit. Tenuit aũt ſcole pncipatũ ãnis. 44. Tandẽ feſſus podagre morbo anno vite ſue. 74. interijt. Timon appolloniates pħus etiã ſuis tpibꝰ floruit hic duꝫ iuuenis eſſet mltis obſcenitatibus ſe immerſit: poſtea factꝰ vir (licet egenꝰ) repudiatis vicijs in calcedoniã iuit: ibiqȝ philoſophiã ꝛ oratoriã artem didicit atqȝ exercuit. Scripſit aũt diuerſa poemata Tragedias Comedias ꝛ Satiras.

## Linea Conſulum romanorum

L. Metellus C. Furius



C. Attilus T. Mallius



L. Emilius Terrentius varro



Lucio cecilio metelle. Caio furio placido conſulibus. Metellus in Sicilia affrorum ducem Aſdrubalē cū. cxxx. elephantis et magnis copijs venientem ſuperauit. Apud panormū. xx. milia hoſtium occidit: ſex et viginti elephantes cepit reliquos errantes ꝑ numidas quos i auxilium habebant collegit. Et romā deduxit ingenti pompa.

T. Mallio Torquato Caio Attilo cōſulibus de Sardis triumphatū eſt Et pace omīb⁹ locis facta. Romani nullum bellum habuerunt. Quod bis poſt romam conditam ſemel tantꝫ numa pōpilio regnante contigerat. Et porta iani clauſa eſt vno anno.

Emilio conſule ingentes gallorū copie alpes tranſierunt: ſed pro romanis tota italia conſenſit. xl. tū milia hoſtium capta et interfecta ſepteꝫ milia. Et triumphus emilio decretus. Gallorū ſiquideꝫ animi feroces: corpa pluſq̄ humana erant. ſed experimento deprehēſuꝫ eſt q̄ virtus eorum ſicut primo impetu maior q̄ virorū eſt. Ita ſequens minor q̄ feminarum. Alpina corpa humenti celo educata habent quoddā ſimile niuibus ſuis Cum mox calore pugne ſtatim ſudorem emittūt: leui motu q̄ſi calefaciēte ſole laxantur aliquot deinde annis euolutis p⁹ contra gallos intra ytaliam pugnatuꝫ eſt finituq̄ eſt bellum M. Claudio marcello Gn. Cornelio Scipione conſulib⁹. Poſtea idem Marcellus cū collega ſuo Cornelio ingentes copias Gallorꝫ peremit Mediolanum expugnauit: grandem predam romam ꝑtulit ac triumphās marcellus ſpolia gallorum ſtipiti impoſita humeris ſuis vexit.

## Linea Conſulum romanorum

M. C. marcell⁹ Cornelius Scipio



Lucius Mallius Cōforius M. Mallius



Lucius cenſorinus Marcus maulius



Eodem anno bellum punicum ſcdm romanis illatum eſt per Annibalem carthaginenſium ducem filium amilcaris qui iam dudum amilcari patri ad aras iurauerat cū adhuc nouem eſſet annorū ſe vt primum poſſet aduerſus romanos pugnaturum.

Quingenteſimo et quadrageſimo anno a condita vrbe Lucius emilius paulus publius Terrentius varro contra hannibalem mittuntur ambo tamen vincuntur.

Tranſacto punico bello ſecutum eſt Macedonicum contra philippum regem. l. et quingenteſimo primo anno ab vrbe condita T. Quintius flammini⁹ aduerſus eum mittitur: et proſpere geſſit et pax ei oblata eſt his legibus ne grecis ciuitatibus quos romani contra eum defenderant bellum inferret: vt captiuos et tranſfugas redderet. Quinquaginta ſolas naues haberet reliquas romanis daret. Et per annos decies quaterna milia pondo argenti preſtaret; et obſidem daret filium Demetrium.

## Linea Regum Syrie

Alexander filiꝰ antiochi



Demetrius filiꝰ demetrij



Antiochus adoleſcens Sedetes



Triphon



Alexander



Alexander ille filius antiochi epiphanes vndecimus Syrie et aſye rex regnauit ſcdm Euſebiū annis. 9. ſemꝑ iudeis gracioſus fuit. Jonathan machabeū ducē ſibi cōfederauit: eius adiutorio occidit demetriū ſother: et regnauit ꝓ eo. Cleopatram ptolomei filiam regis egipti in vxorē duxit. quā ptolomeus auferens alexandro demetrio filio demetrij ſother vxorē dedit. tandē rex arabū ad quē alexander fugit timens ptolomeū alexandrum occidit caput auferēs ptolomeo tranſmiſit.

Iſte Demetrius regnauit annis tribus poſt alexandrum. Et omni regno paterno recuperato vicijs adoleſcentie in ſegniciem lapſus poſtremo captus in hyrcaniam nouem annis ſine regno priuatus vixit. Tandem regno reſtituto philometor filiam Cleopatram ab alexandro ſublatā vxorem dedit.

Antiochus Sedetes adhuc puer ſuadente triphone aliquid molitus eſt pro reparatione regni ſed parum profecit: quia ſtatim ab eo occaſus eſt. Hi enim duo adinuicem dimicantes ſucceſſiue modo vnus modo alter regnabat.

Iſte Johannes hircanus occiſo patre ſuo ſymone et duobus filijs ſuis Juda et Mathathia a ptolomeo duce in conuiuio in Jericho iure obtinuit ſacerdotium. et adminiſtratis optime rebus viginti tribus annis mortuus eſt: reliquitqꝫ Ariſtobolum filium ſuum primogenitum et anthigonuꝫ cum alijs duobus paruulis. Cumqꝫ nullus eorum ad regendum populum eſſet ydoneus vxorem ſuam diſertiſſimam prefecit ⁊ filijs. Sedit autem annis. 26. vir ſacerdotio dignus atqꝫ ducatu ſtrenuꝰ. A romanis ius amicicie poſtulans obtinere promeruit. Hic multas ſeditiones a phariſeis et eſſenis ꝑtulit: a quibus tandem liberatus: feliciter vſqꝫ in ſenium vixit

Ariſtobolus filius iohannis hircani in vincula matrem cum duobus fratribus minoribus ſuis coniecit: primuſqꝫ dyadema regni ſibi impoſuit. Et vno anno tantūmodo regnauit. Fuitqꝫ rex et ſacerdos: fratremqꝫ ſuum ſuggeſtione vxoris ſue interfecit. Et decurſis. 475. annis a ſedechia vltimo rege iuda quando regnum iuda interruptum et finitum fuit. mortuus eſt morbo acerbiſſimo: vt ſanguinem laceratis viſceribus euomeret.

Triphon capto Jonatha proditorie contra Symoneꝫ fratrem Jonathe bellum mouit. Et acceptis a ſymone centum argenti talentis et duobus filijs Jonathe contra ꝓmiſſa Jonatham cum duobus filijs occidit. Et poſtea dominum ſuum Antiochum adoleſcentem interfecit et pro eo regnauit.

Iſte Alexander ariſtoboli frater apud iudeos pontificatum et regnum ſuſcipiens regnauit annis. 27. relicta enim vxore Ariſtoboli que ex eo prolē non ſuſceperat a vinculis cum duobus fratribus eum abſoluit ⁊ tanqꝫ maiorē regem iudee conſtituit: qui fratrem ſuum ſcdo a ſe genitum occidit. tercium vero regno priuatum ſecum viuere coegit: qui adeo nequiſſimus fuit ꝙ mille ſeniores intra ſex annos peremit. Octingentos quoqꝫ vxoratos viros vna cum vxoribus ac liberis in plateis patibulis affixit: qui eius crimina deteſtabant. Tandē 27. anno regni ſui ex quartana febre mortuus eſt: et reliquit duos filios Hircanum et Ariſtobolum. verum vxorem ſuam alexandram fecit regnare: quia habuit gratiam populi: cum adhuc viuente marito humanitate ſibi allexerat.

Alexander iſte filius Antiochi regnauit poſt triphonem quem occidit dyodatus dux.

## Linea Summorum pontificum

Johannes hircanus



Ariſtobolus



Alexander



Mantua gallie Cenomanoꝝ memorabilis vrbs vt quibuſdã placet a Manta Thireſie vatis filia pꝰ Thebanoꝝ interitũ ab Alexandro tũc illa cõdita fuit. Sũt tñ qui dicãt Thireſiã theſei tpibus fuiſſe. Et in eiꝰ ſeruitutẽ deueniſſe: que poſt pr̃is interitũ in ytaliã cũ multis venit: ⁊ cũ ſocijs grecꝭ mãtuã cõdidit. Sed cũ interim ex thiberino thuſco rege Ocnꝰ natꝰ eſſet: ⁊ ad ipm oppidũ thuſci et veneti cõfluerẽt. Ocnꝰ muris oppidũ circũdedit: ⁊ in aliã formã redegit. ⁊ a mr̃e Mantuã appellauit dicẽte Virgilio. x. li. Eneidos. Ille iam pr̃is agmen ſciet Ocnus ab oris. Fatidice mantꝰ ⁊ thuſci filiꝰ amnis. Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomẽ. Cõſtat tamẽ eam vrbẽ vetuſtiſſimã ab Etruſcis conditã: et vnã fuiſſe duodecim coloniaꝝ quas T. liuiꝰ patauinꝰ docet trãſapenninũ ab ea gente miſſas. preſertim cũ poeta inſignis virgiliꝰ ciuis ſuꝰ id orbi faciat notiſſimũ. diffuſiuſq; eiꝰ vrbis narrat originẽ. Mãtua diues ciuis ſed nõ genus oĩbus vnũ. Hec mõtibꝰ qui galliã ⁊ germaniã ab ytaliã diuidũt vicina eſt. Haud ꝓcul a benaco lacu ex quo minciꝰ effluit qui exundãs Mantuã vſq; labit̃ ibiq; lacu facto vrbẽ circuit. Inde etiã ꝓgrediẽſ breui curſu padũ influit. Paſſa eſt ſupiorĩbꝰ tpibus Mantua calamitates maximas: p̃ter illas que Virgiliano verſu ſunt notiſſime. Mantua ve miſere nimiũ vicina Cremone. Nam ab Athila: Gothis. Lõgobardis ⁊ baioarioꝝ rege aliqñ diruta: qñq; ſpoliata. qñq; menibꝰ aperta ⁊ immunita relicta. Vngari aliqñ ad ſolũ vſq; euertere: vnde ⁊ locꝰ vbi tũc fuerat ad rei memoriã nũc vngaria nũcupat̃. Mathildis nobil' comitiſſa eam diu tenuit. mirificeq; ampliauit. Sub q̃ Nicolaꝰ ſcđs põtifex romanꝰ cõciliũ celebrauit: hanc per multa tpa poſt Mathildim multi poſſiderũt. In qua p̃clariſſime familie de ripa ⁊ paſſerinoꝝ aliqñ prefuere Demũ poſt varios caſus inclite Gonzagorũ familie magni canis auxilio pulſis paſſerinis: ea vſq; in p̃ſenſ cũ maxima laude potiti ſunt. quoꝝ ⁊ preteritoꝝ dñoꝝ cura diligẽtiaq; pulcherrimis põtibꝰ ſup lacũ iactis tum ſupbiſſimis templis: regijs pallacijs: ⁊ nobilibꝰ ciuiũ edibꝰ plurimũ illuſtrata eſt. Vnde ⁊ nũc ampla ciuitas habita eſt: et rerũ abũdãs que ad vſuꝫ hũanũ neceſſarie ſunt. Mãtue ꝑ Karoli magni tẽpa ſanguis xpi miraculoſus appuit. Ad quẽ viſendũ ſcđs Leo papa ſe cõtulit. Et inde in germaniã ad karolũ acceſſit. Karoluſq; caluus magni filiꝰ Mantue veneno perijt. qđ bebreꝰ medicus pecunia corruptus dedit. In ea Anſhelmꝰ lucenſis epus vir ſanctꝰ et eruditione moribuſq; inſignis requieſcit. Et beatiſſimꝰ Johẽnes bonus Mantue ciuis miraculis clariſſimꝰ. Genuit et Albertinũ qui tractatũ de corꝑe xpi edidit. et Matheũ medicũ clariſſimũ qui ad Sicilie regẽ de medicinis opus egregiũ perſcripſit.

## Mantua



Neuius poeta comicus



Neuius poeta Comicus anno .2. regni Ptolomei epiphanes dicti (vt Euſebius ſcribit) Utice moritur: pulſus roma factione nobilium et precipue metelli. Is inter comicos tercium locum habet de quorum dinumeratione et comicorum preſtantia Uulcatius in libro de poetis: hec carmina ponit. Multos incertos certare hanc rem vidimus. Palmam poete comico cui deferant. Cecilio palmam tribuo de comico. Plautus ſecundus facile exuperat ceteros. Deinde neuius qui ſeruet precio in tercio. Si qd quarto detur: dabitur licinio. Poſt inſequi licinium facio attiliū. In ſexto conſequitur hos terrēcius. Turpilius ſeptimum: Trabea octauum obtinet. In nono loco eſſe facile facio lucrecium. Decimū addo antiquitatis ennium.

Plautus Comicus



Plautus comicus poeta lingue latine pater (vt idem Euſebius teſtač) ex vmbrie arpinas al's ſarſinas ciuitate rome morič. Ex cuius ſermone (vt varro epiſtolonis ſententia dixit) muſe locute forent: ſi latine loqui voluiſſent. Floruit in ſcena quintodecimo ferme anno poſtq̄ bellum aduerſus penos ſcdm ſumptum eſt. Et quāq̄ a pluribus grecis comicis fabulas ſumptas in latinum cōuerterit: Oracij tamen ſententia plautus ad exemplum ſiculi ꝑperare epicharmi dicič. Hic vt varro et pleriq̄ alij memorie ꝓdiderunt: cum pecunia omni quā in operis artificū ſcenicorum pepererat: in mercationibꝰ ꝑdita: inops romam rediuiſſet. Et ob querendum victum ad circūagendas molas que truſatiles appellantur opam piſtori locaſſet. Ibi quotiens ab opere vacaret ſcribere fabulas ac vendere ſolitꝰ erat. Mortuus eſt circiter centeſimā et quadrageſimāquintam olimpiadē. Iuſſitq̄ tale ſuo ſepulchro epigrāma incidi vt varro de poetis dicit. Poſtq̄ eſt morte captus plautus comedia luget: ſcena eſt deſerta. Deinde riſus locus luduſq̄ et numeri: innumeri ſimul omnes ſimul collacrimarunt.

Ennius poeta



Ennius quoq̄ poeta comicus Tarenti naſcitur quintius ennius dictus. his temporibus (Euſebio referente) floruit. Qui a catone queſtore romā tranſlatus habitauit in monte auentino parco admodum ſumptu contentꝰ et vnius ancille miniſterio: ſemꝑ ꝑſuadens aīas eſſe immortales. Et ideo in vite ſue termino dixit. Aſpicite o ciues ſenis ennij imaginis formam: hic veſtrum pinxit maxima facta patrum: Nemo me lacrimis decoret: nec funera luctu: faxit cure volito viuus ꝑ ora virum. Itemq̄ poeta pudicitiam predicans dicebat: flagitij initiū eſſe inter ciues corꝑa nudare. Hic cū comedias optimas elegantiſſimaſq̄ edidiſſet ſeptuagenario maior articulari morbo olimpiade .153. interijt. Sepultuſq̄ fuit in ſcipionis monumento via appia.

Scipio affricanus



Scipio Affricanus alterius ſcipionis filius: vir oīm romanoꝝ ferme ꝑſtantiſſimus vigeſimūquartum agens annū duobus ſcipionibus ab haſdrubale interfectis a ſenatu romano ad hyſpanias mittič: fuit quippe panecij auditor: et inter ceteros mortales animi preſtantior. Cū intellexiſſet ſenatum ꝓpter metum hannibalis ytaliam velle relinquere: extracto gladio id ꝓhibuit aſſerens ſe velle patrie defenſorem eſſe. Ceſarie ꝓmiſſa vtebatur habitu corporis virili: is vt Eutropius ait ſeptuaginta ciuitates hyſpanie recepit: quibus feliciter geſtis conſul contra cartaginenſes deſignatur. Eoq̄ ꝑgens aphrorum ducem cum Siphace numidie rege ſibi ſubegit. Nec multo poſt cū hannibale congreſſus ita eiꝰ equitatum fudit vt ſupͣ viginti penorum milia ceſa: totidemq̄ fere capta vna die referatur. et ipe hannibal cum paucis ꝑfugerit: terra mariq̄ pace obtenta in ſiciliam traiecit. Romam tandem ꝑuenit triumpho clariſſimo inuectus: Aphricanus vocari meruit. Sicq̄ ſcdm bellum punicum terminatum eſt: quod ꝑ annos .18. geſtū fuit. Catoni vero contradicens nolebat cartaginē romano impio emulam euerti: ne romani ſine belli metu laſciuirent. Huius ꝑclare fuere ſententie dicebat enī: nunq̄ ſe minus ocioſum: q̄ cum ocioſus eſſet: nec minus ſolum: q̄ cum ſolus eſſet: hic tantus patrie pater ab emulis accuſatus: ab ingrata patria pulſus apud litternum ruſtulū exulans: tandem .52. etatis ſue anno morbo interijt.

Philo iudeus



PHilonem iudeum ex ſacerdotum genere natum: et Alexandrie educatum per hec tempora floruiſſe conſtat. Et ſapientie librum greca lingua (in q̄ peritiſſimus fuit) eleganti ſtilo conſcripſit. Quē ideo ſapientie librū nominauit: quia in eo chriſti ieſu domini noſtri laudes ſpecialiter narrauit: vel quia multipliciter in eo ſapientia cōmendatur. Scripſit autem multa: vt diuus hieronimus in libro de viris illuſtribus cōmemorat.

Catho philozophus



CAthon phūs ſtoicus natione egiptius panecij quondam diſcipulus. multa ſcripta reliquit. Cuius habētur plurima egregie dicta. Ex quibus hec pauca notabilia excerpta feruntur. Deſines timere ſi ſperare deſieris. Queris quid ꝓfecerim: Reſpōdeo amicus mihi eſſe cepi. Si vis amari: ama. Ab eo aliquādo queſitū fuit. An beneficium ſeruꝰ dn̄o dare poſſit: Reſpōdit: quedam ſunt beneficia: quedam vero officia: ⁊ quedam miniſteria. Beneficiū inquit eſt: quod alienꝰ dat: Alienꝰ autē eſt qui potuit ſine reprehēſione ceſſare. Officiū eſt filij vxoriſq; ac ceterarum perſonarum quas neceſſitudo ſuſcitat. ⁊ opem ferre iubet. Miniſterium eſt ſerui quem conditio ſua eo loco poſuit: vt nihil eorum que preſtat imputet ſuperiori.

Catho philozophus



CAtho primus phūs romanus atq; iuriſta: primo quidem queſtor. deinde bis conſul: litterarū tam grecarū q̄ latinarū apud romanos decus. Hic primū cum Q. fabio maximo militauit. Deinde anno poſt quīto queſtor Tarētum miſſus fuit vbi Enniū poetam inueniēs romam ſecū adduxit. Poſtmodum cū Scipione illo viro optimo affricam trāſuectꝰ rempub. nō mediocriter iuuit. Deinde ex edilitatis officio cenſor factꝰ: ac poſtea pretor optime in omnibus ſe habuit. Etiam bis conſul ⁊ poſt conſulatū quē ſtrennue in hiſpania geſſit: tribunus militum dictus eſt. Demum cū ſero ⁊ pene ſenex latinas litteras didiciſſet etiam grecas litteras edoceri appetiuit vnde doctus factus. hiſtorias ⁊ rem militarem tractauit: atq; ſcripſit. Et dum ſibi ex clementia quandam comparaſſet gloriam. Id egit vt iuris ciuilis peritiſſimꝰ haberet. Senatu namq; ⁊ extra Senatū cōtemporaneos omnes grauitatis ⁊ auctoritatis excellētia ſuperauit. Cenſorinus aūt appellatus fuit: q̄ cenſure officiū ſibi ſpecialiter fuerit cōmendatū. Eiꝰ quoq; ornamenta fuerūt ſenatꝰ. maieſtas. et propagata familia. Ex qua quippe maximum decus romanorum. poſterior catho ortus eſt qui ſacratiſſimum illud Cathonum nomen poſtea immortale fecit.

Scipio iunior affricanus



SCipio magni Scipionis nepos omī virtute apud romanos preclarus. Conſul extra ſortem factus Aphrica ſibi decreta eſt. Veniēſq; carthaginē cum ſex continuis diebus noctibuſq; oppugnaſſet: tandem re deſperata Carthaginienſes ad deditionē traxit. petēteſq; vt quos belli clades reliquos fecerat ſaltem ſeruire liceret. Atq; ita primū mulierū agmen ſatis miſerabile: poſt virorum turba deſcendit. Nam (vt liuiꝰ ait) fuiſſe mulierum. 25. milia: virorū. 30. milia captiuorū memorie proditū eſt. Haſdrubal vero imꝑator vltro ſe tranſfuge dedit. Et eius vxor ſe ſuoſq; quodam femineo furore in mediū ſe iecit incendium Ipſa aūt ciuitas ſuppoſito igne ſedecim cōtinuis diebꝰ ardens: miſerūq; victoribꝰ prebuit ſpectaculū. Scipio autem et ipſe cognomen illud celebre meruit: qd auus eius acceperat vt propter hanc fortiſſimam virtutem Affricanus iunior appellaretur.

Publius Terrentius poeta comicus



PUblius Terrentius affer Carthagine natus poeta comicus. Qui a Scipione iuniore ꝑdicto vt quidem exiſtimāt in ſeruiturē ex aphrica ductꝰ ꝓpter ingenij magnitudinē ⁊ forme ꝑſtantiā libertate donatꝰ eſt. Alij ſcribunt: q̄ rome Terrēcꝰ lucano ſenatori ſeruiuit. a q̄ ob ingeniū ⁊ formā nō inſtitutꝰ modo liberaliter ſed mature manumiſſus. Hic cū multis nobilibꝰ familiariter vixit. Sed maxime cū ſcipione aphricano ⁊ cū lelio. Scripſit comedias elegāti ſtudio ſex. In q̄bus multorū mores ad precauēda ꝑicula ānotauit. De morte eiꝰ volcatiꝰ ſic tradit Sed vt affer ſex ꝑplō edidit comedias: iter hinc in aſyā fecit: naui cū ſemel ꝯſcendit: viſus ē nūquā. Ceteri mortuū eſſe in Archadia ſtiphali ſinu leucadie tradūt. Gn. Cor. dolobella. Marco fuluio nobiliore ꝯſulibꝰ fuiſſe dicit mediocri ſtatura gracili corpore. colore fuſco. Reliquit filiam que equiti Ro. nupſit. Hūc affranius omnibus comicis ꝓfert. Sepulchro eiꝰ tale epitaphiū inſcriptū fuit.

Natus in excelſis tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui
Deſcripſi mores hominū iuuenūq; ſenūq; Qualiter ⁊ ſerui decipiāt dominos
Quid meretrix: qd leno: dolis ꝯfingat auarꝰ Hec q̄cūq; leget ſic puto cautꝰ erit.

Anno ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo ab vrbe condita hij cōſules Gallis tranſalpinis bellū intulerūt atq; eoꝝ regi viturto infinitā multitudinē iuxta rhodanū fluuiū interfecerūt. Deniq; cū viturt⁹ paucitatē romanoꝝ vix ad eſcā canib⁹ quos in agmine habebat ſufficere poſſe iactaret: et ipſe. c lxxx. milia armatoꝝ hrēt: cōſerta pugna a romanis ſupatus eſt. Ex cui⁹ exercitu partim in bello: partim ſubmerſi cuꝫ ponte: quē ſibi iūctis nauib⁹ ſupra rhodanū extruxerāt. cl. m. perierunt. Preda ex torquib⁹ galloꝝ ingens ſublata eſt: magnaq; gloria cōſules ambo triumpharūt. M. porcio Catone ꝛ Quīto marco cōſulib⁹ Narbone in gallia colonia deducta eſt annoq; eodē Licinio metello ꝛ quīto lucio Sceuola conſulib⁹ de dalmacia triumphatum eſt.

Tempore horum cōſulum iugurthe Numidaꝝ regi bellū illatum eſt. Qđ Aderbalē ꝛ Hiempſalem Micipſe filios fratres ſuos reges: ꝛ ppli romani amicos interemiſſet. Miſſus aduerſus eū cōſul Calphurni⁹ beſtia: qui corrupt⁹ regis pecunia pacē cū eo flagicioſam fecit. Et a ſenatu improbata eſt. Poſtea cōtra eūdē in ſequēti anno Spurius albin⁹ poſthumi⁹ ꝑfectus eſt. Is quoq; ꝑ fratrē ignominioſe cōtra numidas pugnauit. Tercio miſſus Quitus cecilius Metell⁹ cōſul. Is exercitū ingēti ſeueritate ꝛ moderatione correctū: cū nihil in quēquā corruptum faceret ad diſciplinā romanā reduxit. Jugurtā varijs prelijs vicit: Elephātes eius occidit vel cepit ꝛ multas ciuitates: et cū iam finē bello impoſitur⁹ eſſet: ſucceſſuꝫ eſt ei a Caio mario. Is iugurtā ꝛ bochū mauritonie regem qui auxiliū iugurte ferre ceperat pariter ſupauit. xx. milia armatorū ad internitionē cecidit. Tandē ante currū Marij iugurta cū duobus filijs duct⁹ eſt cathenat⁹. Et mox iuſſu cōſulis in carcere ſtrangulatus eſt.

Marius poſt victoriam iugurtinā ſecūdo cōſul fact⁹ eſt. Bellumq; ei contra Cymbros ꝛ Theutones decretū eſt. Tercio quoq; et ꝛ quarto delatus eſt cōſulat⁹: quia bellū Cymbricū ꝓtrahebatur. Sed in quīto cōſulatu collegam habuit Quītum lucanū catulū. Cū priores cōſules a Cymbris ꝛ Theutonib⁹ ꝛ Ambronib⁹ que erant Germanorum ꝛ gallorū gentes victi ſunt iuxta flumen rhodanum. Timor Rome grandis fuit: quātum vix hannibalis tempe punicis bellis: cuꝫ Cymbrias itaq; cōflixit. Et ex duobus prelijs. cc. milia hoſtiū cecidit. xxx. milia cepit: interea Cymbri ꝛ Theutones quoꝝ copia adhuc īfinita erat ad ytaliā tranſierūt. Iterū a Caio mario ꝛ Quīto catulo cōtra eos dimicatū eſt: ſed a Catuli parte felici⁹. Nam eo ꝓlio qđ ſimul ambo geſſerunt. c xl. milia aut in pugna aut fuga ceſa ſunt. xl. milia capta. Romani milites ex vtroq; exercitu. ccc. perierūt. Tria ꝛ trigīta Cymbris ſigna ſublata ſunt: ex hijs exercit⁹ Marij duo reportauit. Catuli exercit⁹. xxxi. Sed ab eorū mulierib⁹ grauiorē pene q̄ȝ ab ipſis pugnaꝫ romani experti ſunt: Hee etenī plauſtris in modū caſtroꝝ depoſitis ipſe deſuꝑ ꝓpugnantes diu obſtitere romanis. Sed cū ab eis ipſe nouo cedis genere terrerētur: abſciſſis enī cū crine ceruicib⁹ inhoneſto ſatis vulnere turpes relinquebātur. Ferrum qđ in hoſtes ſumpſerāt in ſe ſuoſq; verterūt. Nā miſſa ad mariū legatione cū libertate ac ſacerdocium non impetraſſet nec fas erat: ſuffocatis eliſiſq; paſſim infantib⁹ ſuis aut mutuis cōcidere vulnerib⁹ aut vinculis e crinibus ſuis facto ab arboribus iugiſq; plauſtroꝝ pependerūt.

Anno vrbis condite ſexcenteſimo ſexageſimo ſecūdo: primū rome bellū ciuile cōmotū eſt. Eodē āno etiam Mithridaticus: cauſam bello ciuili Caius marius ſexies cōſul dedit. Nam cū Silla cōſul contra Mithridatē geſturus bellū (qui aſiam ꝛ achaiā occupauerat) mitteref. Iſq; exercitū in Campania paulilꝑ teneret: vt belli ſocialis qđ intra ytaliā geſtū fuerat reliquie tollerent. Marius affectauit vt ipſe ad bellum Mithridaticū mitteref. Quare ſilla cōmotus cū exercitu ad vrbē venit. Illic cōtra mariū ꝛ Sulpicium dimicauit: prim⁹ vrbē armat⁹ ingreſſus eſt Sulpiciū interfecit. Mariū fugauit. Atq; ita cōſulib⁹ ordinatis in futurū annū Gneo octauio ꝛ Cornelio Cinna ad aſiam ꝑfect⁹ eſt. In tpe ipſo dira ꝓdigia viſa ſunt. Nam ſub ortū ſolis glob⁹ igne⁹ regione ſeptētrionis cū maximo celi fragore emicuit. Apud aretinos inconuinio cruor e panib⁹ fluxit. Tum etiā oīm generū animalia que inter hoīes viuere ſolita erant: relictis ſtabulis paſcuiſq; cū balatu hinnitu mugituq; miſerabili ad ſiluas mōteſq; fugerunt. Hec mora poſt hec grauia prodigia bella ciuilia ſecuta ſunt.

## Linea Conſulum romanorum

Caius Caſſi⁹ Longinus — Sextus domicius Caluinus



Scipio Naſica — Calphurnius beſtia



Caius Marius — Quintus Catulus



Gneus octauius — Cornelius Cinna



Silla patricius roman⁹ cū plurima ī iugurthino bello edidiſſet faci
nora. Impatoris gloriā a ſenatu reportauit. qui ſtatim cōtra mi
thridatē miſſus in achaia ꝛ aſia vicit. Hic ex antiqua atqꝫ pclara
ſcipionū familia ortus: oēm vitā ab adoleſcētia quibuſcūqꝫ flagicijs inq
natā vſqꝫ ad queſturā duxit: quā ſub mario cōtra iugurtā adept⁹ eſt. In q
quidē officio vitā penit⁹ cōmutauit. Nā cathenas iugurthe manib⁹ iecit:
mithridatē cōpēſcuit: ſocialis belli luct⁹ repreſſit: cynne dn̄ationē fregit:
ꝛ mariū pſcriptū ꝛ exulē eſſe coegit. Erat aūt lr̄is grecis latiniſqꝫ optie
eruditus: facūdus: acer: aſtutus: glorie cupidus: multaꝝ reꝝ ꝛ maxime
pecunie largitor: aīo grandis: ita dubitari potuit: fortior an felicior foret
dictator factus. ita rempu. repreſſit vt nemo illo inuito: nec bona: nec pa
triā: nec vitā ipſam retinere poſſet. Sub priuata tandē vita puteolos ſe
cōtulit morbo inteſtinali mortē obijt. Quo mortuo duo funeſtiſſima bel
la italicū qđ ſociale dicebat: ꝛ ciuile ſyllanū finē habuerūt: que ambo p
tracta ſunt p decē annos. Cōſumpſerūt aūt vltra centū quinqꝫginta milia
hominū: viros conſulares. xxiiij. Senatores fere. ccc. Abſqꝫ his qui in to
ta italia paſſim deleti ſunt.

Cum ſilla rempublicā cōpoſuiſſet ſub his cōſulib⁹ bella noua exar
ſerūt: vnū in hiſpania: aliud in pamphilia ꝛ ſiciliaꝫ: terciū ī macedo
nia: quartū in dalmacia. Nā ſertori⁹ qui partiū marianarū fuerat ad bel
lum cōmouit hiſpanias. Miſſi ſunt cōtra eū duces Quint⁹: Cecili⁹: Me
tellus fili⁹ eius. Et in populi ro. ditionē redacti ſunt. Ad macedoniā miſ
ſus eſt Appius Claudi⁹ deinde Cn. Scriboni⁹ Curio. Is dardanos vi
cit ꝛ vſqꝫ ad danubiū penetrauit: ita vno tpe multi ſimul triūphi fuerūt.

Bellū ſeruile primū inter inicia vrbis herodonio duce ſabino in ipa
vrbe tentatū eſt; ſed hic tumultus magis fuit qꝫ bellū. Mox impio
p diuerſa terrarū occupato. quis crederet ſiciliā multo cruenti⁹ ſeruili qꝫ
punico bello eſſe vaſtatā: terrā frugū feraꝫ: ꝛ quodāmodo ſuburbana p
uincia late fundis ciuiū latinoꝝ tenebat. Tandē ppenna impatore de eis
ſupplicium ſumptum eſt: fuitqꝫ de ſeruis ouatione contentus ne dignita
tem triumphi ſeruili inſcriptione violaret.

Anno ſexcenteſimo vrbis condite. lxxxix. L. Sergius catilina tpib⁹
hoꝝ conſulū nobiliſſimi generis vir ſed ingenij prauiſſimi ad delen
dā patriā cōiurauit: cū quibuſdā claris quidē: ſed audacib⁹ viris a cicero
ne vrbe expulſus eſt. Socij eius dephēſi in carcere ſtrāgulati ſunt. Ab an
tonio altero cōſule catilina ipe vict⁹ plio eſt ꝛ interfect⁹. Deinde anno ſe
quēti Junio ſillano ꝛ L. murena cōſulib⁹ metellus de creta triūphauit.

Pompeius maxim⁹ romanoꝝ impator maxio in precio apud roma
nos habitus eſt: qui deuictis magna celeritate pyrratis iterato con
tra vigintiduos reges oriētis impator deſignatus eſt: qui mitridatē ī ar
menia minore nocturno plio vicit. Tigrani deinde regi bellū intulit: dein
de albanis ꝛ regē eoꝝ herodē prudēter ꝛ hiberie regem vicit. Mox itu
reos ꝛ arabes. Inde ad iudeā trāſgreſſus eſt hieroſolimā caput gētis ob
ſedit: non ſolū natura loci verū etiā ingenti muro foſſaqꝫ maxie munitam
vix tercio menſe expugnauit. M. iudeoꝝ occiſis ceteris in fidē acceptis:
muros ciuitatis euerti imperauit: hircanū ſacerdotio reſtituit: ariſtobolū
captiuū romā duxit: his geſtis in aſiam ſe recepit: reuerſus deniqꝫ romaꝫ
cum ingenti gloria triumphauit Junio ſillano ꝛ L. murena cōſulibus.

Caius iulius ceſar qui poſtea impauit anno vrbis condite. 698. cuꝫ
L. bibulo cōſul factus decreta eſt ei Gallia trāſalpina ꝛ ciſalpina ꝛ
comata. Addidit ꝛ ſenatus illiricū cū legionib⁹ denis. Cū quib⁹ p decē
annos bellans grauiſſima plia cōfecit. Primo vicit heluetios ꝛ vſqꝫ ad
oceanū britānicū pceſſit. Deinde Arioviſtū regē cui auxiliabāt Arudes
Marcomones Tribeti Vangiones Sueui ꝛc. fugere cōpulit. Poſt hec
gentē belgarū ꝛ alios qui vno noīe germani vocant. Deinde facto pon
te rhenum tranſgreſſus. Domuit aūt annis. ix. fere oēm galliā: que inter alpes ꝛ flumen rhodanū: rhenūꝫ
ꝛ oceanum eſt: ꝛ circuitus patet: hinc bellū ſucceſſit ciuile execrandū. Ceſar enī e gallia rediens victor aliū
conſulatū petijt: contradictū eſt a marcello: a bibulo: a pompeio: a catone: iuſſuſqꝫ vt dimiſſis exercitib⁹ ad
vrbē rediret: ꝛ pompei⁹ cū impio miſſus eſt, ppter quā iniuriā potius cōmune ꝛ pluſqꝫ bellū exortū eſt.

Linea Conſulum romanorum

Silla



Marcus Emilius Quintus Catulus



Marcus Tuli⁹ Cicero Gneus Gneus



Pompeius



Caius Julius Lucius Bibulus



Florentia nobiliſſima ⁊ inclita ac primaria vrbiuꝫ ethrurie. Eius origo refert in ſillanoꝝ militum (quibus is ager a ſilla aſſignatus fuit) aduentũ. Et quia primas illi ſedes ad arnifluenta ceperũt fluentiam inde primo dictam volunt. Et quidem plinius apud quem primuꝫ eius loci mentio facta eſt fluentinos dicit: ꝓfluenti arno appoſitos. Venerunt vero hi milites ad annuꝫ condite vrbis rome ſexcenteſimũ ⁊ ſeptimũ ſupra ſexageſimũ. vnde iniciũ habuiſſe videt̃ florentia ante chriſti dei noſtri aduẽtum annos circiter octogintatres. Condita igit̃ fuit florentia ex feſulanis ad ripas arni fluuij: ⁊ priſci homines fluentiã vocauere. Que cũ auſpicijs fundata felicib⁹ vicinas ꝑ circuitũ ciuitates excellere: miriſqꝫ modis imperiũ ꝓpagare cepiſſet Florentia longe melius q̃ꝫ fluẽtia dicta eſt. Multis ea ciuitas ꝑ Gothorum tempora incõmodis agitata eſt. Totila enim eam immunitã ⁊ deſolatã fecerit. Quã karolus magn⁹ inſtaurare fecit: maioreqꝫ ambitu menibus circũdedit. Et digniſſimis priuilegijs ⁊ magiſtratibus decorauit. Itaqꝫ florentia acceptis vi ⁊ in ſe populariter traductis feſulanis ad annũ ſalutis quartũ ⁊ vigeſimũ ſupra milleſimũ plurimũ opibus ⁊ gloria eſt aucta. Quo item anno Heinricus primus imꝑator eccleſiam ſancti Miniatis ad muros florentie edificauit. Ex eo fere t̃pe ꝑ priores artiũ ⁊ vexilliferos iuſticie ſicut nũc fit gubernari cepit. Preterea in vrbe p̃ter reliqua ornamenta incredibilia baſilica inſignis ⁊ ſtupendo opis fornice eſt ornata: glorioſeqꝫ virgini dicata. Et quarto abinde anno pallaciũ item ſuꝑbiſſimũ quod inhabitant priores edificari cepit. Quinto poſtmodũ anno ſcꝫ. 1071. ꝓductũ eſt pomeriũ: ⁊ menibus vrbs eſt ampliata: ⁊ ripis fluminis vltra ſacros diui Laurentij edes ꝑpetuo ambitu deducta. Turris vero marmorea inter ceteras orbis campanarias ſpecioſa ad annũ inde primũ ⁊ triceſimũ excitata. Ibi p̃curſoris index maxima in veneratione habet̃: ob cuius honorẽ edes p̃clariſſima in celebriori vrbis loco



dicata habet: quã baptiſteriũ dicunt. Cuius value ex ſolido ere exiſtunt: vbi noui ⁊ veteris teſtamenti hiſtorie inenarrabili ope ſculpte habent. Floꝛentia cũ omni italie ciuitatũ flos nuncupet: etiã p̃ter pulchritudinẽ ⁊ ciuiũ vrbanitatẽ: viros quoqꝫ in omni genere virtutis p̃ſtantioꝛes habuit. Duobuſqꝫ poetis oꝛnata fuit. Dante Aldegerio ⁊ Franciſco petrarcha. Quoꝝ hic patre floꝛentino ſed exule apud aretiũ nat⁹ ⁊ arquade inter colles euganeos moꝛtuus ac ſepultus eſt. Ille floꝛentinis parentib⁹ floꝛẽtie natus. obijt Rauenne patria exul. Paulopoſt iottum habuit pictoꝛẽ celeberrimũ apelli equipandũ. Habuit quoqꝫ accurſiũ iuriſconſultoꝝ principẽ: qui ius ciuile egregie interp̃tatus eſt. Reddidit ⁊ medicũ Tadeũ omnium clariſſimũ. Oꝛnataqꝫ fuit coſino mediceo quẽ opum affluentia humanitate ⁊ liberalitate ſupantem ciues europe celebꝛem reddũt. Cumulantqꝫ eius felicitatẽ filij ſui ⁊ nepotes qui floꝛentie vrbi plurima addiderunt oꝛnamenta. Monaſteriũ p̃cipue celebꝛe ſancti marci in quo pulcherrime extructiones ⁊ bibliotheca q̃ alias ſupat oẽs: eius viri ſummi magnificentiã oſtendũt. Et priuate eius edes in via lata extructe romanos opibus compande. Floꝛentiſſime aũt vrbis originẽ geſtaſqꝫ res abunde complexus eſt Leonardus aretin⁹. Secus floꝛentinã feſula vrbs vetuſta ⁊ multoꝝ ſcriptis p̃ſertim Saluſtij ⁊ Liuij celebꝛata interijt vel vt ſap̃ in floꝛentiã populũ opeſqꝫ mutauit. Ex cui⁹ montib⁹ qui ad orientẽ vergũt Munio torrẽs oꝛit̃ floꝛentina abluẽs menia: floꝛentinã vrbem diuidit arnos amnis pontibus in ea quatuoꝛ magni opis iunctus. Vallem arni ſupioꝛẽ qua nullã habet: nũc ager floꝛentinus: vini optimi feracioꝛẽ quãtũ p̃fluẽti arno appoſita planicies ambit fuiſſe paluſtrẽ aiunt. Cõmendanda eſt multis in rebus floꝛentinoꝝ p̃uidentia: tum maxie qđ eligẽdis cancellarijs que oꝛatoꝛiã ſpectãt: ⁊ q̃ vocãt humanitatꝭ ſtudia peritos acceptãt: vt Leonardũ ⁊ carolũ aretinos Poggiũ: ⁊ añ eos colluciũ q̃ ſcribẽdi dictãdiqꝫ artẽ diſertiſſime tradiderũt.



## Linea Regum Syrie

Antiochus pius



Antiochus spondius



Demetrius macero



Philippus



Iste antiochus confortatus Triphonē persecutus est et in fugaz verti. Cum Triphon erat partium alexandri primus. Is videns ꝙ omnis exercitus murmurabat contra Demetrium iuit in arabiam vt reduceret inde Antiochū: deinde cogitauit Triphon occidere antiochū ⁊ imponere sibi diadema: sed timuit Jonathan strenuū defensorem antiochi. Deinde exiuit antiochus in terram patrū suoꝝ: ⁊ cōuenerūt ad eum omnes exercitus ita vt pauci essent cum triphone. Deinde obsedit dorā ⁊ conclusit triphonē: tandem in parthia occiditur.

Antiochus Spondius fuit filius antiochi pij. Qui de regno fugit in parthos.

Mitridates rex



Mitridates pharnacis regis parthoꝝ fili⁹ ⁊ ponti rex fuit. Apud sinopem natus educatusqꝫ qui cum puer parētib⁹ orbatus est: mox vt adoleuit finitimos populos et Scythas in suam potestatē redegit Et cū romanis ꝑ quadraginta annos varijs euentib⁹ cruentissimū gessit bellū. Bythiniam ac capadociam similiter adeptus. Asiam. phrigiam paphlagoniā ⁊ Macedoniam inuasit: multa et preclara agens prelia nec vna via romanos aggressus est. Ferūt hūc duos et viginti linguas (tot eīn nationibus imperauit) notas habuisse: vt qua quisqꝫ lingua eū postulasset: eadem sibi ius redderet. Et cū lr̄is grecis imbutus esset musice etiā operā dabat. Sobrietatis eximie: laboꝝ patiētissim⁹. Cū tandē Cn. pompei⁹ nocturno ꝓlio vicit castra diripuit quadraginta mille ei⁹ occidit. Pharnaces filius ei⁹ cū alios filios trucidasset exercitū aduersus patrē duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filiū frustra ꝓcatus. Statim descendens ad vxores pelices ⁊ filias suas venenū oībus dedit. Qđ cuz ipse nouissimus oīm hausisset: nec tū ꝓpter remedia quib⁹ se p̄muniuerat veneno infici posset Gallū quendā vitigis militē inuitauit: eiqꝫ iugulū prebuit. Perijt autez apud Bosphoꝝ qui regnauit annis q̄draginta. Quo mortuo apud Synopem consensu pompeij regali sepulchro conditus est.

Linea presidum Syrie

Scaurus



Demetrius iste frater Anthiochi precedētis fuit quem Alexander rex iudeorum occidit.

Philippus vltim⁹ Syrie ⁊ Asie rex. iiij. regni alexandri regnare cepit ⁊ regnauit annis. ij. Quo regnāte Anthiochus ei⁹ patruus in parthos fugiens pompeio se tradidit: post quē statim philipp⁹ hic a gabino consule captus: regnū ei⁹ in romanoꝝ ditionem cessit. Et tunc Syrie regnū finē accepit qđ ꝑ ducentos viginti annos sub regibus xvij. durauit.

Sabinus



Post vltimū regem syrie ⁊ a Pompeio romanis tributaria effecta est Syria: Pompeius hierosolimā veniens vrbem cepit: templū reserauit ⁊ ad sancta sanctoꝝ vsqꝫ accessit: hircano principatū sacerdotij donauit. Aristobolū ei⁹ fratrem abduxit. Ex tūc iudei libertatē penit⁹ deposuerunt ⁊ subiecti romanis esse ceperūt Et pompei⁹ scauro principi: regionis curā cōmisit relictis secū duab⁹ cohortib⁹.

Crassus



Gabinus in syriā missus est: vt scauro succederet. Is cōmēdata cura tēpli hircano: gētē iudeoꝝ in qnqꝫ cōuēt⁹ diuisit q̄si pētharchias iudee frāgēs supbiā

Cassius



Crassus romanus consul pompei collega: mortuo gabino syrie preside: in locū suū a senatu surrogat: vt maxime parthos syrie vicinos rebellantes reprimeret. Vir quidē cupidissim⁹ ⁊ insatiabilis cupiditatis: qui audita hierosolimitani templi opulentia quā pompeius intactā reliquerat: vrbem ingressus: templum ꝑuadit: opes duoꝝ miliū talentoꝝ abstulit: inde diuertens ꝑ mesopotamiā i parthiā ꝑuenit: moxqꝫ eufraten transiuit: ⁊ cū ꝓpe carā ventū esset parthi subito ingruentes sagittis oppssere romanos: ⁊ rapido equitatu crassum ꝑsecuti sunt: ⁊ eū circūuenti turpiter interfecerūt: quidā scribūt aurū i os ei⁹ infusū eū interijsse.

Iste Cassius preses syrie Crasso successit. Is tandē mouit exercitū contra Octauianū nongenta argēti talenta a iudeis extorquens: demū a philippis occisus est.

Lugdunum tranſalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octauiani auguſti tempibus: Euſebio teſte
a numantio planco ciceronis diſcipulo oratoris clariſſimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanuſ
qꝫ miſcentur condita fuit, Quāqꝫ franciſcꝰ petrarcha de ea ſcribat. Lugdunū nobilis et romanorū
colonia eſt: paulūqꝫ vetuſtior agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneū currētes Arar rodanuſqꝫ
conueniūt. Sonam incole appellāt. Que ſup̄ reliquas gallie ciuitates Narbone excepta viroꝝ clariſſimoꝝ
ordine diu claruit vt Strabo habet. Nā et vſui magno fuit illis Emporiū ac in preſentiarū eſt. Monetā ar
genteā atqꝫ aureā eo in loco iuſſu auguſti romani ſignabāt duces. Templū etiā ab vniuerſis gallis cōmuni
deſignatū impēſa. Et auguſto ceſari dicatū: ante hāc vrbē edificatū eſt vbi fluuiorū eſt coniectio. Adeſt et ara
dignitatis eximie gentiū. lx. numero inſcriptū habēs titulum. Earūqꝫ ſingularū ſtatua vna: hanc vrbē gen
ti olim Segoſianorū preſidere cōſtabat. Que in rhodani et dabudis fluuioꝝ medio iacet. Reliqꝫ dehinc
gentes vergētes ad rhenū partim a dabude partim ab arare diſcernūtur. Hi nāqꝫ amnes ab alpibus delati
deinde in vnū alueū cōfluētes delabunt̄ in rhodanū. Rurſus aūt ſuperās rhodanꝰ viennā deferꝛ allobro-
gum metropolim. Tribꝰ his fluuijs euenit vt initio in aquilonē: dehinc in occidentē deferant̄. Jāqꝫ in vnū
tandē amnē cōfluens in auſtrū iterū curuatꝰ excurrit. Quoad erūpat: alijs acceptis fluminibus. Et hinc reli-
quum in mare curſuz pficit. Templū vero vna cū tota regione ſicut Seneca ad Luciliū refert facili igne ſuo
tempe quo ad Agripina: videlicet tempe Senece exuſtū eſt. Quā vrbē inter celtas aſcribere quibuſdā pla/
cet. hinc plotinus (Qui primꝰ rome latinā rhetoricā docuit) duxit originē. a quo Cicero ſe rome puerū cuz
Q. fratre latine primū doctū retulit. hinc ſanctꝰ Augendus vita et miraculis clarꝰ. hinc ſanctꝰ Deſiderius
epiſcopus. Et S. Baldomerꝰ cuiꝰ miracula crebra ciuitatē reddūt illuſtrē. hinc romanꝰ abbas: qui primꝰ
ibidē vitā heremiticā duxit. et multorū extitit pater monachoꝝ. Ornat̄ etiā hec ciuitas ſancto Nicetio epi
ſcopo: ⁊ Hyreno epō policarpi diſcipulo: qui ibi martyrio coronatꝰ. Jn ea domicianꝰ abbas: Lupus epſ
et anachorita. Antiochuſqꝫ epus qui in dn̄o quieſcit. Juſtꝰ preterea angelis primꝰ ibi vitā finiuit. Hec in
clita vrbs francoꝝ regibꝰ diu paruit. Qui ibi ſolēnes nundinas inſtituerūt. Vbi et pilatus ⁊ Herodes (vt
fertur) a romanis principibꝰ relegati vitā infamē finiere. Lugdunū aūt (vt aliquibꝰ placet) a lugda Ceſaris
legione ſic appellata illis locis frequētꝰ hibernāte dictū eſt. Lugda em̄ gallica lingua idez quod fulgur de
ſignat. Sic etiā vt refert Tacitꝰ legio quedā romana apud hiſpanos locata eſt: cui nomē fuit Rapax ad ter/
rendos his appellationibus populos: Nam nomia ſunt iſta pene timenda ſono

Lion



## Linea Chriſti Jacob



Jacob pater Joſeph naturalis ſed heli pater eius legalis fuit. Huc Matheus. illū Lucas cōmemorat.

## Alexandra



Alexandra vxor Alexandri regis iudeorum regnauit annis nouem. Nam marit⁹ ſuus moriens Hircanū ꝛ Ariſtobolum liberos reliquit. ſed regnum huic Alexandre vxori tradidit. Eo ꝙ Hircanus rerū gubernatiōem ignorās vitam ocioſam elegerat. Ariſtobol⁹ vo efficax ꝛ audax erat. Ipa ei a pplo plurimum diligebat. Que ſuſcepto magiſtrato hircanum ꝓpter etatē principē ſacerdotū ſtatim ordinauit. Eo tpe orta in iudea hereſis phariſeoꝝ. Quoꝝ cōſilio vtebatur in oīnibus. nomē aūt regium ipa tantū ferebat. Eorūqꝫ cōſilio optimates iudeorū occidit aut exilio damnauit cōturbās oīa. hec tamē mſta geſſit ad regni ꝯſeruationē callida circa regni detētionē. Attamē cum nec bonū aut iuſtū aduerteret añqꝫ vitā finiret ad ſummā calamitatē negocia domus ſue ꝑduxit Et poſt mortez multis miſerijs regnū compleuit. Gentē tamē ſuam in pace cuſtodiuit. Deniqꝫ cum inualitudinē ſeuiſſimam incidiſſet. Ariſtobolus collecta plurimorum manu poſt matrē ſe regnaturum declarauit. Illa paulo p⁹ anno etatis ſue. 73. vita deceſſit.

Hircanus Alexandri iudeorum regis ex p̄dicta alexandra filius vigeſimuſterci⁹ iudeoꝝ pōtifex. principatū ſacerdotij ſuſcipiens. Sedit annis. 24. hic a matre pōtifex ꝯſtitut⁹ poſt mortem matris maximas queſtiones ꝛ concertationes habuit. Ariſtobolus collecto exercitu cōtra fratrem mouit arma. Cūqꝫ egreſſi eſſent fratres in campis iericonthinis victus hircanus fugit in hieruſalem. Tandez in concordiam venerunt: vt ariſtobolus regnaret. Hircanus vero ſub eo quibuſlibet honoribus fungeretur. paulo poſt hircanus promiſſis non contentus. ad Arethā regem arabum noctu confugit: vnde collecto exercitu venit in iudeaz et obſedit hieruſalem. Scaurus tamē dux romanorū ſoluit obſidium. ratus tēpus eſſe vt de facili iudeam poneret ſub tributo. Atqꝫ in hunc modum contendentes occaſionē inuadendi iudeam romanis prebuerūt. Quāobrem pompei⁹ hieroſolimā veniēs. Cū eam obſediſſet; orta eſt diſſenſio in vrbe. Nam fautores ariſtobolis vrbem tueri. hircani eam tradere romanis contendebant. Rece prius tandē in vrbē templū expugnabat. Menſe tamē tercio phanum irruptuz eſt. Fauſtus cornelius Sille filius primus ingredi auſus eſt. ꝛ romani templū ꝓphanauerunt. nihil tamē inde tulit. Hircano vero iterato principatum ſacerdocij donauit. Et iudea ſub tributo conſtituta eſt.

Ariſtobolus ꝑ pompeium poſt deuaſtationē vrbis captiuus ad romaz ꝑductus eſt. cum duob⁹ filijs alexandro ꝛ antigono totidemqꝫ filiab⁹. Et extunc iudei libertatē penitus depoſuerunt. ꝛ ſubiecti romanis eſſe ceperūt. Sirie ꝛ iudee adminiſtratio Scauro eſt ꝯmiſſa inde gabinio. Poſt hec caſu elapſ⁹ eſt roma ariſtobolus. qui magno exercitu iudeoꝝ cōflato. ad eū debellandū miſſus eſt a gabinio antoni⁹ ariſtobol⁹ ꝑ gabinū capt⁹ eſt. iterū romā ꝑduct⁹. In diſcidio pompei ꝛ ceſaris in ſyriā cū duab⁹ cohortib⁹ miſſus. verū ſpes ceſaris fruſtrata. a ſtudioſis pompey veneno perijt. cum iudeam in poteſtatem ceſaris ſubijcere attemptauit.

Alexander pōtifex fili⁹ ariſtoboli. Is duz romā cū pře duceret ex itinere fugit. qui magna manu collecta iudeā populabat. Et hircano patruo inſidias ponebat. Obtinebat aūt munitiſſima loca alexandrū hircanū ꝛ Macherunta. Occiſus deinde antiochie a ſcipione ſecuri percuſſus iuxta tenorē litteraꝝ pompey. prius habita accuſatione in iudicio ſuꝑ his q̄ in romanos admiſerat

Antigonus Ariſtoboli iudeorū regis filius. Alexander ꝛ ariſtobolus trucidati antigono ſolo ſuꝑſtite cum duabus ſororibus fugiēs euaſit. Ceſar ſyrie iudeeqꝫ potitus antipatrū idumeū virū ſtrennuū iudee procuratorem conſtituit. Et iterato hircano antigoni patruo regnū conceſſit. Ita tamē vt nō rex vocaretur. Antigonus ad pachoꝝ parthoꝝ regē cōfugit; et ibi vſqꝫ ad obitum ceſaris ꝑmanſit: deinde vrbem expugnauit cōprehenſuz hircanū aures eius dētibus trūcauit. Ob quā cauſaz M. anthonius aſtāte octauiano herodē regē iudee declarauit: qui violenter vrbem ingreſſus antigonū comprehendit ꝛ ad antonium in antiochiam vinctum remiſit. Qui ſuſcepto ſecuri percuſſum intereruit. Et hic finis generis aſamoneoꝝ. Nam de familia ſacerdotali fuerat. Et regnum iude defecit.

## Linea pōtificuz

Hircanus



Ariſtobolus



Alexander



Antigonus



BEllū ciuile ceſaris ꝛ pompei execrandū anno primo regni cleopatre ſurrexit. quo pter calamitates que in plijs accidere ꝯſueuerunt etiā populi ro. fortuna mutata eſt. cauſa tante calamitatis eadēqꝫ oim nimia felicitas. Cum enim ceſar galliā inuadit Craſſus aſiam: Pompeius hiſpaniā. tres maximos exercitus: etiā ſic orbis imperiū ſocietate triū principū occupaf. decem annos traxit iſta dn̄atio. Ex inde qm̄ mutuo metu tenebanf. Craſſi morte apud parthos: ꝛ morte Julie ceſaris filie que nupta pōpeio generi ſocerīqꝫ concordiā matrimonij federe tenebat. ſtatim emulatio erupit iam pompeio ſuſpecte ceſaris opes: ꝛ ceſari pompeiana dignitas grauis. Cūqꝫ ceſar europe quieto potiref imperio: traiecit in greciam vbi pompeiū obſedit cū eo dimicans magna clade cū omni exercitu fuſus eſt ꝛ ſupuenientis noctis beneficio illeſus euaſit. Ceſar agmine citato p epirū in theſſaliā pꝛexit: quē pompeius cū maximis copijs inſecutus vtrinqꝫ acies ſtruxerūt. pugitatū eſt itaqꝫ ingenti contentione dubia ſorte. Tandē pompei fuſus eſt exercitus. pompeiꝰ ſtatim alexandriā petijt vt a ptholomeo auxilio acciperet verū is ingratiſſimꝰ fortunā magis qꝫ amicitiā ſequens eū occidit: ꝛ caput eius cū anulo ceſari tranſmiſit. Quibꝰ viſis ſtatim lachrimas effudit. mortuo pompeio ceſar a ptholomeo parricida inſidias ptulit ꝛ alexandrie vrbis potitꝰ cleopatrā ab exilio reuocauit ei regnū cōtulit. Inde biennio ſyriā puagatus pharnacem mitridatis filiū ponto ſupauit. Poſtea cū romā venit iterū dictator ꝛ conſul creatus in aphricā tranſijt. deinde de cōfectis bellis triumphauit. Regreſſus eſt romam vbi ſe impatorem vocari fecit. Et ſic reipublice finis hic fuit: que per annos. 464. durauit.

Marcus Tullius



TUllius cognomento Marcus ꝛ Cicero phs maximus ꝛ orator princeps ac romanoꝝ conſul. Hic de tullioꝝ familia que ex municipio arpinati originem traxit ꝛ principiū generis in tulliū volſcoꝝ regem referebat: patreqꝫ tulliū ꝛ olbiā matrē habuit. qui vt pmū diſcēdi capax fuit: ingenij magnitudine eqles excellit. Prima eius cōmendatio circa poeticā eluxit: in quo libellos quoſdā edidit. Creſcētibus annis ſolutā orationē nature ſue magis conſentaneā adamauit: puerilibus ſtudijs pactis phie ꝛ iuri ciuili operā dedit: poſt hec ſub ſylla militauit marſico bello: edilis inde factus: deinde ſuffragijs po. ro. ptor creatus eſt: poſtea cōſul vna cū C. antonio. M. antonij oratoris filio tam glorioſe id cōſulere imperiū exercuit vt pater patrie appellatus fuerit: hic phiam antea nr̄is lr̄is incognitā explicauit: ꝛ ex ingenij ſui felicitate cōplurima ſcripſit. Ex terentia vxore tulliolā ꝛ marciū filiū habuit. Demū inclitus orator anno etatis ſue. 64. ab antonio per ſuos ſatellites ſub ſpē cōcordie cōcedēte octauiano occidif: eiꝰ tn̄ inimici tandē ignominioſe pierūt.

Catilina



CAtilina nobili genere natus magna animi ꝛ corporis vi: ſed ingenio prauo: cui ab adoleſcentia bella inteſtina: cedes: rapine: diſcordie ciuiles gratiſſime fuere. Ibiqꝫ iuuentutē ſuam exercere ſtuduit cū eſſet aio audax: ſubdolus varius: ꝛ cuiuſlibet rei ſimulator. Qui cum eſſet flagicioſiſſimus vir ꝛ omnium facinoroſoꝝ dux: hoꝝ cateruas circū ſe ſemp habere voluit: quibus fretus ſocietatibus: ipſe flagicioſus catilina ad opprimendā rempu. conſiliū cepit: cū ei maxima ſpes eſſet conſequendi conſulatū: peſtiferā coniurationē contra rēpu. Marco Tullio Cicerone conſule attentauit. ſed cōiuratione palata detectiſqꝫ coniuratoꝝ noibus. Lentulus ex clariſſima cornelioꝝ gente ortus magiſtratu primo a ſenatu abdicatus. Inde cethegus ſtatilius gabinꝰ ꝛ cepariꝰ ſenatorij ordinis viri. decreto ſenatus in carcere miſſi: ſtatim vna cū ipſo lentulo laqueo ſtrangulātur. Quod vbi cathilina cognouit in tranſalpinā fugere cogitauit. quo comperto antoniꝰ cū quibuſdā legionibꝰ ipm pſequēs inter cōfertiſſimas legiones confodit. atqꝫ ita ciceronis virtute reſpu. a magnis turbationibꝰ ſeruata eſt.

Cato poſterior vticenſis



CAto poſterior catonis ſupioris pnepos: cui ppriū nomen. M. portius cato ſtoicus phus: quem vticenſem quidā appellant: qꝛ ſe apud vticam interfecit vir doctiſſimꝰ: qui ita doctrine cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidē dū ſenatus ageref a lectione temperaret: quo minus grecos lectitaret libros hac ſcꝫ induſtria: vt oſtēderet alijs tempora deeſſe: alios ſupeſſe temporibꝰ. hic docebat rempublicā magis virtutibꝰ qꝫ armis eſſe tuendam dicens. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempu. ex parua feciſſe magnam. Si ita eſſet: maiorem nos haberemus. Quippe quibus ſocioꝝ ciuiū ptereaqꝫ armoꝝ atqꝫ equoꝝ maior nobis copia eſt qꝫ illis. Hic quoqꝫ quanto humanam gloriam fugiebat: tanto magis illū gloria ſequebatur. Quiqꝫ inter alia ſue virtutis opera: ad humane vite inſtructionem ethicam moralez cū ſuis rationibus in librū compoſuit. Ex quo (vt aiunt) paruus ille liber metricus: qui paruulis legif excerptꝰ eſt. De eius ſententia hanc memoria dignā ponimus: humana vita proprie veluti ferrum eſt. quod ſi exerceaf conteritur. Si vero non exerceaf rubigine conſumif. hic teſte Auguſtino ſeipſum occidit: victoriam ceſaris impatiēter ferens: eiqꝫ ſubijci nolens.

**Linea Regum Egipti**

**Ptholomeus dionifius**



Antipater filius Ariſtoboli ⁊ Criſpis vxoꝛ eius quattuoꝛ filios ⁊ vnicaꝫ filiam habuerunt: quē autigonus apud ceſarē accuſabat. Js veſte protecta vulnera demonſtrans: verbis non opus eſſe cicatrices fidelitatem oſtēderet inde ꝓcuratoꝛ iudee declaratus eſt. Poſt hec faſelū hieroſolimis natu maioreꝫ ſub ſe procuratoꝛē ſtatuit ⁊ herodē gallilee p̃fecit.




**Cleopatra**



Ptolomeus dionyſiꝰ .12. egyptioꝝ rex. regnauit annis .30. Ad eum pompeiꝰ acceſſit vt auxilia ab eo accipet. Cui ꝓpter tenerā etatē tutoꝛ eius a ſenatu datꝰ fuerat: verū vir ingratiſſimꝰ pompeiū occidit. Moꝛtuo igit̃ pompeio ceſar alexandriā ꝓfectus a Ptholomeo paricida inſidias ꝑtulit. qui inſidiantiū hoſtiū inopinata multitudine circūuentus ſcapha ceſar confugit: qua mox ſubſequentiū pondere merſa ꝑ ducentos paſſus ad nauē vna manu qua carthas tenebat eleuata natando ꝑuenit. Sed paulo poſt nauali p̃lio regiā claſſem cepit. At vbi Ptholomeꝰ liber euaſit ceſari denuo bellū intulit: qui cū oī̄ exercitu deletus eſt. Rex ſcapha exceptus fugiendi cauſa multis inſilientibus demerſus eſt. Cuiꝰ coꝛpꝰ ad litꝰ deuolutū loꝛice aureate inditio cognitum fuit. Ac ſi ceſar alexandria potitus cleopatrā ipſius Ptholomei ſoroꝛē ab exilio euocauit eiqꝫ regnū contulit: que poſt regio comitatu vrbem ingreſſa eſt.

Cleopatra egypti regina Dioniſij auletis filia quē ꝓpter flagitia alexandrini eiecerunt. Tam poſt moꝛtē fratris ceſar reginā conſtituit poſt moꝛtē vo ceſaris ⁊ res in philippis geſtas Antonius in aſiam ꝓfectus eſt. ⁊ cleopatrā ſūmis cōplexus eſt honoribꝰ adeo vt eā ſibi vxoꝛē accipet. Et filios ex ea ꝓcrearet. Ambo etiā in attico bello fuerunt: ambo fugerūt. demū ab Auguſto ſupati ſunt. Nā antoniū auguſtus in nicopoli vrbe captū coegit ſibiipſi manū inferre. Cleopatrā vo vt viuā in ꝑtātem reducerēt. que paulopoſt ⁊ ipſo in vinculis: alios in ſepulchꝛo antonij viri ſui clam admoto aſpidis moꝛſu concidit hec quippe nulla fere niſi oris foꝛmoſitate ⁊ vere claritatis nota refulſit. Sed ecōtrario auaricia crudelitate atqꝫ oī̄ luxuria mūdo conſpicua fuit. Ac ſic lagidarū ſeu egyptioꝝ regum imperiū euerſum eſt; quod ꝑ annos .306. ſub regibus tredecim ꝑmanſit: ⁊ auguſtus furente egyptū compoſuit.




HErodes antipatris idumei filius a romanis iudeoꝝ regnū ſuſcipiēs: regnauit annis. 37. Antipater em tpe Sabini ſyrie pfecti adeo virtutibꝰ claruit vt regiū coniugiū meruerit. Et regis arabū neptē vxorē acceperit. Ex qua quatuor filios ſuſcepit ſcꝫ phaſelū: herodē hūc cognomēto aſcalonitā: ioſippū ⁊ feroam: ⁊ vnicā filiā noīe ſalomā. poſtea veneno extinctus. Et phaſelus pmogenitꝰ interfectꝰ: herodes ad antonium cōfugiēs. inde iudee rex coronatꝰ. Cōtradiditq́ꝫ ei auguſtꝰ traconitidē ⁊ itureā totāq́ꝫ maritimā. Edificauit aūt in aſchalone domū regiā. Et deinde agnomiatus eſt aſchalonita. Natione em idumeꝰ fuit ex patre arabs vero ex matre. Et extūc xpi dn̄i nr̄i ntitate vicina. Regnū ⁊ ſacerdotiū iudee qḋ pꝛiꝰ p ſucceſſiones maioꝝ tenebat̄ deſtructū eſt. Ac ſic moyſi ꝓphetia cōpleta. Nō deficiet princeps de iuda: nec dux de femoribus eiꝰ donec veniat cui repoſitū eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentiū. Ipſe ſuſcepto regno ſamariā a fundamētis erigēs. Auguſtā in honorē auguſti ideſt ſebaſten appellauit. Poſuitq́ꝫ aquilā aureā ſup ſpecioſam portā tēpli iudeis egreferētibꝰ. Fecit quoqꝫ herodion in q̄ ſepultꝰ eſt. Templū magnificētiſſime decorauit. Demū anno. 26. hircanū pricipē ſacerdotū ⁊ eiꝰ filiū qui patri in ſacerdotio ſuccedere debuerat interfecit. Sororēq́ꝫ eiꝰ vxorē ſuā cū duobꝰ filijs ꝓprijs iā adoleſcētibꝰ atq́ꝫ vxoris matrē oēs interemit. Predictiſ quoqꝫ crudelitatibꝰ hoc addidit: q2 ſororis ſui noīe ſalome virū occidit. ⁊ cū eā alteri vxorē dediſſet etiā ipſum e vita ſuſtulit. Scribas pterea oēs ac diuine legis interptes ſimili ſcelere pemit. Poſtremo funeſtiſſimꝰ vir cū ihū xpi ntitatē magoꝝ inditio cognouiſſet. oēs puulos bethleē gladijs interemit. Quo facto repēte morbo intercutis pcuſſus: ⁊ ſcatētibꝰ toto corpe vermibꝰ miſerā exalauit aīam. quīq́ꝫ ſupſtitibꝰ filijs relictis ſcꝫ archelao: herode antipa: antipatro: lyſania: ⁊ philippo. Ex quibꝰ quatuor fuere tetrarche vt ex euāgelio hr̄.

Agrippa colonia q̄ ad ſiniſtri rhenū latꝰ ſi-
ta eſt. locꝰ ⁊ ſitu ⁊ flumīe clarꝰ ⁊ pplo. quā
aliȷ̄ ſcribunt Agrippinā dictā q̄ nūc Colonia di
cit̄. Ea inferioris germanie vbioꝝ vrbs ad cite
rioris rheni ripas ſita. Temporibꝰ enee troia-
ni a q̄dā troiano colono noīe (vt ſicardꝰ cremo-
nēſis hꝫ) iniciū ſūpſit: ſ; poſtmodū Claudii im
patoris iuſſu qui agrippine maritꝰ fuit. ⁊ vbio
rū pplis a ſueuis fugatꝭ inſtaurata extitit. ⁊ ab
agrippina vxore ex coꝝ ꝓgenia ducta appella-
ta. quā vrbē ſic cōditā vbii ppli habitare cepe
runt. Veriores tñ hiſtorici oēs aſſerunt ꝙ. M.
agrippa colonie illiꝰ auctor fuit. Qui licet multa
domi multa foris preclara cōſtruxit. illam tñ ex
oibꝰ dignā cēſuit. cui ſuū nomē imponeret. Edi
ficator ac bellator egregiꝰ dignuſq; habitꝰ. quē
auguſtꝰ ſibi generū ex toto orbe deligeret: nō q̄-
liſcūq; filie: ſed dilecte: ſed vnice: ſed auguſte.
Is vrbē in emulationē Treueris opulentiſſimā
ordinauit: vt ſeditiones gallie cōprimere poſſet
Hildericus aūt rex frācoꝝ lōge poſtea ex agrip-
pina fautores Egidii romani eiecit: francis im-
poſitis ex francoꝝ incolatu Coloniā appellauit
quāq; nōnulli coloniam romanoꝝ eſſe dixerūt.

Que ciuitas cū romanoꝝ ſocia eſſet: fatali igne
ꝯſumpta eſt: in q̄ capitoliū ⁊ edificia ⁊ ritꝰ roma
noꝝ inſtar fuere ⁊ adhuc nōnulla extant: habet
eñ capitoliū ad effigiē romani niſi ꝙ ꝓ ſenatu
illic pacis ⁊ belli conſilia agitante: hic famoſi iu
uenes ac puelle nocturnas laudes deo cōcinunt
eterna cōcordia. Ibi rotarū ⁊ armoꝝ ſtrepitꝰ ac
gemitꝰ captiuorū. hic quies ⁊ gaudiū ac iocan-
tiū voces. deniq; illic bellū illuc pacificus triū-
phator ingredit̄. Videt̄ ibi templū vrbe me-
dia pulcherrimū quāuis inexpletū qđ haud im
merito ſūmū vocat̄. Magoꝝ ibi regū corpa ab
ortu vſq; ad occaſum tribus ſaltibus tranſuecta
Quos ad ethereū quondā regē ad preſepia va-
giente cū muneribꝰ veneratos legimus. hec li-
bera ac inſignis vrbs metropolis eſt. Cuius ar
chiepiſcopꝰ romanū eligit impatorē. In ea mul
ti ſcīa ⁊ ſcītate claruere viri: quoꝝ de numero ſe
uerinꝰ ipſius vrbis epus. Et albertus magnus
cuiꝰ corpus apud predicatores obſeruat̄. Ibi
50. ex thebeoꝝ legione curſuꝫ ſui agonis cōple
uerūt. Urſula q̄ꝫ cū vndeci virginū milibꝰ ⁊ aliȷ̄
nōnulli in ea martiriū ꝓmeruerūt. Mirū aūt eſt
quāta ibi ciuilitas que vrbis ſpēs: que virorꝫ



grauitas que mūdicie matronarū. Peruetuſtuꝫ gētis colonie ritū eſſe vulgo pſuaſuꝫ preſerti fe mineo Franciſcus petracha ſcribit. Qui hoc in ſigne ſpectaculū vidit. In vigilia Iohānis ba ptiſte cū ſol ad occidētē vergit. Oīs ripa pꝛecla ro ꝛ ingenti mulierū agmine tegitᷣ: ꝛ incredibi lis ſine offenſione cōcurſus erit: viciſſimqꝫ ala cres pars herbis odoꝛiferꝭ intinctis reductiſqꝫ poſt cubitū manicis candidas in gurgite man⁹ ꝛ brachia lauant. Et tradūt oēm totius anni ca lamitatē eminentē fluuiali illius diei ablutione purgari. ꝛ deinceps letioꝛa ſuccedere. Itaqꝫ lu ſtrationē eſſe annuam in exhauſto ſemꝑ ſtudio cultū colendūqꝫ. O nimiū felices rheni accole: quoꝝ ille miſerias purgat germanie ſuperioꝛis nec hiſter nec albis italicoꝝ nec padus vnqꝫ va luit purgare nec tyberis pigrioꝛa ſūt hec flumi na. Prope coloniā aqueſis vrbs Aquiſgrani dicta karoli magni ſedes. ꝛ in tēplo marmoꝛeo verendū barbaris gentib⁹ illi⁹ pꝛincipis ſepul chrū. is ſtatuit vt ſucceſſoꝛes ſui pꝛimā inde co ronā. Et pꝛima inde imperij auſpicia capeſcerēt: qꝫ hodieqꝫ ſeruatᷣ: ſeruabitᷣ q̄diu romani frena imperij theutonica manus aget.

L. pomponius



L. pōponi⁹ hiſtoric⁹ ꝛ oꝛatoꝛ atellenarꝫ ſcꝑtoꝛ ꝑ h̄ tēp⁹ (euſebio teſte) clar⁹ fuit. q̄ geogra phie libellū edidit. in q̊ vrbiū diſtantias ꝛ loca queqꝫ menſurat.

Leoneus



Leone⁹ grāmaticus doctiſſim⁹ Gn. pō pei libert⁹. Is iuſſu dn̄i ſui pōpei ꝯmētaria ī me dicina q̄ pōpei⁹ deuicto metridate ī ſuis ſcrinijs cōpererat: ī nr̄m trāſtulit ſermonē. metridates eīm medicine curioſus ab oī bus ſbiectꝭ ſuis ſingula medicialia exq̄rēs comē tationū hoꝝ ꝛ exēplaria ī archanis ſuis reliq̄rat.

M. agrippa



Agrippa gener octa uiani edificatoꝛ e gregi⁹ rome q̄ multa cō ſtruxit ī edilitate ſua ad iecta v̄ginea aq̄ ceteriſqꝫ corriuatꝭ atqꝫ emēdatꝭ lac⁹ ſeptigētos fecit: ideqꝫ fuit qđ octauianū auguſtū ꝑplo romāo vinū petēti ſbiratū rn̄diſſe ſcribit ſuetoni⁹ tot aq̄s introduxit agrippa gener me⁹ ꝛ vinū q̄ritꝭ. colonieqꝫ nomē ꝛ dignitatē dedit.



Auguſta vindelicoꝝ inclita ⁊ ſuperioris germanie vrbs vetuſta. Cuius originẽ aliqui quã vetuſtiſſimã oſtendere cupientes ſicuti ceteri mortaliũ. Gentem ſueuoꝝ a Japhet deſcendentẽ: eam primo inhabitaſſe ꝓuinciã ſcribunt. Ibiqꝫ eam condidiſſe vbi habundantia aquarũ: ſalubris aer ⁊ alia oportuna de facili haberi poſſent. Venientes enim ſueui ad retiam locũ aptum conſiderãtes: ⁊ ad tuendũ natura munitũ ob concurſum duoꝝ rapidiſſimoꝝ fluuioꝝ vinde ⁊ lici. hanc vrbem primo edificauerunt. Eamqꝫ vindelicã a vinda ⁊ lico appellabant. Ea enim regio poſtea vſqꝫ ad alpes vindelica dicebat̃. Vniuerſaqꝫ montana pars in orientẽ ⁊ auſtrũ vergens a rhetis vindeliciſqꝫ tenet̃ vt Strabo ponit. Eam autẽ more vetuſto vallo ac foſſa cinxerunt amazones poſtq̃ europam inuaſerũt ſueuos ſub marſepia inſuetis armis ⁊ ſecuribus ꝑacutis ex hac vrbe cedere vſqꝫ ad alpes coegerunt ⁊ deſolatã reliquerunt. Cũ hec ante cladẽ troie pacta ſint. Eam ciuitatẽ ante troiam fuiſſe opinant̃. Et temporib⁹ exitus filioꝝ iſrahel de egypto ante romã quingentos ⁊ quinquaginta annos conditã aſſerunt. Quã quidẽ a troianis ortam dicunt. Eligentes aũt ſibi deam Zizam quã cererẽ fuiſſe opinant̃. A qua hec vrbs zizaria dicta. Cuius templum vſqꝫ ad tpa romanoꝝ inuiolatũ ꝑmanſit. Id vetuſtate collapſuꝫ nomẽ collis ſeruauit. Qui ab incolis Eyſenberg hodie vocitat̃. Per vindelicos deinde ac rethos florentiſſima cũ muris ac ꝓpugnaculis facta. A romanis plurima bella ꝑpeſſa eſt. Cũ libertatem ſemꝑ optaret: ſe a romanis vindelici alienarũt. Ideo diuus Octauianus Auguſtus Titũ Enniũ p̃torẽ cum legione marcia: ac alijs ducibus in eos miſit. In qua Auar bogudis regis filius adoleſcens in armis apud grecos ⁊ latinos peritus. Et Varro tribun⁹ militum claruerũt. Hi ciuitatem in fine eſtatis multitudine romanoꝝ obſeſſam varijs affecerunt incommodis. In ea oppugnatione Auar grecus occiditur. Et in vico criechſaueron, vbi ſepultus fuit tale epigrammia reperitur. His nomen terris bogudis dat regia proles. Grecus auar pecudis de ſueuis more litatus. Perijt ⁊ pretor cum legione marcia vt pauci ſupereſſent in ea clade qui rem geſtam recitarent. Locoqꝫ cedis nomen dedit perdita legio in media nunc ciuitate perleich dicta. Ideo ſcribitur. Indicat hic collis romanam nomine cladem. Marcia quo legio tota ſimul perit. Varro quem verrem nominant amne



tranſmiſſo in paludibus ſe occultans lacui vernenſee nomen dedit. Js poſtea conſul ſicilie infeliciter obijt. Et vt Suetonius refert q̧ Octauianus Auguſtus omnes graues ignominias cladesq̧ duas omnino nec alibi q̄z in germania accepit. lolianam atq̧ varrianam. varrianā pene exiciabilē tribus legionibus cū duce legatisq̧ ⁊ auxilijs cōmunibus ceſis. Deinde auguſtus p̱ Tiberiū Neronē (Cum Druſus frater eiꝰ renales regiones aggreſſus eſt) poſt varrianā cladē effluxo triennio vindelicos deuicit atq̧ vrbem eoꝝ immunitam reddit. Et vt verba ſtrabonis libro quarto affirmāt. Tribus romanoꝝ milibꝰ ceſar auguſtus miſſis vrbem Auguſtam habitandā tradidit. quo in loco varro caſtra iam habuerat. Claudius Druſus tamen eā poſtea inſtaurauit. Muris ac turribus ampliauit. Cūq̧ auſpicijs Auguſti victa ⁊ aucta erat in honorē auguſti Octauiani Auguſtam appellauere. De his bellis Oratius in odis mentionē facit. Uidere rethi bella ſub alpibus druſum gerentē vindelici. Quibus mos vnde ductus p̱ omne tempus amazonia ſecuri dextras obarment ⁊c. Cum aūt Sueui qui potentia ⁊ hominū frequentia reliquos antecellūt. hanc vrbez p̱ tutiſſimo elegerūt. Deinde in romano imperio ſtabilis ac fidelis p̱manſit magnū incrementum habuit ac multa priſce vetuſtatis monimenta in ea relicta ſunt. Anno aūt ſalutis quarto ⁊ quinquageſimo ſup̄ nōgenteſimū ⁊ vltra vngari germaniā ⁊ ſueuiam vaſtantes Auguſtam obſiderūt: varijsq̧ cladibus noricos rhetos ac ſueuos afflixerunt. Otto primus impator aduerſus eos pluribus diebus decertauit. Eosq̧ tandem ad internitionē prope Auguſtā deleuit. Tres quoq̧ in eo prelio eoꝝ regulos captos a militibꝰ ſuis ad eū p̱ductos cum ob clementiā ſeruare conaret̄. Sueui (eo nolente) ſuſpendio necarunt. Cecidit in eo bello Diopoldus comes frater ſancti Udalrici, ⁊ Regniboldus filiꝰ ſororis ſue. Deinde diuus Udalricus epiſcopus vrbem illuſtriorē fecit. ⁊ eccłiam ſancte Affre inſtaurauit. Que olim ab Attila ⁊ nūc ab hunis leſionem ſenſit. Et eccłiam ſancti Johannis ⁊ ſancti Stephani cōſtruxit. Ornat q̧ hec impialis ciuitas publicis ⁊ priuatis edificijs pulcherrimis. Et p̄ſertim baſilica ep̄ali ampla beate Marie virgini dicata. Et cenobij ſancti Udalrici ordinis diui Benedicti in quo corpus eiuſdē ſancti ep̄i ⁊ Simperti ac beate Affre martyris ac plurimoꝝ ſanctoꝝ p̄cipuo honore obſeruant̄; qui auguſte varijs ob tormētis martiriū p̱meruerūt





Tres soles post mortē Julij Cesaris sequēti die exorti sunt ⁊ apparuerūt in oriēte: qui paulatim in vnū corp⁹ solare redacti sunt ⁊ in eundē orbem cōuenerūt: significātes dominiū Lucij antonij ⁊ .M. antonij atq₃ Augusti in vnā monarchiā reducendū: vel potius q₃ noticia vnius ⁊ vni⁹ dei toti orbi futura imminebat. Bos quoq₃ aranti in suburbano rome locut⁹ est: dicens frustra se vrgeri quia in breui magis homines defuturos esse q₃ frumenta.



Bibliotheca toto vrbe terrarū noīatissima .40. miliū librorū in egypto cōburit. Ibi accurata diligentia in colligēdis libris p veteres laudat. Nā aristoteles ⁊ bibliothecā ⁊ scolā Theophrasto reliquit. Et primus fuit (vt Strabo arbitrat) qui libros cōgregauit: ⁊ egypti reges bibliothece ordinē docuit. Deinde Theophrastus neleo tradidit. Neleus scepsim detulit ad hoīes imperitos: qui libros inclusos ac negligētes cōpositos tenebant. Ptholome⁹ quoq₃ philadelph⁹ maximū numerū librorū collegit. Et vt Seneca tradidit. xl. milia librorū alexandrie arserunt pulcherrimū regie opulentie monimentū: sicut ⁊ Liui⁹ qui elegantie cureq₃ regum egregiū id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut cura: sed studiosa luxuria: imo nec studiosa quidē qm̄ nō in studiū sed in spectaculū cōparauerant: sicut plerisq₃ ignaris etiam seruiliū litterarū libri non studiorum instrumenta sed cenationū instrumenta sunt.

Salustius



Salustius romanus historicus ac philosoph⁹ Ciceronis emulus rome claruit. Is fuit nobilitate veritatis insignis historicus quippe qui de bello catilinario: necnō ⁊ de bello iugurthino libros edidit celebres: ac nōnullas scripsit epistolas.

M. Varro



M. Varro vico atice ⁊ narbonensi prouincia natus rome in precio plurimum fuit eruditissimus quidē ⁊ acutissimi ingenij vir: atq₃ in omni seculari eruditione peritus: qui annū agens .35. grecas lrās cum summo studio didicit: hic vir doctissim⁹ vndecūq₃ qui tam multa scripsit: quā multa vix quēq₃ legere credam⁹: hic quoq₃ teste Isidoro innumerabiles edidit libros inter quos .41. antiquitatum precipui: quos in res diuinas humanasq₃ diuisit. Edidit insup ⁊ librū de lingua latina: ⁊ librū moralē: de quo sniām ponimus hanc. Amici diuitū palee sunt circa grana. Vis (inquit) experiri amicū: calamitosus fias. Scripsit ⁊ librum de deorum cultu. vixit annis .90.

Virgilius Maro



Virgilius maro poetarū princeps natione mantuanus parentib⁹ modicis fuit ⁊ pcipue patre marone. Natus est Cn. pompeio magno: ⁊ .M. licinio crasso primū cōsul. iduū octobriū die in pago qui andes dicit: qui est a mantua non procul. Mater eius maia se enixam laureū ramū somniauit: haud dubiam spem prosperis geniture. Initiū etatis cremone egit: sumpta virili toga mediolanū: inde paulopost neapolim transijt: vbi cum lrīs ⁊ grecis ⁊ latinis vehemētissimā operam dedisset: tandē omni cura omniq₃ studio indulsit medicine ⁊ mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorq₃ esset: se in vrbem contulit: vbi ab augusto acceptus fuit: ⁊ illum pollioni cōmēdauit. Corpore ⁊ statura fuit grandi: aquilino colore: facie rusticana: valitudine varia. Nāq₃ plerūq₃ ab stomacho ⁊ faucibus ac dolore capitis laborabat. Quecūq₃ ab augusto petijt repulsam habuit nunq₃. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alitum mittebat: quos iam grandis amisit. Multa scripsit priapeiam culicem moretum deinde buccolicā postea georgicā in honore mecenatis nouissime eneidē. Obijt demq₃ brundusij anno etatis sue .52. Cuius ossa in via puteolana neapolim trāslata intra lapidem sepulta sunt: vbi inscriptū est. Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc parthenope: cecini pascua rura duces.

Horacius Flaccus



Horacius poeta laudatissimus: patria venusinus: patre libertino nat⁹: fuit statura breuis: rome liberalibus litteris eruditus: deinde athenis doctissimus euasit: familiaritatem .M. bruti qui cesarem occidit adeptus: factus ab illo tribunus militum contra .M. antoniū ⁊ augustum cum victus fuisset brutus ex clade aufugit. Cui postea augustus mecenatis gratia pepcit. Liberatus ad poeticā se conuertit. Scripsitq₃ odas poetriā ⁊ epl̄as. Et cū optimis studijs innumerabiles diuicias cumulasset. tandem rome moriens augustum instituit heredem. Obijt sed etatis sue anno apud mecenatem sepultus.

## Caius Julius Ceſar



Octauinus Auguſtus



Marcus Antonius



CAius iulius ceſar lucij filius. Annū agens ſextūdecimū patrem amiſit: queſtor iuliā amitā vxorēq corneliā defunctas laudauit e more ꝓ roſtris edilis ꝑter comiciū ac forum baſilicaſq: etiā capitoliū ornauit. Ex ꝑtura deinde ſortit⁹ hiſpaniā cū bibulo cōſul creat⁹ inito honore prim⁹ omniū inſtituit. vt tã ſenat⁹ q̃ populi diurna acta conficerent̄ ⁊ publicarent̄. Sub id tempus calphurniā. L. piſonis filiā ſucceſſuri ſibi i ꝯſulatu duxit vxorē ſuāq iuliā Cneo pompeio collocauit. Geſſit deinde nouem annis bella ꝑ omnē fere galliā que a ſaltu pyrrene alpibuſq ⁊ monte gebēna fluminib⁹ rheno ⁊ rhodano cōtinet̄. Eodē tp̄is ſpacio matrē primo deinde filiā: nec multopoſt neptē amiſit. cōfectis bellis quinqes triūphauit. primū ⁊ excellētiſſimū egit gallicū: ſequentē alexandrinū deinde ponticū: ꝑximū affricanū: nouiſſimū hiſpanienſem. edidit ſpectacula varij generis. fuiſſe tradit̄ excelſa ſtatura colore candido teretib⁹ mēbris ore paulo pleniore: nigris vegetibuſq oculis valitudine ꝓſpera: niſi q̄ tp̄e extremo repente aīo linqui atq etiā ꝑ ſomniū exterreri ſolebat: habitauit primo in ſuburro modicis edib⁹: poſt pontificatū maximū in ſacra via domo pub. In obeundis expeditionib⁹ dubiū cautior ne an audacior. Compoſitis vbiq ciuilib⁹ bellis vrbis ⁊ orbis monarchiā tenuit. Et olimpiade. 183. romanis imꝑare cepit. ⁊ imꝑauit annis. 4. menſib⁹. 7. A quo deinde romanoꝝ principes ceſares appellati ſunt. Cū aūt cōtra morē libertatis honores ex ſua libertate ꝑſtaret. cōſpiratū eſt in eum a ſexaginta ampli⁹. C. coſſio. M. q ⁊ decimo bruto. Ei tñ futura cedes euidentib⁹ ꝓdigijs denūciata eſt. Cūq in capitolium applicuiſſet ꝯſpirati ſpecie officij circūſteterūt. a quib⁹ trib⁹ ⁊ viginti vulnerib⁹ cōfoſſus eſt. Hunc vite exitū ceſar habuit anno etatis ſue. 56. Cui⁹ corp⁹ in campo marcio ꝓ roſtris combuſtū eſt. ꝑcuſſorum aūt fere neq trienmo quiſq amplius ſupuixit. neq ſua morte defunctus eſt.

OCtauianus Auguſtus patre Octauio ſenatore genit⁹ nat⁹ eſt. M. T. cicerone ⁊ Antonio ꝯſulib⁹. ix. kal. octobꝛ paulo ante ſolis ortū. In quarto anno patrē amiſit. duodecimū agens annū auiā iuliā defunctā ꝓ concione laudauit. quadriēnio poſt virili toga ſumpta: militarib⁹ donis triūpho ceſaris affricano donat⁹ eſt. Bella ciuilia quinq geſſit. mutinēſe: philippēſe: paruſinum ſiculū: attiacū. Ex quib⁹ primū ⁊ nouiſſimū aduerſus marcū antoniū. Secundū aduerſus brutū ⁊ caſſum. Terciū aduerſus antoniū triūuiri fratrē. Quartū aduerſus ſextū pompei filiū. Iniciū hoꝝ ⁊ cauſa fuit ob necē auūculi iulij. Domuit q̄ cōtabriā: aquitaniā: pānoniā: dalmaciā cū illirico oī. Item rhetiā ⁊ vindelicos ⁊ ſalaſſos gentes alpinas coercuit. ⁊ dacoꝝ incurſiones trib⁹ eoꝝ ducib⁹ cū magna copia ceſis. Germanoſq vltra albim fluuiū ſummouit. Aliaſq nationes male quietas ad obſequium redegit. Publica opa plurima extruxit. Spectaculoꝝ ⁊ aſſiduitate ⁊ varietate ⁊ magnificētia oēs anteceſſit. Sponſaz habuit adoleſcēs. P. ſeruili filiā. Sed recōciliat⁹ antonio ꝑugnā ei⁹ claudiam duxit vxorē. vix duz nubilē ac ſimultate cū fuluia ſocru exorta intactā adhuc ſcriboniā in mr̄imoniū accepit cū qua diuortiū fecit. Ac ſtatim liuiā druſillā mr̄imonio tiberij neronis ⁊ quidē ꝑgnantē abduxit. dilexitq vnice ac ꝑſeueranter. ex ſcribonia iuliā. ex liuia nihil liberoꝝ tulit. Iuliā primū marcello deinde vt is obijt. M. agrippe nuptui dedit. Nepotes ex agrippa ⁊ iulia tres habuit ⁊ neptes duas. Forma fuit eximia ⁊ ꝑ oēs etatis gradus venuſtiſſima. oculos habuit claros ⁊ nitidos. capillū leuiter inflexū ⁊ ſufflauū: ſupcilia cōiuncta: mediocres aures: naſum ⁊ a ſūmo eminentiorē ⁊ ab imo deductiorē. Colorē inter aquilū candidūq: ſtaturā breuez. Eloquētiā ſtudiaq liberalia ab etate prima cupide ⁊ laborioſiſſime exercuit. Multa varij generis proſa oratione cōpoſuit. Deniq cū de oriēte victor reuerſus eſſet. tūc primū Auguſt⁹ eo q̄ rempub. auxerat cōſalutat⁹ eſt. Et extunc ſummā rerū ꝑtātem quā greci monarchiā vocāt adeptus eſt. A quo poſtea Auguſti romanoꝝ reges appellati ſunt. Auxit ornauitq romā edificijs multis: iſto gloriās dicto. Urbem latericiā repi: marmoreā relinquo. Imꝑauit annis. 56. Ianū quirinū ſemel atq iterū a cōdita vrbe ante memoriā ſuā clauſum: terrā mariq pace parta intercluſit: ꝑ que pacis tp̄a Saluator nr̄ ihs xp̄s naſci voluit. Is tandem mole ſuccubuit oīb⁹ dimiſſis in oſculis liuie ⁊ in hac voce defecit. Liuia nr̄i cōiugij memor viue ac vale ſortitus exitū facilē ⁊ qualē ſemꝑ optauerat Anno etatis ſue. 78.

MArcus Antoni⁹ cōſul a ſenatu hoſtis adiudicat⁹ miſſi ad eū ꝑſequendū panſa ⁊ hirci⁹ ⁊ octauianus adoleſcēs. Deinde ceſar cū Antonio pacē fecit. ac ſic inter eos diuiſa eſt reſpu. vt Auguſt⁹ hiſpanias gallias ⁊ italiā teneret. Antoni⁹ aſiam pontū ⁊ oriētem. Is poſtea repudiata ſorore ceſaris Auguſti octauiani Cleopatrā reginam egypti duxit vxorem. cōmouitq bellū ciuile dum cupiditate muliebri optaret vrbe regnare. victus eſt ab auguſto nouali pugna apud acciū qui locus in epiro eſt. ex qua fugit in egyptū ⁊ deſperās rebus cum oēs ad Auguſtum trāſirēt ipſe ſe interemit. ſicq egyptus per Octauianum imperio adiecta eſt.




Sibilla tiburtina vates pcipua: cui ,ppriũ nomẽ albunea fuit: in italia floruit ꝛ multa pdixit. ꝛ q2 tiburte ciuitati iuxta aniõis ripas vt dea colebat: id tiburtina dicta fuit: i gurgite ipsi' fluminis cui' simulacrũ tenẽs i manu librũ inuẽtũ fuit: hãc august' octauian' (cũ rõani ei diuinos honores exhiberẽt) ɔsuluit. Que p' triũ dierũ ieiuniũ rñdit ea q̃ diu' augustin' refert: iudicii signũ tell' sudore madescet. E celo rex aduenit p secula futur'. Et sũt. 27. versus q̃rũ vltim' est. Decidet e celo ignisq ꝛ sulphuris amnis: quoꝝ capitaliũ lr̃e teste eodẽ: hũc sensum reddũt: ihs xp̃s dei fili' saluator. Quib' dictis illico (vidẽte augusto) celũ apertũ est: ꝛ nimi' splẽdor irruit super eũ Viditq in celo pulcherrimã virginẽ stantẽ in altari puerulũ baiulãtẽ: q̃ visa repẽte ꝛ vocẽ audiuit dicẽtẽ: hec ara filii dei est: atq ita august' in thalamo suo existẽs: h audiẽs ꝛ vidẽs in terrã pcidit ꝛ deũ adorauit. Quãobrem august' deũ se appellari oĩno recusauit: q̃ i loco postea ad rei mẽoriã templũ sub titulo sctẽ marie vginis in ara celi edificatũ fuit: quẽ locũ ordo btĩ Frãcisci excolendũ nunc possidet. Alii describũt eã nõ senem cũ veste rubea: ꝛ pelle hircina in humeris cũ capillis dispersis in manu h scriptũ tenentẽ. Nascet xp̃s in bethleẽ: annũciabit in nazareth regnãte thauro pacifico fundatore quietis. O felix illa mater cui' vbera illũ lactabunt.

Prodigia in ntiuitate xp̃i visa. olei fons (vt eutropi' ꝛ alii testant) Rome e taberna meritoria in trãstiberina regione ex terra p totã effluxit diẽ: denuncians christi gratiã omnib' gentib' datam; quo etiã die aure' circulus circa solẽ apparuit: romuli quoq statua ꝛ templũ pacis corruere.

Ouidius naso poeta



Publ. ouidi' naso sulmonẽsis clarissim' poeta hac tẽpestate rome claruit: ꝛ multa cõscripsit: hic ex sulmone bruciorꝝ oppido ortũ habuit: vt ipse testat: sulmo mihi patria est gelidis vberrim' vndis: milliaq nouies distat ab vrbe decẽ. Is apd athenas pmo poeticã: deinde philosophicã disciplinã optie didicit: veniẽsq romã apud augustũ cesarẽ ꝛ vita ꝛ carmine plurimũ valuit. Sed multoꝝ post dierũ curricula anno etatis sue q̃nq̃gesimo ab eodẽ augusto in pontũ insulã apud sarmatas relegat' est: de hoc in libro de ponto ait. Naso min' prudẽs artẽ dum tradit amãdi. doctrine triste preciũ magister habet. Cui' quippe mores ea erant facilitate qua ꝛ carmina. Tandẽ anno. 5. imperii Tiberii cesaris: etatis vo suc. 54. obiit.

Tit' liui' historic'



Tit' liui' patauin' magn' ꝛ historicoꝝ tam grecoꝝ q̃ latinoꝝ priceps. anno. 16. añ xp̃i aduẽtũ rome claruit. Et Hieronym' diu' ex verbis plinii de eo scribit. Ad titũ liuiũ lacteo fonte manantẽ de vltimis hispanie galliarũq finib' quosdã venisse nobiles legim' vt quos ad cõtemplationẽ sui roma nõ traxerat: vni' hois fama pduxit. habuit illa etas inauditũ oib' seculis celeberrimũq miraculũ: vt vrbẽ tantã ingressi: aliud extra vrbẽ q̃rerent: hic ab augusto honorib' ꝛ diuiciis honorat' fuit diligẽtissim' historiarũ indagator: centum ꝛ decẽ historiarũ libros ɔscripsit. Cui' operu maximã partẽ (tpoꝝ malignitate) amisim'. Vixit annis. 80. ꝛ q̃rto imperii tiberii cesaris anno patauii obiit: ꝛ ibidez sepult'. Cui' sepulchrũ adhuc i diue vginis Iustine vestibulo extat his titulis adornatũ. Ti. liui'. Ti. fi. q̃rte legiõis: Alius cõcordialis patauii sibi ꝛ suis oib'. Ei' ossa cũ postea inuẽta fuissent veneti qui pretoriũ ipsi' vrbis cõcrematũ instaurauerunt in cõspicuo ipsi' fastigio collocauerunt.

Valeri' maxim'



Valeri' maxim' roman' phus ꝛ orator luculentissim'. Anno. 15. añ xp̃i aduẽtũ rome clar' fuit: ac augusto cesari charissim' habit': q̃ inter cetera libros nouem smone lucutẽtissimo cõposuit scz de dictis factisq mẽorabilib' viroꝝ: q̃ apd romãos ꝛ grecos habebãt illustres: addẽs etiã ex ,ppriis nõnulla ad virtutũ cõmẽdationes viciorq detestationẽ pertinẽtia Ex qb' hãc mẽorabilẽ excerpim' sniam. Lento eni gdu ad vindictã sui diuina pcedit ira. tarditatẽq supplicii grauitate cõpensat.

Solinus



Solinũ q̃s historicũ ꝛ oratorẽ grauissimũ tempestate istac ex libris ipsius floruisse coniiciũt'. cũ ꝛ ipse collectaneoꝝ librum optimũ edidit. ꝛ ad augustũ cesarẽ rome obtulit. In quo simul ꝛ terrã pingit ac vrbiũ distantias ꝛ loca multa mensurat. Eũq librũ collectaneũ id est de mirabilibus mundi appellauit.

Strabo



STrabonē etiāꝫ hiſtoricū ꝛ geographū ac pħm: necnō homerice maieſtatis expoſitorē (vt ꝗbuſdā placet) natione cretēſem hiſdē tꝑibꝰ illuſtrē fuiſſe ex oꝑibꝰ ſuis inuenimꝰ. qui cū doctiſſimꝰ vir eēt ꝛ magnaꝝ reꝝ cognitione peritiſſimꝰ haberet. Inter cetera ſue virtutis monimēta de geographia mundi decem ꝛ ſeptē libros ꝓpulchros edidit. In quibꝰ vel omiſſas vel neglectas aut vetuſtate oblitas orbis ꝑtes ad vnguē reſtituit. Et diligētiſſime deſignauit: ꝓplos nationes res geſtas: mōtes: maria: ꝛ eoꝝ termīos ante oculos nr̄os clariſſime poſuit. hic ex mitridatis regꝭ ſāguīe maternali linea originē duxit. Cuiꝰ clariſſimū opꝰ diu latinis incognitū Nicolaꝰ papa quītꝰ ꝑ gregoriū Typernatē trāſferri ī ꝑte voluit. Reliquū vō oꝑis mancū videlꝫ europā guarinꝰ veronēſis abſolutū reddidit

Joachim Anna



ANna mulier hebrea iſachar iudei filia in cōiugiū ioachim viri ſanctiſſimi de tribu ſua tradita. Cū diu ſterilis ꝛ ſine ꝓle ſteriſſet: poſt multas orationes ꝛ lachrimas angelica monitione premiſſa Mariā futurā dei genitricē genuit filiam. Qua ꝓcreata mox ioachim viro defuncto: nupſit alteri viro nōie Cleophe. de quo etiā alterā mariam Cleophe ſuſcepit filiā. Cleophas aūt mariam filiaſtrā ꝓdictā ioſeph copulauit vxorē. Sed ꝛ mariā filiā ſuam Alueo tradidit vxorē ex q̄ nati ſunt Jacobꝰ alphei Symō chananeꝰ ꝛ Judas thadeꝰ. Mortuo ꝗꝫ cleopha anna tercio ſecundū legem moyſi alteri viro nōie Salome nupſit. ex q̄ terciā filiā nōie mariam ſolome genuit. que tandē zebedeo deſpōſata. Jacobū maiorē ꝛ Johannē euangeliſtā pepit filios. Hec ꝗppe anna ſororē nōie yſmeriā habuit de qua nata eſt Eliſabeth iohannis baptiſte mater. Anna cum in preceptis ꝛ in vijs dn̄i toto tꝑe vite ſue ambulaſſet plena dierū quieuit in dn̄o.

Zacharias. Elizabeth



ca in actibus aploꝝ testāte) generaliter cum aplis habuit: q̄sqꝫ
repleti fuerunt grā spūssancti. Post missiōe vo spūssancti ꝛ aploꝝ disp
sionē vt diuus Hieronym⁹ refert. Gabriel archāgelus tāq̄ celestis pa
ranymphus eā virginē sanctā ꝛ corpe ꝛ mēte intactā custodiuit: atqꝫ io
hānes euāgelista cui eā de cruce fili⁹ cōmiserat: virgo vginē seruauit of
ficiosissime vsqꝫ in finez vite sue: ꝛ tāq̄ adoptiu⁹ fili⁹ administrauit. Ha
bitatio aūt ei⁹ vsqꝫ ad mortē pre nimio amore i loco illo fuit vbi oīa in q
bus passus fuerat loca inuisere posset: vt suis ꝯsolaref aspectibus. ꝛ in
mōte syon cella vbi morabat ꝛ Iohānes missas celebrauit ondit: quia
(vt diuus hieronym⁹ scribit) impatiēs amor hoc inter cetera precipuū
hʒ vt quē desiderat: semp inuenire se credat. Nec mirū si christ⁹ est ab oī
bus amādus: multo ardenti⁹ ab ea cui⁹ et dñs ꝛ fili⁹ erat. Multis eq̄dē
afficiebaf dolorib⁹ ꝛ amoris ardorib⁹ estuauerat post filij ad celos ascen
sum: duz secū tacite cuncta reuoluerat: q̄ audierat viderat ꝛ cognouerat
Tādez cū oī plena esset grā: oīqꝫ vtute illustrata. Anno a ntītate filij ei⁹
ihesu xpī q̄dragesimonono etatis vo sue. 63. abdormiuit in pace: vber
rimeqꝫ claritatis eterne grām possidere meruit: quā ab eius filio christo
ihesu plenissime accepit. Ad eius aūt exeqas deo sic volēte (vt doctores
sancti scribūt) oēs affuere apli. Et dñs ipse nr̄ ihesus christus cū tota ce
loꝝ curia: quātū fas est credere: eidē tot⁹ festiuus occurrit: ꝛ cū gaudio
eā in aīa ꝛ corpe in celum assumpsit. Secūqꝫ i throno collocauit. Vixit
aūt post morte filij. 16. annis: cū antea. 47. etatis haberet annos. Nul
li aūt dubium in eius gloriosa assumptione ꝛ coronatione oēm illā cele
stem irlm tunc exultasse ineffabili leticia: tunc iocundatā esse inestimabi
li charitate cū oī gratulatione iubilasse: nec mirū qꝛ honor matern⁹ ei⁹
est. qui est natus ex ea quez oīs celoꝝ ordo veneraf ꝛ adorat: sup se ele
uatū cū pre in sede maiestatꝭ dñi. Ad thronū igit celsitudinē intemerata
mater ꝛ vgo pcessit: atqꝫ in regni solio sublimata: p⁹ xpm gl'iosa resedit.

Assumptio marie dei genitricis



PEtrus papa primus: aploꝝ princeps: natione galileus ex beth
saide vico: iohānis filius andree apli frater: primus sedit annis
septē post ascensionē dñi i episcopali sede apud antiochiā vrbez
fuit aūt petrus ille quē his verbis xps allocutus est. Beatus es symon
bariona: qꝛ caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est i ce
lis. Et tu es petrus ꝛ sup hanc petrā edificabo ecclesiam meā. Et tibi da
bo claues regni celestis: ptātemqꝫ ligādi ꝛ soluendi. Is vo oīm diligen
tissimus vbi asiaticas eccłias satis confirmasset: cōfutatis eoꝝ opinioni
bus qui circūcisiones approbabāt post predicationē dispersionis de cir
cūcisione in ponto: galacia: cappadocia: asia: bithinia. ab herodis car
cere liberatus: in Italiā venit ꝛ rome primā cathedrā tenere cepit secun
do Claudij anno. Cum ea vrbs totius mundi caput esset: eā pōtificali
sedi cōuenientē esse cernebat. Sedit aūt in ea annis. xxv. ꝛ mensibus se
ptem. Petrus itaqꝫ romā tunc venit ꝛ qꝺ hanc sedē pōtificali dignitati
cōuenientē cernebat. ꝛ huc pfectuz intellexerat symonē magū samarita
num quendā: qui prestigijs suis eo errores iā deduxerat populū roma
num: vt deus crederef. Rome eīn iam titulum adeptus erat inter duos
pontes positū ac latinis lrīs sic scriptū symoni deo sancto. Hic dum i sa
maria esset tamdiu se credere i christū simulauit: quoad baptismū a phi
lippo vno ex septē diaconib⁹ acciperet: quo q̄dez postea in malā partez
vtens: multaꝝ heresum fundamenta iecit cū Selene impudica muliere:
quā sceleris sociā habuit: pnocire petrus miraculis morte pueri homo
ne pharius ausus est: quē eius carmina primo mouere visa sunt: verū cū
postea nihilominus puer taceret: in nomie ihesu petro iubente surrexit.
hāc obrez indignatus symon vidente populo se volaturū ex capitolino
monte in auentinū pollicef. Cum iam volaret rogatu petri ad celū ma
nun tendentis ac rogantis deum: ne deludi magicis artibus tantum po
pulū sineret symon decidit ꝛ crus infregit. Cuius dolore nō multo post
aricie mortuus est. Hinc symoniaci heretici originē habent: qui donum
spūssancti emere ꝛ vēdere ꝯsueuere ꝛc. Primus postea Petrus quadra
gesimale ieiuniū instituit. Duas qꝫ eplas q̄ canonice nominant scripsit
Verū qꝛ cū pluribus intentus esse non poterat: cum orationi ꝛ predica
tioni vacaret duos episcopos ordinauit Linum scꝫ ꝛ Cletum: qui sacer
dotale ministeriū populo romano ꝛ alijs exhiberent.

Coronatio Gloriose uirginis Marie In celis.



ā mūdi. 4233. ā x̄. 34.



# Linea Imperatorum

## Caius Calligula



CAius cognomēto caligula: filiꝰ drusi augusti cesaris priuigni ⁊ tiberij nepos q̄rtus romanoꝝ imꝑator. mortuo eī tiberio a castrensi loco ductu impiū occupat. caligule cognomē traxit: q: manipulario habitu inter milites educabatur: siue vt alij ferūt cum eius iuuentum extitit deferendi caligas margaritis insignitas. māsit ī liuie auguste ꝑauie sue cōtubernio quā defunctā pretextatꝰ ꝑ rostris laudauit. inde vicesimo etatꝭ anno accitꝰ capreas a tiberio vno atq̧ eodē die togā sumpsit. Naturā tñ seuā atq̧ ꝑbrosaȝ inhibere poterat. cōsulatꝰ q̄tuor gessit. oꝑa sub tiberio semipfecta teplū augusti theatruq̧ pōpeij absoluit. inchoauit aqueductum tiburti. multas tñ vrbes in suo noīe edificauit ⁊ presertim apud thraciā calipolim vrbē insignē. Statura fuit eminenti pallido colore: corpe enormi: gracilitate maxia ceruicis ⁊ crurū ⁊ oculis ⁊ tpibꝰ cōcauis: frōte lata ⁊ toruа. capillo raro ac circa verticē nullo. Vultū vero natura horridū ac tetrū etiā ex industria efferebat. valitudo ei neq̧ corporis neq̧ animi ꝯstitit. vestitu calciatuq̧ ⁊ cetero habitu neq̧ patrio neq̧ ciuili: ac ne virili quidē vsus est. sepe depictas gēmatasq̧ indutꝰ penulas: inanissima facta augebat atrocitate verboꝝ. ideo bō oīm scelestissimꝰ iudicatꝰ. nil eñ vel domi vel foris strēnue gessit. Auaricia oīa expilauit: tāte libidinis fuit vt etiā sororibꝰ stuprū intulerit: tante crudelitatis ut sepius exclamasse dicat vtinā ppłus romanꝰ vnā ceruicē haberet. ita aūt virgilij ⁊ liuij glie inuidit: vt paululū abfuerit: q̄n eoꝝ scripta ⁊ imagines ex oībus bibliotecis amoueret senecā arenā sine calce dicebat. Preterea agrippā regē iudee facit: herodē lugdunū relegat. Postremo a suis tādē necat impij āno tercio mēse decio cū vixisset annis. xxix. Cadauer clā ī ortos lamianos asportatū: pꝰ crematū ⁊ sepultū.

## Claudius



CLaudiꝰ caij caligule patruus: quē nepos ī ludibriū reseruauerat: imꝑiuȝ accipiēs q̄ntꝰ romanoꝝ imꝑator ope ⁊ industria agrippe regis iudeoꝝ imperiū: vt iosephꝰ refert: accipe meruit. Is natꝰ est lugduni eo die q̄ pmū ara ibi augusto dedicata est: apellatusq̧ tiberiꝰ claudiꝰ drusus disciplinis liberalibꝰ ab etate pma nō mediocrē oꝑam dedit q̄nq̄gesimo anno imꝑeriū cepit. In cognoscēdo ⁊ decernēdo mira varietate animi fuit. Britāniā quā neq̧ añ Juliū cesarē neq̧ post eum quisq̧ attingere ausus est: in deditiones accepit: orchades insulas romano adiecit imꝑio: sexto q̧ꝫ ꝑfectꝰ erat mēse romā redijt: triūphauitq̧ maxio apparatu. Oꝑa magna potiꝰ q̧ꝫ necessaria ꝑfecit: ꝑ tria passuū milia partim effosso mōte: partim exciso canale absoluit egre: ⁊ pꝰ vndecim annos triginta milibꝰ hoīm ibi sine intermissione elaborātibꝰ portū ostie extruxit: ducto dextro leuaq̧ brachio ad cohercendos maris fluctꝰ: vxorē duxit eliā petinā cū qua diuortiū fecit ex leuibꝰ offensis. Post messalinam messale cōsobrini sui filiā ī mřimoniū accepit quā cū cōꝑerisset sup cetera flagicia C. silio nupsisse: supplicio affecit: tandē illecebris agrippine blādicijs prelectus cū ea nuptias ꝯfecit. autoritas dignitasq̧ forme nō ei defuit. Nā ⁊ ꝑlixo nec exili corpe erat: ⁊ specie caniciesq̧ pulchra: opimis ceruicibus. cibi vini q̧ tpe ⁊ loco appetētissimꝰ: historiā in adolescētia scribere aggressus est: nec minore cura greca studia secutus est. Postremo ab agrippina boletis veneno illitis necat. Excessit aūt. iij. idus octobris. lxiiij. etatis imꝑij. xiiij. anno. funeratusq̧ est solēni principū pompa. Presagiū mortis eius fuit exortus crinite stelle quam cometam vocant.

## Nero



NEro claudij ꝑuignꝰ ⁊ agrippine ex Gneo domicio eiꝰ viro filiꝰ sextus romanoꝝ imꝑator. natꝰ est añ nouē mēses q̧ꝫ tiberiꝰ excessit cui ꝑriuȝ nomē domicius sicut ⁊ pri. Cū claudiꝰ cesar ei filiā octauiā vxorem dedisset eū nerone appellauit. Inter ceteras disciplinas puericie imbutus tpe ⁊ musica. equoꝝ studio vel p̄cipue ab ineunte etate flagrauit: petulātiā: libidinē auariciā: crudelitatē sensim quidē pmo ⁊ occulte velut iuuenili errore exercuit. Paulatiȝ vō inualescentibꝰ vicijs ad maiora palā erupit. Epulas e medio die ad mediā noctē ꝑtrahebat: fuitq̧ auūculo calligule oībꝰ in rebꝰ nequior ⁊ sceleracior. Nā et magnā partē senatꝰ interfecit. Tante p̄terea luxurie fuit vt frigidis lauaret vnguētis. retibusq̧ aureis piscaret q̄ attrahere funibꝰ purpureis ꝯsueuerat. Hec oīa vicia principio imꝑij sui ita occultauit: vt bonā spem oībꝰ ꝑ se ferret. statura fuit pene iuxta corpe maculoso ⁊ fetido. subflauo capillo. vultu pulchro magis q̧ꝫ venusto: oculis cesus ⁊ hebetioribꝰ: ceruice obesa: vētre obiecto: gracillimis cruribꝰ: valitudine ꝓspera. Incendiū aūt rome suo tpe a dimo scanri ad exqlias vsq̧ sex diebꝰ vagatū. multas fortunas ciuiū cū ꝯsumpsisset: ac oīs culpa p̄ncipi ascriberet. Ipse: vt ait corneliꝰ tacitꝰ: abolendo rumori intentus: falsos testes subornauit q̄ id factū a xp̄ianis causarent. vnde ⁊ totꝰ capti ⁊ interfecti sunt: vtex eoꝝ cadaueribꝰ ꝑ aliquot noctes lumine cōtinuata dicunt. Sūt tñ q̄ dicunt illud incendiū ab eo excitatū fuisse vt troie ardētis similitudinē cerneret. Sua sevicia q̧ꝫ in senecā: lucanū: in matrē agrippinā ⁊ octauiā vxorē ⁊ oēs q̄ ī ꝑcio apd ciues erāt vsus est. Tandē ppłi romani irā ⁊ odiū in se ꝯcitauit vt ad penas quesitꝰ sit. Is fugiēs ad q̄rtū miliariū in suburbano liberti sui: semetipsuȝ interfecit. Obijt. xxx. ⁊ secūdo etatꝭ anno imꝑij vō quartodecimo.

BIBLIOTECA NACIONAL BIBLIOTECA ... "JOSE TORIBIO MEDINA"

Lapidatio sancti Stephani



S. Tephan⁹ pthomartir natiōe hierosolimitanus: e septē diaconib⁹ primus ob scītatē ⁊ moꝝ disciplinā diacon⁹ ab aplis electus: signa ⁊ pdigia multa vt Lucas scribit in iudeoꝝ pplo ad corroborationē fidei xpiane facere cepit. Contra quē nōnulli iudeoꝝ insurrexere: sed nequaq̄ sapie ⁊ spiritui eius disputādo resistere nequiuerūt: eo q intuētes vultū eius: vultus angeli apparuit inter illos: quoꝝ errores cū cōfutasset indignati iudei ipsuz extra ciuitatē eijciētes lapidibus perimerūt: vt expediti⁹ lapidibus impetere possent vestimēta sua deposuerūt iuxta pedes adolescentis sauli. Dumq̄ lapidaret genua posuit: ⁊ suspiciens in celū ⁊ vidēs ihm̄ stantē, p lapidātib⁹ obnixe orauit: ne mortē suā illis statueret in supplicīū. Is em̄ viua imago virtutis cū saxoꝝ turbine quateret ⁊ saxeus ille nimb⁹ circū tpa crepitaret a cōstantia mētis nūq̄ dimotus in futurā spem tota intentione, pfusus: magnū patiētie documentū posteris allatur⁹. Oratione tādē cōpleta mox obdormiuit ī pace. Lapidatusq̄ fuit eodē anno q̄ xp̄s crucifixus in mēse augusti. Corpus eius venerabile inuentū fuit a btō Luciano presbitero tpibus Honorij āno dn̄i. cccc. vij. In cuius reptione augustinus refert sex mortuos suscitatos. ⁊. lxx. hoīes a varijs egritudinibus liberatos. Postea trāslatū constātinopolim: deinde romā ⁊ digniori loco conditū.

Philippus aūt secūdus diaconus cesariā veniens postq̄ samarie predicabat: ⁊ multis signis ⁊ vtutibus inclitus fuit. Tres filias, pphetie spū plenas habuit. Obijt tpe Neronis ⁊ ab oībus sanctus habitus Tres q̄z filie in ei⁹ sepulchro tumulate sunt. Procorus tercius diaconoꝝ apd̄ anthiochiā dei ecclām nup ab aplis excitatā fide ⁊ industria auxit: vbi martirio coronatus fuit. Nicanor q̄rtus diaconus cū hierosolymis gr̄a fidei ⁊ virtute vsq̄ ad tpa Vespasiani admirādus fuisset ibi martiriū, p dn̄o suscepit. Tymon q̄ntus diacon⁹ primū ad beroam resedit. deinde verbū dn̄i disseminās corinthū puenit: vbi a iudeis ⁊ grecis p̄mo flāmis iniectus: s̄ nil lesus: demū cruci affixus martyrij coronā accepit. Parmenas sextus diaconus predicatiōis officiū plena fide cōsumauit ⁊ tandē Traiani tpibus martyrij gl'iaz adeptus est. Nicolaus vō aduena septimus diaconus in fide nō permāsit: ⁊ nicolaitarū heresis ab eo iniciū sūpsit.

Conuersio ⁊ vita Pauli apli



Paulus ihu xp̄i dignissim⁹ apl's electionis vas ex tribu beniamin fuit: ex oppido iudee q giscalis noiat q̄ cū a romanis captus a puero fuisset cū parētibus suis tharsuz cilicie vrbem (vbi ei⁹ pater ciuilitate romana donat⁹ est) cōmigrauit. Mos siquidē tūc romanoꝝ fuit cū monarchiā tocius mūdi cōquirerēt: vt gentes q̄ cū pace ⁊ coronis romāis occurrebāt: romane ciuilitatis potirent coꝝq̄ frēs dicerent. Cū aūt romani ciliciā cū exercitu petissent: pauli pater cū nobiliorib⁹ tharsensib⁹ romanis cū pace occurrebat. Eā ob rē psularē vestē, pmeruit: ⁊ inter ciues romanos annumeratus fuit pter qd̄ ⁊ paulus hic apl's ciuis roman⁹ habitus est. Cū aūt xp̄i religio p vniuersaz excrescere cepisset iudeā: adhuc adolescētulus a pōtificib⁹ tēpli eplas accipiēs: eos q̄ xp̄m verū esse deū, pfiterent pseq̄ decreuit: vn̄ cū Stephani pthomartiris neci interfuisset: ⁊ oīm lapidātiū eū vestimēta suaret: tāq̄ manibus oīm lapidaret Stephan⁹ inclinatus, p eo orauit ⁊ paulū e terra erexit: q paulopost dū damascū pgeret (vt lucas testat) spū diuino tactus ad fidē xp̄i venire cōpulsus: vas electionis vocari, pmeruit. Et id oē euenit anno q̄ xp̄s passus est. Statimq̄ vocat⁹ xp̄i euāgeliū eidē reuelatū est. Ob diuinas q̄ studia hierosolimā missus gamalieli viro doctissimo eruditionis eā cōmendatus. Post aūt eius pūersatione vna cū barnaba aplo inf'is vrbibus pagratis hierosolimā redijt cū petro iohāne ⁊ iacobo xp̄i euāgeliū cōtulit: q̄ audito gentiū apl's ab eisdem declaratus est. In hispaniā predicādi gr̄a nauigauit: in narbona multos cōuertit. Reuersus scd̄o hierosolymā scd̄o imp̄ij neronis anno: a festo iudee, pcuratore vinctus romā (vt ciuis roman⁹) mittit: vbi biennio ī libera custodia manēs: cū iudeis q̄tidie disputabat: tandē a nerone dimissus insta pdicauit ⁊ scr̄psit.

Sanctus marcus euangelista



Marcus euãgelista genere leuitic⁹ sacerdosq; cũ petro magistro suo: ex baptismo fili⁹ atq; interpres: ad ꝓpagandũ verbũ dei romã (ex antiochia) venit: iuxta qđ petrũ referentes audierat: rogat⁹ rome a fratrib⁹ breue scripsit euãgeliũ. Qđ cũ petr⁹ audisset ꝓbauit ecclesijs legendũ: ⁊ sua auctoritate edidit. Diuus aũt petr⁹ vidẽs cõstantiã viri ipsũ alexandriã destinauit aquilegiẽses vo sua predicatione ad xp̃i fidẽ pri⁹ cõuertit. ⁊ cũ ermagorã ciuẽ aquilegiẽsẽ virũ doctissimũ cõuertisset cũ eo ad petrũ regressus illũ aqlegiensẽ epm̃ creare fecit: inde alexandriã ꝑrexit: ⁊ prim⁹ ibi xp̃m annũciãs: cõstituit ecclesiam: tãta ⁊ doctrina ⁊ vite cõtinẽtia vt oẽs sectatores xp̃i ad exemplũ sui cogeret. Tante fuit humilitatis vt pollicẽ sibi amputauerit: vt sacerdotio reprobus haberet. Postq; aũt diu ecclesiam docendo scribendo cõstituisset octauo neronis anno ã pontificib⁹ templorũ in solẽnitate pascali cũ missas celebraret capt⁹: fune in collo ei⁹ misso ipsum p ciuitatẽ trahebãt donec spm̃ emisit. ⁊ sepult⁹ est alexandrie succedẽte sibi amano. Anno vo dñi. dccc.xxix. fuit Iustian⁹ patricius veneciarũ dux. anno ei⁹ secũdo beati marci euãgeliste corp⁹ venetias est trãslatũ ⁊ eo q secutus est anno cõdite vrbis venete primo septuagesimo ⁊ q̃dringẽtesimo ecclia que nũc extat sancti marci venetijs edificari cepta. Inde ex senatus cõsulto vrbis patron⁹ constitutus. Eius imaginẽ in vexillis detulerunt. Ipsius q; euangelij codicem ex aquilegia delatuz cum alijs preciosissimis donarijs in eodem templo recondiderunt.

Fenix auis vnica



Fenicem nobilem ante omnes aues vnum in toto orbe nec visum magnopere. Cornelius valerianus deuolasse in egyptũ tradit Q. plautio. Sex. papinio cõsulibus. Allatũq; esse in vrbem claudij principis censura. anno vrbis. dccc. ⁊ in comicio ꝓpositum: quod actis testatus est hec auis in arabia prius visa narratur aquile magnitudine: auri fulgore circa colla: cetera purpureus: ceruleaz roseis caudam pennis distinguentibus: cristis faciem: caputq; plumeo apice honestare. Auctor manilius senator est neminẽ extitisse qui viderit vescentem. viuere annis sexcentis sexaginta. Senescentẽ cassia turisq; surculis construere nidum replere odoribus: ⁊ super emori. Ex ossibus deinde ac medullis nasci primo ceu vermiculum: inde fieri pullum. Huius alitis vita magni cõuersionem anni fieri prodit idem manilius.

Jacobus maior apostolus



Iacob⁹ maior apl's dñi: zebedeiq; ex maria salome fili⁹: ac diui iohãnis euãgeliste frater dictus maior cũ pri⁹ altero vocat⁹ ad aplãtũ: ⁊ p martyriũ ad regnũ celorũ fuit. quẽ dñs vna cũ eodẽ iohãne vocauerat dicens. Venite post me faciã vos fieri piscatores hoim. quiq; relictis rebus secuti fuerũt eũ. post aduentũ spiritussancti hispaniã accessit ad predicandũ. postq; vniuersam pdicãdo peragrasset hispaniã: in qua noue tãtũ cõquisierat discipulos: cũ videret gentẽ illã agrestem i iudeã reuersus. Ab herode agrippe regis fratre qui in irlm̃ fris vices gerebat obtruncatione capitis martyrij palmã adeptus est. Ut dicit die qua ⁊ xp̃s incarnatus vel passus est anno vno integro reuoluto. Cũ vo duceret ad locũ passionis p Josiã scribã: ⁊ in via paraliticũ sanasset: iosias credidit: pri⁹ baptizat⁹ capite priuat⁹ cũ iacobo fuit. Ei⁹ aũt sacratissimũ corp⁹ discipli ei⁹ nocte rapiẽtes de irlm̃ ad hispanias trãstulerũt. ⁊ cõpostellã ciuitatẽ gallicie intrãtes i vltimis finib⁹ hispaniarũ cõdidẽ. Ibiq; celeberrima gentiũ illi⁹ ⁊ ꝑegrinarũ natio nũ veneratione excolit. Stupẽda effecit q; deuotio fideliũ infusa mẽtib⁹ in visitãdo limina ei⁹ ⁊ ecclia firmauit: in eo voto nullus preter aplicã sedẽ dispẽsare liceat. ⁊ qđ minus ceteris aplis illi i vita collatũ fuit honoris ⁊ glorie: ꝓpter breuitatẽ vite ei⁹: hoc quasi diuina munificẽtia post mortẽ suppleuerit.

Prima ꝑsecutio xp̃ianorũ terciodecimo imperij neronis anno cepta fuit. Is i xp̃ianos p̃m⁹ exercere cepit. in q ꝑter petrũ ⁊ paulũ aplos vt illico patebit etiã infrascripti singulares viri rome ⁊ alibi glorioso martyrio coronati sunt. quorũ de nũero q̃draginta septẽ fuere a btõ petro aplo baptizati: q cũ eodẽ aplo i custodia cõtinent: tandẽ sub deuotissima fidei ꝓfessione ibidẽ neroniano gladio. ⁊ vd⁹ marcij ꝯsũpti sũt.

Jacobus iuſtus minor apoſtolus



IAcobꝰ aplš cognomẽto iuſtus dictus minor reſpẽctu maioris: nõ quo ad ſctitatẽ: ſed ob vocationẽ ad apłatũ. Dñi (ex ſorore marie matris eiꝰ) frater poſt aſcẽſionẽ dñi ab aplis hieroſolomitane eccłie primus eps ordinatꝰ: Sedit annis .xxx. vſq ad ſeptimũ annũ Neronis. Vir certe ab ipſo matris vtero ſanctus: q vinũ ⁊ ſicerã nõ bibit: nec carnẽ mãducauit: ferrũ ĩ caput eius nõ aſcẽdit: oleo nõ eſt vnctꝰ: nec balneo vſus eſt: veſte linea ſupinduꝰ ſolus ſancta ſanctoꝝ ingrediebat ⁊ ita aſſidue ꝓ ſalute ppłi flexis genibꝰ orabat: vt eius genua cameloꝝ more occalluerint. ꝓ hac ſũma iuſticia: iuſtus appellatꝰ. ⁊ vt Ignaciꝰ tradit facie vita ⁊ mõ cõuerſationis xpo ihu ſimilimꝰ fuit: ac ſi frẽs gemelli fuiſſent. Hũc itaq annanꝰ põtifex iudeoꝝ: recedẽte feſto ex iudea ipſiꝰ prouĩcie gubernatore cõprehẽdit. Et xpm negare attẽptauit. Poſuerũtq ſup pinaculũ tẽpli ⁊ ꝯgregata multitudine xpm verũ deũ venturũ ad iudicãdũ viuos ⁊ mortuos ꝓclamauit. xpiani gauiſi. pharisei ꝯturbati aſcẽdẽtes eũ de tẽpli pinna deiecerũt: cõfeſtim in terraꝫ collapſuꝫ lapidibꝰ obruere ceperũt. ꝓut tñ potuit manꝰ ad celũ tetẽdit ⁊ ꝓ ꝑſecutoribꝰ orauit. Quo; dhuc ſpirãte fullonis fuſte ĩ capite ꝑcuſſus expirauit. Sepultꝰ iuxta tẽplũ. huic pꝰ reſurrectionẽ dñs apparuit ei panẽ bñdicẽs ⁊ frãgens dixit. Mi frater comede panẽ tuũ qr a mortuis filiꝰ hõis reſurrexit: cũ votũ emiſiſſet non guſtaturũ panẽ niſi eũ priꝰ videret. eũ tante ſctitatis fuiſſe dicit ioſephꝰ q ob necẽ eiꝰ ierſlyma euerſa fuit creditũ ſit.

PEtrus vir ſanctiſſimꝰ cũ tm ſibi nõis apud oẽs cõparauerat vt plurimũ coleret: hãc ob rẽ indignatꝰ Nero mortẽ eiꝰ ꝗrere cepit: vñ petrꝰ monẽtibꝰ amicis ad declinãdã irã ꝑncipis via appia ab vrbe diſcedẽs ad primũ lapidẽ xpo fit obuiã. quẽ adorãs rogat dñe quo venis: ait xps. Romã iterũ crucifigi. extat ſacellũ eo loco vt vba hic ſunt habita ideo ad vrbẽ rediit clemẽtẽ epm ꝯſecrat. nõ multo poſt vna cum paulo iuſſu neronis necat vltimo eiꝰ anno: diuerſis tñ cruciatibꝰ. Petrꝰ eñ cruci affigit capite in terrã verſo: eleuatiſq in ſublime pedibꝰ ita ei voluit. Sepultꝰ eſt ĩ vaticano nõ lõge a via triũphali: via aurelia ſecꝰ ortos neronis. Sedit aũt annis vigintiquinq. Paulus vo eodẽ die capite mulctatꝰ: funerat via hoſtienſi anno poſt mortẽ xpi trigeſimoſeptimo. Cũ aũt ſepararent abinuicẽ inqt paulꝰ pax tecũ fundamẽtũ eccłiarũ ⁊ paſtor oĩm agnoꝝ xpi. Petrus rñdit. Vade in pace ꝑdicator bonoꝝ: mediator ⁊ dux ſalutis iuſtoꝝ. Marcellus ⁊ Apuleius frẽs diſcipuli cõdiẽtes aromatibꝰ ſepelierũt. Hodie capita aploꝝ petri ⁊ pauli auro argento ac gẽmis exornata in eccłia lateranenſi ſancti iohãnis repoſita ꝑplo oſtendunt.

Crucifixo Petri apoſtoli



Decapitatio Pauli



Seneca



SEneca qui ⁊ lucius anneus ſtoicus phus natione cordubenſis neronis imꝑatoris preceptor. Rome in precio fuit: ⁊ patruus lucani poete. De q̄ diuus hieronym⁹ meminit dicens q̄ fuerit vir cō tinentiſſime vite: ⁊ ꝓpterea euȝ in cathalogo ſctōꝝ ponit: ⁊ maxīe ꝓ pter freq̄ntes eplas pauli ad senecā: ⁊ ipſius ad paulū. Et cum eēt neronis magiſter ⁊ illius tꝑis potētiſſim⁹ optare ſe dicit eius ſe loci eſſe apud ſuos: cui⁹ ſit paulus inter chriſtianos. Hic inter cetera grā ruȝ ſuaꝝ beneficia ſibi a deo collata: tante fuit memorie: ut duo milia noīm recitata: eo q̄ dicta ordine erant: mox recitabat. ⁊ ducētos ver ſus a ducētis ſcolaſticis recitatos ab vltimo incipiēs ad primū vſq̧ integerrime recitaret. Quē tandeȝ ante bienniū q̄ꝫ petrus ⁊ paulus martirio coronarent a Nerone ſeuiſſimo diſcipulo retributiōis grā interfectū fuiſſe legim⁹. Nā cū ſenex admodū eſſet ſeneca piſoniane cōiurationis labe notatus. Uel ut aliȷ ferūt cū nero vbera quē ſibi a puericia intulerat ad memoriā eo intuitu reducēs infremuit (imo ob innatū in virtutes odiū) a Nerone ꝑ centurioneȝ ſenece indictuȝ fuit ut ſibiipſi morteȝ deligeret: q̄ cognita imꝑatoris volūtate: petijt ut in tepenti aqua poneref: ⁊ ibideȝ omnes vene eidem aperirent donec ſpm̄ exalaret: ſuaue genus mortis arbitratus mori inciſione venarum: ⁊ ita vitā finiuit. Hic nāq̧ doctiſſimus vir multa diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ ſcripturaꝝ edidit documenta.

Lucanus



LUcanus anneus predicti ſenece nepos: orator ⁊ poeta hiſtoricus celeberrimus q̄ patruo iunior: ob ingeniȷ tn̄ magnitudine par illi habit⁹ eſt: hic nāq̧ ſenece ex mela eius iuniore fratre nepos fuit: q̄ ꝓmo rome ſb cornuto ſtuduit: vbi optime edoctus cōdiſcipulos ſibi gratiſſimos: pſiuȝ ⁊ baſſum (q̄s mirūimoduȝ dilexit) habuit: hic ob eius ingeniū a Nerone in curia vocatus diu gratiſſim⁹ ei fuit. Inde q̄ſtor dictus etiā auguratus ſacerdotiū aſſecutus eſt. Tandeȝ de cōiuratione piſoniane accuſatus accepto mortȷ arbitrio venas precidē fecit: q̄bus expletȷ ſtatī e vita diſceſſit ꝓdie kal'. maij. cuius corpus ſepultū fuit in hortis ſuis.

Perſius



PErſius flaccus aulus: patre flacco: matre fuluia: volaterana ethrurie vrbe: ut euſebius ipſe deſcribit lune poti⁹ nat⁹ eſt: mediocri aūt ſtatura inſigni forma ꝓbatis moribus: ingenio ⁊ doctrina preſtāti fuit. Prima adoleſcentia p̄e mortuo. Qu. rēmū palemoneȝ grāmaticū vicentinuȝ audiuit. Mox rhetorice ſb virgineo flauo inſtituit. inde ſe ad cornutū phm̄ ꝯferens familiariter secū ad interitū vſq̧ vixit. Anno vo etatis nono ac vigeſimo ſtomachi vicio regnāte nerone interijt ⁊ rome in predijs ſuis ſepultus eſt: vnū ſatyraꝝ reliquēs libꝝ in q̄ vere laudis plurimū meruit: lȝ imꝑfectū. his q̄ȝ tribuȝ cornutus phs ⁊ poeta a nerone crudeliſſimo ſine labe aliq̄ exilio dānaf: qui p̄e nimio amore perſiȷ diſcipuli bibliotecā cōparauit preciū ſororibus (quas inſtituerat heredes) tradidit.

Philippus apoſtolus



PHilippus dn̄i nr̄i ihu xp̄i ex duodenario collegio aplus vocatus: ut eū ſeq̄ref. Is adduxit frēm ſuū nathanaelē doctorē legis: in q̄ dolus nō erat: ad euȝ q̄ ad aplatuȝ nō fuit vocac⁹: ne ꝯuerſio hoīm ad fidē humane peritie attribueref. hic apls cū ꝑ. xx. annos ꝑ vniuerſam ſcythiā ꝓdicaſſet. Illaq̧ pene totā ad xp̄i fideȝ ꝯuertiſſet. hieropoli aſie vrbeȝ veniens hebeonitaꝝ hereſim q̄ xp̄m fantaſticā carneȝ ſumpſiſſe predicabāt extinxit: demū a paganis tentus ad imolāduȝ ſtatue martȷ adduct⁹ ſub baſe ſtatue draco egrediens filiū pōtificȷ q̄ igneȝ i ſacrificio miſtrabat ⁊ duos tribunos q̄ꝝ miſtri aplm̄ detinebāt occidit: ⁊ plurios lāguidos reddidit: precibus tn̄ aplī diſparuit ⁊ iſtos ſanitati reſtituit. Quā obreȝ iſfideles euȝ tenentes anno etatȷ ſue ſeptuageſimooctauo cruci quā ꝓdicabat ad inſtar mgr̄i ſui affixerunt: ⁊ martireȝ chriſti fecerūt. Iſte duas filias v̄gines poſt ſe dereliq̄t q̄ ambe cuȝ p̄e ſepulte ſunt vna a dextris alia a ſiniſtris.

BArnabas e ſeptuagitaduob⁹ diſcipulus fuit natōe cyprus: hic datus fuit i ſociū paulo ab aplis ad ꝓdicāduȝ gentib⁹. Is i italiā veniens ex p̄cepto petri oēȝ lōgobardiā predicādo ⁊ docendo circuiuit: ⁊ ꝑ ſe ſuoſq̧ diſcipłos ciſalpinā galliā ad xp̄i fideȝ ꝯuertit. ⁊ apō mediolanū ꝓm⁹ cathedraleȝ locū tenuit relicto ibi epō ciprū regreſſus cuȝ euāgelio mathei pl'es ſanās apō ſalaminā paulo añ petri martiriū ⁊ ipſe ibidē martirio coronat⁹ ē

Anno mundi. 5273. Anno chriſti. lxxiij.

LInus ab vltimo anno neronis btō Petro ſuccedēs vſqꝫ ad veſpaſiani tpa puenit. a cōſolatu ſaturnini ⁊ ſcipionis vſqꝫ ad capitonē ⁊ ruffum cōſules. Sunt q̄ hūc locū clemēti aſcribāt ⁊ linū ⁊ cletū pretermittant: quos nō ſolū hiſtoria: verū etiā hieronymi autoritas reprehēdit. Quart⁹ inqt poſt petrū rome epus clemēs fuit. ſiquidē linus ſecūdus. Cletus terci⁹ ſunt habiti. Tametſi latinoꝝ pleriqꝫ poſt petrū ſtatim clementē numerent. quem certe cōſtat: tante eni modeſtie fuit: co egiſſe linū ac cletum ante ſe munus pōtificat⁹ obire: ne poſteris hec principat⁹ ambitio pniciosi exempli haberet. licet eidē petrus q̄ſi ex teſtamēto ſucceſſionis locū tradiderit. Fuit aūt linus ex natione thuſcus patre herculaneo vir certe morib⁹ ⁊ ſanctitate preclarus. Is ex mandato petri ꝯſtituit: neqꝫ mulier niſi velato capite templū ingrederet. ⁊ ex ſacris ordinibus bis in vrbe habitis preſbyteros decē ⁊ octo. Epiſcopos vndeci creat Scripſit ⁊ res geſtas petri: marie vo ei⁹ cōtentionē cū ſymone mago. qui cū demones effugaret: mortuoſqꝫ ad vitā reduceret. a ſaturnino cōſule cui⁹ filiā a demonib⁹ liberauerat capitali ſupplicio afficit. ac vndecimo kal. octobris in vaticano iuxta Petri corp⁹ ſepelit. cū ſediſſet in pōtificatu annos vndecim mēſes tres dies duodecim. Cuius corpus aiunt gregoriū epiſcopū oſtienſem in oſtiā traſtuliſſe: ⁊ in diui laurentij templo honorifice collocaſſe.

Anno mundi. 5284. Anno chriſti. lxxxiij.

CLetus papa natione roman⁹ de regione vicopatricij patre emiliano adhortante clemēte pōtificatus mun⁹ inuitus ſuſcepit. licet doctrina moribus ⁊ dignitate plurimū apud ſuos valeret. vir q̄ꝫ optim⁹ atqꝫ ſanctiſſim⁹ qui nihil ꝑtermiſit. qd ad augendā eccl'iam dei ptineret. Quā cū optime ꝑ tpe cōſtituiſſet. redactis in ordinē ex mādatis petri viginti quinqꝫ p̄ſbr̄is ſub domiciano ceſare martirio coronat: ac ſepelit apud btī petri corp⁹ in vaticano quinto kal. Maij. Et primus: vt aiunt: lr̄is aplicis ſalutē ⁊ aplicā benedictionē ſcripſit. Fuit aūt tpib⁹ veſpaſiani ⁊ titi a cōſulatu veſpaſiani ſeptimo ⁊ domiciani quinto vſqꝫ ad domicianū ⁊ ruffum conſules vt Damaſus ſcribit. Sedit annis. xj. menſe vno diebus. xj. Sedes aūt hui⁹ morte diebus. xx. vacat.

Linea ſūmoꝝ pontificum

Linus



Cletus



Bartholomeus apoſtolus



BArtholome⁹ apl's vn⁹ ex ſenatorib⁹ celi. is poſt aduentū ſpūſſancti poſtqꝫ in lycaonia ⁊ india xp̄i euāgeliū predicaſſet. in albanā maioris armenie vrbē veniēs cōfeſtim tēplū vbi deus aſcaroth colebat ingredit. effecit ut demon nullū cultorib⁹ ſuis reſpōſuꝫ preberet: ꝑgentes ad vicinā ciuitatē: ab ydolo rn̄ſum habuerunt ob ingreſſum bartholomei coꝝ deuꝫ cathenis ligatū vt loq nō valeret. ⁊ vt eū oñderet ait. capilli ei⁹ nigri ⁊ criſpi. caro cādida. oculi grādes. nares eq̄les ⁊ directe barba plixa. hn̄ſqꝫ paucos canos capillos. ſtatura eq̄lis collobio albo clauato purpura veſtit. Induit pallio albo qd ꝑ ſinglos angulos gēmas hꝫ purpureas cencies flexis genib⁹ ꝑ diē orat ⁊c. Ibi euāgeliū predicās polemiū ipſi⁹ vrbis regē ac reginā cū duodeci ciuitatib⁹ ad xp̄m cōuertit. ⁊ demonē deformē oñdit: ꝓpter qd pōtifices tēpli indignati. ipſuꝫ ab aſtiago fratre polemij ſibi i fenſiſſimo p̄mo cedi. deinde excoriari. ⁊ capite obtrūcari fecere q̄ ad celeſte gaudiū triūphū pegit. cui⁹ corp⁹ a fidelib⁹ ibidē cū oī veneratiōe tumulatū: poſtea ad lipparim delatū. inde beneuentū ⁊ vt aliq ſentiūt demū romā traſlatū: fuit aūt nobiliſſimis ortus parentib⁹: qui hieroſolymā veniens audita xp̄i: diuinitate ac crebris eius miraculis eidem adheſit.

Appollinaris



APpollinaris rauēnatus eps ſctiſſim⁹ vir ab aplo Petro ordinat⁹ rauēnas miſſus: ſeuis verberꝫ flagellis ſepe ꝯterit ⁊ ſenile corp⁹ ab impijs horrēd⁹ cruciatib⁹ laniat. ne aūt fideles de ſuis vexationib⁹ trepidarēt ſigna aplica pfecit. puellā mortuā ſuſcitauit. cecis viſuꝫ reddidit. muto loqlā. lepꝛoſos mūdat. atqꝫ portētū ſimulachrū vna cū tēplo i terrā deiecit. Tādē apd eādē vrbē inter ſuccedētia tormēta glioſuꝫ ꝯſūmauit martiriū decimo ſcꝫ kal. auguſti.

Galba vir antiq̄ nobilitatis: cū ꝓgenies cesarū in nerone defecit (qḋ ei euidētissimo signo apparuit. Augusti enī sceptrū e manib⁹ excussuz est) neroni successit nullo gradu ꝯtingēs cesarū domū. In hiberia impator a militib⁹ creatus vbi neronis mortē cōperit: romā pfestinī venit septim⁹ romanoꝝ impator. Qui a principio liberalib⁹ disciplinis ꝛ iuri ōgaz dedit ꝛ vita priuata insignis fuit: militarib⁹ ac domesticis in reb⁹. Sepe tñ ꝯsul. sepe ꝓconsul frequēter dux fuit grauissimis bellis. Statura iusta fuit. capite caluo. oculis ceruleis. adunco naso. manib⁹ pedibusq̧ articulari morbo distortissimus vt neq̧ calceū ꝑpeti. neq̧ libellos euoluē aut tenere oīno valeret. excreuerat in dexteriore latere ei⁹ gibb⁹. Cibi plurimi tpe etiā hiberno añ lucē capere ꝯsueuerat: libidinis ꝓnus. verū cū oēs auaricia ac segnicia offenderet. Insidijs ottonis rome ad lacū curcij cū pisone nobilissimo adolescēte quē in filiū per adoptionē susceperat iugulat⁹ est. Perijt aūt tercio ꝛ septuagesimo etatis anno impij mēse septimo. qui marcū fabiū quintilianū insignē oratorē ex hispania romā duxit.

Otho octau⁹ romanoꝝ impator patre equite matre humili: materno tñ quā paterno nobilior: a prima adolescētia ꝓdig⁹ ac ꝓcax: per grāz liuie auguste in cui⁹ domo creuerat: senator fact⁹. qppe q̄ neronis familiaris fuerat: ꝛ oīm ꝯsilioꝝ particeps: inter tumult⁹ cedesq̧ inuasit imperiū. Cū aūt ciuile bellū cōtra vitelliū in germania imperatorē creatū molit⁹: trib⁹ leuib⁹ prelijs superior fuisset. vno ad alpes. alio apud placentiā. tercio ad castorē. quarto apud bebriacū superat⁹. vnde rex desperatione sibimet manū iniecit. Cū vno se ictu infra leuā papillā traiecit. Irrūpentibusq̧ ad primū gemitū. modo celans modo detegens plagam exanimat⁹ est. ꝛ apud volaterranā ethrurie vrbem funeratus vti preceperat. xxx. ꝛ octauo etatis anno. ꝛ nonagesimo ꝛ q̄nto imperij die fuisse aūt tradit̄ stature modice ꝛ male pedat⁹: caluusq̧: mūdiciarū vero pene muliebriū: quē alij predicāt virū fortissimū ac rei bellice vnicū imperatorē.

Vitellius nonus romanoꝝ imperator familia magis honorata quā nobili romā veniēs. puericiā primāq̧ adolescētiā capreis egit inter tiberina scorta. sequēti etate oīb⁹ ꝓbris cōtaminatus. caio per aurigandi: claudio per alee studiū: sed aliquāto neroni acceptior. triū itaq̧ principū indulgentia honorib⁹ amplissimis auctus. ꝓcōsulatu affrice. ꝛ curā operū publicoꝝ administrauit. a galba deinde in inferiorē germaniā missus est. Castra vero ingressus nihil cuiq̧ poscēti negauit ideo in veste domestica impator est ꝯsalutatus. ac imperio potitus in oēm nequiciā seuiciā ꝛ ingluuiē ꝓlapsus est. Nam tante voracitatis fuit vt sep⁹ in die comederet: ꝛ vna cena suo iussu duo milia piscū: ꝛ septem milia auiū apposita sint. ferunt enī eū fuisse rubicūdissime faciei ꝛ obesi ventris verū vbi cōperit vespasianū apud iudeā palestine ab exercitu imperatorē creatū cuz legionib⁹ aduētare. primū deponere imperiū cōstituit: postea a quibusdā aīat⁹ sumptis armis sabinū vespasianū frēm cū flauianis in capitoliū cōpulit: quo q̄dem succenso oēs cōcremati sunt. Superueniēte vespasiano e cella pstillatij per viā sacrā semi nudus ad scalas deducit̄ vbi excarnificatus in tyberim ꝓicit̄. Perijt cum fratre ꝛ filio anno vite. vij. quinquagesimo.

Vespasianus flauius decimus ro. impator. cū rebellione ac cede triū principum incertū ac vagum imperiū fuit. tandē gens flauia firmauit. Vespasianus aūt natus est in sannis vltra reatū vico modico: quinquēnio antequā augustus excederet. vxorē duxit flauiā domicillā ex hac liberos tulit tituz ꝛ domicianū ꝛ domicillā. hic ante demandatū sibi imperiū a claudio missus in germaniā ꝛ britaniā tricies cum hoste conflixit. Deinde biennio ante neronis mortē ad capiendā iudeā ab ipso nerone missus. multa ibi strenue gessit certamina: ꝓ quibus audita principis morte ab exercitu imperator appellatus est. qui bellū tito filio cōmendās romā per alexandriā ꝓfectus est: vbi vrbem deformē moribus ꝛ legibus ac structuris ornauit: fuit enim vir clemētissim⁹ ac munificentissimus qui principatu suscepto rempublicā ferme collapsam optime restituit. Templū pacis perfecit. amphitheatrū (cuius pars adhuc in vrbe extat) inchoauit. Statura fuit quadrata cōpactis firmisq̧ membris. vultu veluti nitentis. offensarū minime memor. colligendarū tñ pecuniarū nimiū studiosus: licet ex alieno non raperet. eis deniq̧ ad munificentiā vsus: expleuit enim censum senatoriū: consulares inopes sustentauit. Qui tandem postq̧ multas deduxisset colonias ꝓ fluxu ventris vsq̧ ad defectionem soluto imperatorē ait stantem mori oportere. Dumq̧ consurgit inter manus subleuantium extinctus est annum gerens etatis. 69. cum imperasset annis. x.

Linea Imperatoꝝ

Galba



Otho



Vitellius



Vespasianus



Andreas apoſtolus



Andreas ſymonis petri frater: ⁊ in paſſione cru
cis ſoci⁹. Js primo fuit diſcipulus Johãnis ba
ptiſte: poſtea ſecut⁹ eſt ihm quẽ iohãnes oñdit dicẽs.
Ecce agn⁹ dei. Poſt aduentũ ſpũſſancti in achaiaz gre
cie ꝓuinciã ꝓfectus eſt. adhuc veſpaſiano imperãte: ⁊
cũ ſcithis euãgeliũ ꝑdicaſſet ⁊ in achaia plures ad fi
dem cõuertiſſet. ⁊ ꝑcipue maximillã egee ꝓcõſulis ꝓ
uincie vxorẽ apud patras achaie ciuitatẽ ab egea com
ꝓheſus: poſt longã diſputationẽ de xp̃o in carcerẽ tru
dit. deinde a viginti ſatellitib⁹ grauiſſime cedit. ⁊ ad
vltimũ in cruce funib⁹ appendit vt longiorẽ cruciatuz
ſufferret. ⁊ cũ popul⁹ ſeditionẽ mouit cõtra ꝓſidẽ obnt
xe rogauit: ne impediret martiriũ ei⁹. Nã magiſter eo
rum in ſua paſſione patiẽtiã exhibuit. Vidẽs crucem
eã ſalutauit. Salue crux ſancta: q̃ in corpe xp̃i dedicata
es: ⁊ ex mẽbris ei⁹ tãq̃ margaritis ornata. In cruce
aũt biduo viuens apparente demũ circa eũ ſplendo re
vltimo nouẽbris die martyriũ cõſũmauit. Maximilla
vo ipſi⁹ egee vxor cõfeſtim apl'i corp⁹ rapiẽs optimo
loco cũ aromatib⁹ ſepeliuit. Cuius ſane corpus vige
ſimo conſtantij ceſaris anno cũ oſſib⁹ beati luce euãge
liſte ex eadẽ ciuitate in cõſtantinopolim trãſlatũ eſt: ⁊
quidã ferant ꝙ nũc requieſcit in ciuitate malfitana ve
rũ eius caput poſtea papa pius ei⁹ nominis ſecũdus
e peloponeſſo romã auectũ in beati Petri templo ma
xima cum veneratione collocauit.

Quintilianus



Quintilianus rhetor ac ph̃s celeberrim⁹ natione hiſpanus hiſdem tempori
bus cum in ꝑcio magno eſſet: a galba ꝑdicto ceſare romam ꝑductus: ibidẽ
ſcholam tenens clariſſimus habitus eſt. Vir certe eruditiſſimus atq̃z grauis: qui
inter cetera de inſtitutione oratoria octo libros compoſuit: atq̃z cauſarũ librum ꝑ
utilem edidit. Ex quibus hanc celebrem ⁊ memoria dignã habemus ſententiam
vtinã liberoꝝ nr̃orum mores nõ ipſi ꝑderemus. Infantiã eniz ſtatim delicijs ſol
uimus. Mollis quippe educatio quã indulgentiã vocant. neruos omnes mẽtis
⁊ corporis frangit. Huius aũt celeberrimi viri de inſtitutione oratoria liber cum
annis ferme ſexcentis deperditus ſtetiſſet. Poſtea a poggio florẽtino viro eruditiſ
ſimo circa annum domini. 1414. in Conſtantienſi concilio in quodam monaſte
rio integer repertus. Atq̃z ita eius ope tranſcriptus ⁊ emendatus in italiam de
latus eſt.

Thomas apoſtolus.



Thomas apl's qui didim⁹ dicit vel gemin⁹: vn⁹
ex duodecim apl'is fuit. Is dubitans de reſurre
ctione xp̃i magis nobis ꝓfuit (vt Gregorius ait) q̃ ma
gdalene credulitas: teſtis factus. non ſolum ꝑ auditum
⁊ viſum: ſed etiaz ꝑ tactũ. Hic cũ xp̃i euangeliũ parthis
medis ⁊ perſis: hircanis ac bragmanis ꝑdicaſſet. etiaz
in indiã ſuperiorem ⁊ inferiorem ꝓficiſcens multos cõuer
tit. Et migdoniã caritij cognati regis vxorẽ baptiſans
xp̃o conſecrauit. Ibidem quoq̃z multas adhuc extãtes
eccleſias fundauit. Indeq̃z vt Criſoſtomus ait ad regio
nem magoꝝ qui ad xp̃m venerãt adorandũ deueniens:
eos baptizauit: ⁊ in adiutoriũ fidei xp̃iane ſocios ſuſce
pit. Tandem ab infidelibus in fornacem ardentẽ proie
ctus: illeſus tñ in eo manſit. Deinde ductus ad idolum
ſolis vt adoraret: apl'us genub⁹ flexis ait. Adoro dñm
meũ ihm xp̃m: ꝑcipioq̃z tibi qui ibi latitas vt ſimulacrũ
cõminuas: Quo facto indignati pontifices templi ab
eis lanceis ꝑforatus martyrii coronã ꝓmeruit. Cuius
corpus haud multo poſt ad ediſſam ciuitatẽ tranſlatum
eſt. Quod aũt thomas in tranſitu virginis marie nõ af
fuerit ⁊ poſtea veniẽs de eius corporis ⁊ aie aſſumptio
ne dubitauerit. Et ideo virgo glorioſa ei apparens cin
gulum ſuum dederit in teſtimoniũ huius: apocriphum
eſt. Licet credibile ſit cingulũ eius haberi i terris quod
prati populo oſtendit.

Matheus apostolus



Matheus apl's vocat' a xp̃o in theolonio ex publicanis actibus aplus ⁊ euãgelista factus clarissimus. ⁊ ipse post dñi ascẽsionẽ euãgelio christi i iudea predicato: cũ ad gẽtes exteras transire statuisset: i eibi opiã p̃mus euãgeliũ hebraice scripsit: p iudeis cõuersis ad fidẽ: qđ quidẽ frĩbus ⁊ maxie barnabe cõdiscipulo a quo recedebat in sui memoriã reliquit. In cui' principio christi incarnationẽ in medio predicationes ⁊ i fine ei' passionẽ ostẽdit. Qđ quidẽ barnabas apl's ad predicationis officiũ p diuersas pagrãs ciuitates secum deferebat: ⁊ super egros ponebat: qui oẽs cõfestim sanitatis bñficiũ cõsequebant. In ethiopiã mathe' trãsiẽs totã ferme regionẽ illã pcurrit predicando atq̃ innumeros ethiopũ p̃plos christi iugo subdẽs: ⁊ ethiopũ gentẽ ablutã fonte baptismatũ de fusca formosam reddidit: christi fundauit eccl'ias. Cũ aũt epigeniã nobilẽ virginẽ cũ ducẽtis virginib' christo ꝯsecrasset a rege spiculatore misso ad perdẽdũ dei aplm. Qui celebrata missa eleuatis i celũ manib' iuxta altare imerso a tergo gladio eũ occidit: ⁊ martyriũ passus est vndecio kal. octobris. Rex morbo elephãtie corept' vite tedio seipsũ interfecit. apl's p visũ populũ admonuit vt epigenie frẽm regẽ cõstituerẽt. q̃ postea. 70. annis regens eccl'ias erexit ⁊ ethiopiã xp̃ianissimã effecit. Eunuch' quẽ phillipp' baptizauerat deinde gubnacl'a ethiopie suscepit.

Processus ⁊ martinian'



Processus ⁊ martinianus romani milites a diuo Petro i carcẽ baptizati ⁊ ipsi cũ nerõis iussu oris ꝯtusionẽ: eculeũ: flãmas: fustes: scorpionesq̃ ꝑpessi fuissent: nouissime sexto nõs Iulij martirio coronati sunt.

Nere' ⁊ archela' frẽs romani ciues sub hac persecutione rome martirio coronati sũt. Sili mõ torpet': torquat' ⁊ secũdus cecilius eufrasius sanctissimi christi cõfessores apud hispanias martyrio coronant. Naracus preterea affricani patricij romani fili' a btõ lino baptizatus. marcellus quoq̃ ⁊ apuleus ⁊ alij.

Tecla virgo



Tecla vgo preclarissima pauli apl'i discipl'a postq̃ p cõfessiõe christi: fustes: bestias: ignes: tria atrocissima tormẽta ptulisset cũ de iconio seleuciã venire. 9. kal. octob. i pace q̃euit.

Judas qui ⁊ Tadeus apl's



Judas q̃ ⁊ thade' symonis chananei ⁊ iacobi minoris frater marie cleophe ex alpheo fili' ⁊ xp̃i apl's Is p̃mo post aduentũ sp̃us sctĩ in mesopotamia ⁊ i inferiori regione põti christi euãgeliũ predicauit: ⁊ efferas ⁊ indomitas gẽtes q̃si beluarũ naturas sctõ dogmate mitigauit. Deinde simul cũ symone aplo in persidẽ p̃fecti sunt ⁊ vt eccl'iastica historia habet ad abagarũ regẽ venit in edissa ciuitate qui epl'as ad xp̃m añ passionẽ ei' ꝯscripsit cui xp̃s scripto r̃ndit: q̃ cũ irremediabili corp'is morbo tenebat quẽ cũ ab infirmitate liberasset deinde cũ symone aplo martyriũ cõpleuit. Sepultus i netri armenie vrbe: cui' festiuitas quinto kal. nouembris celebrat. Scripsit aũt iudas hic epl'am breuem: que ex septem canonicis vltima habet.

Diascorides



Dyascorides medicus grecus ⁊ militaris discipline vir in herbaria arte his temporibus admirabilis fuit. Et herbarũ virtutes arboꝝ lapidũ aromatũ accuratissima doctrina cõscripsit: imo vt de seipso testat: quecũq̃ (inq̃t) posui nõ ex opinione aut fama cognui: s; ex electione ⁊ experimẽto didici: de quo etiã Plini' mentionẽ facit.

Symon apoſtolus



Symon cleophe filiꝰ ⁊ dn̄i nr̄i ihū xp̄i apl's ac cōſobrinꝰ: appellatꝰ chananeus germanꝰ thadei fuit q̄ dictus eſt iudas. Zelo dn̄i feruēs par in cognomēto petri cui in ſorte p̄dicationis egypti principatus aduenerat poſtq̄ꝫ circūquaq; xp̄i euāgeliū p̄dicaſſet ⁊ ex ꝯſenſu aplor̄ꝫ poſt martyriū iacobi apl'i hieroſolimitanā rexit eccliaꝫ. Cū aūt centeſimū ⁊ vigeſimū ageret annū ⁊ ad ſimulachrū ſolis cū iuda aplo p̄ductus fuiſſet vt oſtēderēt ea plena eſſe demonibꝰ p̄ceperūt vt ea cōfringerent. Ethiopes nigri egreſſi idola cōfregerūt. Qd̄ pōtifices vidētes in aplos irruerūt eos trucidātes. Et vt alij hn̄t apd̄ atticū cōſularē ab hereticis accuſatus qd̄ xp̄ianus eſſet poſt multa ⁊ grauiſſima ſupplicia: iuſſus eſt ſimul quā dn̄s ptulerat paſſione vitā finire: oībus admirantibus q̄ tam ſenex id crucis ſuppliciū pati potuiſſet. alij ſymonē cleophe filiū, ep̄m hieroſolyme fuiſſe atteſtant. Verū paſſus eſt quinto kalēdarū nouēbris. quo etiam die feſtū beati Iude apl'i eius ſimul honore celebrat.

Petronella



Petronella virgo ſacratiſſima diui petri apl'i filia ⁊ quidē pulcherrima de volūtate petri febribus laborabat a diſcipulis aūt interrogatus cur illā egrā nō curaret: ⁊ plures alias ſanaſſet. ait: ſic ei expedire. p̄cepit tn̄ vt eis miniſtraret deinde rediret ad lectū At vbi in timore dei pfecta eſſe cepit: ſanitatū remedia a patre recepit. Eā q̄ppe cū flaccus comes inuitā cōiugio ſibi ſociari vellet: triduū inducias poſtulauit: q̄ in tp̄e ieiunijs ⁊ oꝛonibus vacās tercio die ſtatim vt xp̄i dn̄i nr̄i ſacrm̄ a ſctō nicomede p̄ſbytero accepit emiſit ſpm̄. Quāobrem flaccus vidēs ſe foꝛe deluſum euē ſtigio felicolā eius ſociā ⁊ nicomedē p̄ſbyteꝝ varijs toꝛmētis vitā finire coegit. Coꝛpus eius rome ſepultū fuit. Eius diei celebritas vltima Maij obſeruat.

Lazarus marthe ⁊ marie magdalene ſoroꝝ germanus ⁊ maſſilieſis ep̄s. quē dn̄s noſter ihs xp̄s a moꝛtuis ſuſcitauerat: ⁊ ipſe terciodecimo imperij claudij anno: ſecunda moꝛte migrauit ad dn̄m. Cuius etiā ſoroꝛ martha nō lōge poſt p annū eū in quo toto febricitauit: ſibi reuelato a dn̄o in pace quieuit: quā beatꝰ frōtinꝰ ſepulture tradidit. in q̄rū venerabilē mēoꝛiā nō lōge a bethania poſtea extructa fuit ecclia. vbi (vt diuꝰ ait hieronimꝰ) e vicino domꝰ coꝝ cōſeruabat. Marcella voꝛ eiꝰ pediſſequa ꝯſcripſiſſe vitā eiꝰ dr̄: q̄ poſtea i ſclauoniā pergens: ⁊ ples ad fidē ꝯuertēs: pꝰ decē ānos a doꝛmitiōe marthe i dn̄o q̄euit huiꝰ q̄ppe ſctiſſimi viri lazari ⁊ ſoroꝝ reliq̄e apd̄ vrbē maſſiliā p̄cipuo venerant obſeq̄o. eiꝰ feſtiuitas. 16. kal. ianuarij celebrat.

Lazarus



Mathias apoſtolus



Mathias apl's natiōe bethlamites ex tribu iuda ꝓgenitus. q̄ poſt aſcēſionē dn̄i ab apl'is ſorte i coꝝ nūero fuit electꝰ. ſicut lucas in actibꝰ aploꝝ ꝯteſtatꝰ eſt. ⁊ poſt aduētū ſpūſſancti iudeā i ſortē accepit p̄dicationi ⁊ miraculis inſiſtebat. Narrāt certi ex hiſtoria eiꝰ q̄ treueris eē debet. q̄ mathias i lege dn̄i erat doctiſſimus: coꝛpe mūdus: aīo prudēs: i ꝯſilio puidus: i ſermone expeditꝰ. iudei ei aduerſātes: eū de blaſphemia accuſabāt iō duos ſtatuerūt q̄ eū lapidibꝰ oppeterēt: a q̄dā aūt inſ hec toꝛmēta ſecuri peutit: extēſis manibꝰ ſpm̄ deo reddidit. Cuiꝰ coꝛpꝰ inde romā: ceteri paduā: reliq̄ treuerim trāſlatū ferūt. Eius aūt natale. vj. kal. marcij celebrat. Licet de tp̄e eiꝰ martyrij varie referant ſn̄e. Certū tamē eſt eū in locū iude ſcariothis ſubſtitutū ab apl'is fuiſſe cum diuina ſoꝛs ſup eum cecidit.

Lucas euãgeliſta



Lucas euãgeliſta xpi(que) diſcipulus natiõe ſyrus ex antiochia arte medicus ⁊ greci ſmonis nõ ignarꝰ: ſectatoꝛ pauli apli: ⁊ oĩs eius pegrinationis comes indiuiduꝰ: ſine vllo crimine fuit: hic cũ duo intellexiſſet eſſe euãgelia p matheũ quidẽ in iudea: ⁊ marcũ in italia. ⁊ ipſe inſtigãte ſpũſancto in achaie ptibus, put a paulo didicerat ſuũ ↄſcripſit euãgeliũ: de q̃ paulus. Miſimꝰ inq̃t cũ illo frẽm cuiꝰ laus ẽ ĩ euãgelio p oẽs eccl'ias. Et ad colloceñ. Salutat vos lucas medicus chariſſimꝰ meus. Suũ tñ euãgeliũ nõ mõ ab aplo paulo didicerat: ſʒ etiã a ceteris aplis vti narrat. ſicut tradiderũt nobis q̃ ab initio ipſi viderũt: ⁊ miniſtri fuerũt ſmonis: ferũt etiã cũ a btã dei genitrice maria (cuius familiaritate vſus fuerat) edoctũ fuiſſe. Hic etiã cũ picture artis edoctus eẽt: ꝓpter ↄuerſationẽ quã iugiter cũ btã virgine habuerat (vt ſcribit Damaſcenꝰ) eiꝰ imaginẽ pluries depinxit. Ex q̃bus nũc rome due ↄhibent̃: quarũ vna apud ſanctam mariã de pplo maxĩa veneratiõe cuſtodit̃. Cõſcripſit ⁊ actus apl'oꝝ put ipe viderat. Cũq(ue) q̃tuoꝛ ⁊ lxx. annis ſine vxore pmãſiſſet in bithinia. i 8. die octob. diẽ obijt. Cuiꝰ oſſa vigeſimo ↄſtãtij anno ↄſtãtinopolim trãſlata fuerũt. nũc paduę ĩ baſilica ſctẽ iuſtine quieſcũt.

Euax rex



Euax arabũ rex inſignis phs ⁊ medicus ⁊ rhetoꝛ tẽpeſtate hac floruit. Qui inꝑ cetera ſue doctrine opa: volumẽ de medicinis optimũ a ſe cõpoſitũ neroni trãſmiſit. in quo nõ ſolũ herbarũ medicinaliũ: ſed ⁊ lapidũ ſpẽs noĩa ⁊ colores: ac q̃bus in regionibus valeãt repiri ſcripſit. de quo etiã pliniꝰ meminit. Vectius q(uo)ꝫ valẽs alter medicus grecus meſſalie adulterio nobilitatus: multã nactus potẽtiã rome ĩ medicinis nouã ſectã inſtituit: ⁊ ſe tam veteribus q̃ nouiſſimis effrenata temeritate prepoſuit. Ypocratẽ ſupplãtauit. ipſum tñ Galienus ignorãtiſſimũ fuiſſe oſtendit.

Maria magdalena



Maria magdalena inſigniſſima xpi ĩ apl'a ab adoleſcẽtia ſua (ut ſacra eiꝰ hʒ hiſtoria) cũ eẽt cũctis puellis pulchritudine ꝓlata: ex marthe ſororis lazariq(ue) germani ſniã ĩ magdalũ caſtellũ marito tradita fuit. Sʒ ↄfeſtim voluptatũ fallacia vanaq(ue) leticia ſeducta: hieroſolimam petijt: magnaſq(ue) opes pͥmonij inter ſe diuidẽtes: marthe bethania caſtellũ, ꝓpe hieroſolimã ei caſtrũ magdalũ a q̃ nomẽ ſortita ↄtigit. Lazaro aũt militie vacãti ps nõ modica hieroſolimoꝝ. hec q̃ppe generis ſui inmemoꝛ peccatrix euaſit. verũ dño ihu pdicãte culpas ſuas punire cepit ⁊ ad eũ ĩ domo ſymõis leproſi ↄuiuãte venit: ad pedeſq(ue) eiꝰ retro acceſſit: vbi vberi lachrimas effũdẽs pedes lauare cepit: ⁊ capillis capitis ſui tergẽs exoſculabat̃: vngẽtoq(ue) pcioſiſſio vngebat (vt ſacra hʒ hiſtoria) dñs ad illã inquit O mulier remittunt̃ tibi pctã tua vade ĩ pace. deinde xpo q̃ad vixit ardẽtiſſime adheſit. Eius q(uo)ꝫ dilectiõe lazarũ frẽm quatriduanum a mortuis ſuſcitauit. Optimamq(ue) ptẽ (eo teſtãte) elegit poſt dñi aſcẽſionẽ diuino nutu maſſiliã venit: deniq(ue) diuine cõtẽplatiõis auida: aſpͥmũ heremũ petijt in loco diuinitꝰ ꝑgato: triginta annoꝝ ſpacio hoibꝰ incognita mãſit vbi nec aq(ua)ꝝ fluẽta: nec arboꝝ ſolacia ⁊ q̃libꝫ die ſeptẽ horis canonicis ab angel' ĩ ethera eleuabat̃ ⁊ celeſtiũ agminũ glloſos ↄcentꝰ corpalibꝰ etiã auribꝰ reficiebat̃. vñ diebꝰ ſingulis bis ſuauiſſimis ſatiata ↄuiuijs p eoſdẽ angelos ad ꝓpꝛiũ locũ idẽ reuocata alimẽtis corpalibꝰ nullatenꝰ ĩdigebat. tãdẽ reuelata p h' ẽmitã maximino epõ q̃ eã dñica die in aurora cũ de corpe migratura eẽt expectauit q̃ appẽs duobꝰ cubitis a terra eleuata ĩ medio ãgeloꝝ mlto lumine circũdata ſũpta eukariſtia cũ lacrimis ſpm deo reddidit vndecio kal. auguſti.

Anno mundi.5294. Anno chriſti.94.

Clemēs patria romanus de regione celij mōtis. patre fauſtino domiciani tpib⁹ fuit: poſt cletū pōtificē ſedit annis.9.dieb⁹.10.q̄rtus igit erat rome epiſcop⁹ poſt Petruz. tametſi plerigꝫ latinoꝝ ſecundū putauerūt. vt ex ep̄la ad beatū iacobū hieroſolimitanū ep̄m miſſa conſtat. Verū hic olim modeſtiſſim⁹ Linū ⁊ Cletū ſponte ſibi in tanto labore pretulit. Qui cū doctrina ⁊ religione ac pietate inſignis haberet ep̄las eccl'ie noīe edidit. Deinde eccl'iam romanam inſtitutis ⁊ morib⁹ cōfirmatur⁹. cōſtituit ne quis vnq̄ ep̄s abſente diacono celebrare preſumeret. Vetuit itē laicis ne quē clericoꝝ accuſare preſumerēt. ⁊ regiones ſeptē notarijs diuiſit qui diligēter res geſtas martyrū ſcriberēt. Clemens aūt pietate religione doctrina multos ad fidē xp̄i quottidie traducebat. Quāobrem. P. tarquini⁹ ſacroꝝ princeps cū Mamertino vrbis prefecto traianū in chriſtianos concitat cui⁹ imperio in inſulā clemēs deportat: vbi ad duo milia chriſtianoꝝ ad ſecāda marmora damnatoꝝ inuenit. Dum ibi aque penuria laboraret quā ſexto miliario repetebāt clemēs populi neceſſitate cōmotus collē haud lōge poſitū aſcēdēs agnū vidit: ſub cui⁹ dextro pede fons diuinit⁹ abūdantē aquā ſcaturiebat: q̄ dē ⁊ recreati oēs ſunt: ⁊ multi ad fidē cōuerſi vn̄ mot⁹ traian⁹ ſatellites quoſdā miſit q̄ alligata collo ei⁹ anchora cū decimo kal. decēbris i mare pciecerūt. cui⁹ ſacratiſſimū corp⁹ nō multo poſt ad litt⁹ delatū eſt atqꝫ eo loci ſepultū vn̄ fons emanauerat: ei⁹ in morte dies.xxij. ſedes vacat:

Anno mundi.5303. Anno chriſti.104.

Anacletus natione grecus patria athenienſis antiocho patre nat⁹ Clemēti in pōtificio ſuccedit Nerue traiani tpib⁹. hūc Euſebi⁹ pretermittēs dicit ipſuz eſſe cletū. Damaſus tn̄ in cronica ſua cletū ab anacleto patria ⁊ genere mortis differre oſtēdit. Nā clet⁹ natione roman⁹ ſub domiciano. Anaclet⁹ vo athenienſis ſb traiano morit. Hic aūt ⁊ memoriā Petri cōpoſuit. ⁊ ſeorſuz a plebe loca vbi martyres ſepelirent aſſignauit. ⁊ ſacris ordinib⁹ ſemel menſe decēbri habitis preſbyteros qnqꝫ: diaconos tres: ep̄os diuerſis in locis ſex numero creauit. Sz ⁊ inſtitutis ⁊ morib⁹ romā eccl'iaz ꝯfirmatur⁹. Cōſtituit ne ep̄s a paucioꝛib⁹ q̄ꝫ a tribus ordinaret ep̄is: ſimplex vo ſacerdos ab vno ep̄o. ⁊ ne ep̄s alienos ſbditos ordinare p̄ſumēt. Tādē ſb traiano p̄ncipe vltio ſupplicio pempto vacat ep̄at⁹ dieb⁹.13. ſedit aūt annis.9. menſib⁹ duob⁹ dies.10.

Euariſtus papa natione grecus: patre iudeo noīe iuda ex bethleem ciuitate vir ſane iuſtus ⁊ integer: titulos in vrbe roma primus preſbyteris diuiſit: ⁊ ſeptē diaconos in ordinē redegit: qui cuſtodirent ep̄m predicantē p̄pter ſtilū veritatis idē cōſtituit ne plebis in ep̄m accuſatio reciperet. Vetuit clādeſtina m̄rimonia: ⁊ vt ſponſus ⁊ ſponſa a ſacerdote benedicerent. Ordinationes ter habuit menſe decembri: ac preſbyteros ſex: diaconos duos: ep̄os p̄ diuerſa loca numero quinqꝫ creauit. Deniqꝫ vt quidā tradūt martyrio coronat vltimo traiani principis anno. Sed melius cenſent qui ſub hadriano nōdum in chriſtianos placato id ei contigiſſe ſcribunt. Annis enim nouem ſedit menſib⁹ decem diebus duobus. Sepultus eſt aūt in vaticano apud beati Petri corpus vj. kal. nouembris. Vacat tum ſedes dies.xix.

Linea ſummoꝝ pontificum

Clemens



Anacletus



Euariſtus



Johannes miſſus in oleum



Perſecutionē ſecūdā chriſtianoꝝ Domicianus.xij. ſui imperij anno poſt nerone in chriſtianos exercere cepit. in qua ⁊ Iohānes ap̄lus ⁊ euāgeliſta a domiciano impatore romā adductus poſt immiſſionē in olei feruentis doliuz ex quo illeſus exiuit: in pathmos inſulam relegatus eſt. Poſt obitum domiciani ab exilio reuocatus epheſim reuerſus eſt. Domicilla virgo ſanctiſſima flauij clementis ex ſorore neptis: quā idem ſanctus clemens ſacro velamine cōſecrauerat: ſub hac perſecutione in pontiā inſulā deportata: longū exiliū paſſa. In cubiculo a quodā tyrāno cū euphroſina ⁊ theodora atqꝫ alijs virginibus exuſta eſt. Nicomedes item romanus preſbiter ſub hac domiciana perſecutione rome in via numentana paſſus eſt. Hermocoras quoqꝫ aquilegienſis archiepiſcop⁹ bti marci diſcipulus cū multa genera penarū expertus fuiſſet: ad vltimum cum fortunato archidiacono ſuo capitali ſententia perpetuā gloriā ſibi comparauit: licet alij dicant eum ſub nerone ſecuri percuſſum martyriū compleuiſſe. hic ſyrum papienſem epiſcopū habuit diſcipulum. Paſſiqꝫ ſunt inter ceteros Cletus ⁊ Anaclet⁹ apoſtolici ⁊ alij quoqꝫ multi.

Titus prim⁹ veſpaſiani fili⁹ vndecim⁹ romanoꝝ imꝑator: patre defũcto im/perare cepit: vir certe natura beniuolẽtiſſim⁹. virtutẽ aũt titi filij veſpaſia/nus tanti ſemꝑ fecit: vt tumultuantib⁹ quibuſdã ob cupiditatẽ imperãdi dixerit aut nemĩnẽ aut filiũ impio potiturũ: ⁊ merito quidẽ cũ ob virtutẽ ⁊ integritatẽ animi titus amor ⁊ delicie humani generis haberet̃. Nam ⁊ eloquẽtiſſimus in pace ⁊ fortiſſim⁹ in bello: ⁊ clementiſſim⁹ in delinquẽtes eſt habitus. Ita comis ⁊ liberalis vt nulli quicq̃ negaret: hoc cũ rephenderẽt amici: rñdiſſe fert̃ nemi/nẽ a vultu principis triſtem diſcedẽ oportet. Addidit ⁊ illud: recordat⁹: q̄ nihil cuiq̃ muneri dediſſet: amici diẽ pdidi. Qui ⁊ latine greceq̃ lingue peritiſſimus fuit. Ideo aſcanij pediani viri doctiſſimi familiaritate delectat⁹ eſt. Hic capta iu/dea euerſis hieroſolimis: tẽploq̃ ſolo equato: ad ſex centa milia hoim̄ interfecta referunt̃. licet Ioſeph⁹ in eo bello captus vndecies centena mili a ferro ac fame eo bello perijſſe ſcribat. captaq̃ ad centũ milia ac publice venundata. Deuicti iu/deis triũpharũt pater ⁊ fili⁹ eodẽ curru vecti ſubſequente domiciano equo albo inſidẽte. Cui⁹ triũphi monimẽta rome adhuc extant. Inſculpta q̃z candelebra ⁊ tabule veteris legis e templo ablate apparẽt. Exceſſit tandem in eadẽ qua pater villa p⁹ biennũ ⁊ menſes duos dieſq̃. xx. quã ſucceſſerat. Altero ⁊ q̃drageſimo etatis anno: delatuſq̃ ad ſepulchrũ eſt publico luctu: ac ſi parẽte orbati oẽs eſſent.

Domicianus titi frater ⁊ veſpaſiani fili⁹ duodecim⁹ romanoꝝ imꝑator: in/inicia principatus quottidie ſibi ſecretũ horariũ ſumẽ ſolebat nec q̃cq̃ am/plius q̃z muſcas captare ⁊ ꝑacuto ſtilo cõfigere: vnde quidẽ ꝑdiens interrogat⁹ eſſe ne quiſpiã cũ ceſare. Rñdit ꝑ iocum ne muſca quidẽ. Neroni q̃z aut gallicu/le ſimilior quã patri veſpaſiano aut fratri moderacior tñ primis annis eſt habi/tus: mox in ingentia vicia ꝓrupit: libidinis: deſidie: iracũdie: crudelitatis: mul/tos ex nobilib⁹ interfecit: pleroſq̃ in exiliũ miſit. Plurima tñ ampliſſima opa in/cendio abſumpta reſtituit: ſed oĩa ſub titulo tantũ ſuo ac ſine vllo priſtini auto/ris mẽoria. Ius q̃z diligẽter ⁊ induſtrie dixit: ⁊ bibliothecas incendio abſum/ptas impẽſiſſime reparare curauit miſſis ad alexandriã qui deſcriberent. demũ criminib⁹ tantũ odij in ſe cõcitauit: vt pene patris ⁊ fratris nomẽ aboleuerit: ⁊ ad eã demẽtiã venit vt ſe dñm ac deũ vocari ſcribi coliq̃ iuſſerit. Tãdẽ diuina ſu/pueniẽte vltione a ſuis interficit̃ in cubiculo: hui⁹ v̊o cadauer ꝑ veſpiliones de/latũ ignominioſe ſepelit̃ ãno etatis ſue. 35. impij q̃ntodecimo. Statura fuit ꝓce/ra. vultu modeſto. ruboriſq̃ pleno. grãdib⁹ oculis. ꝓterea pulcher maxie i iuueta.

Nerua tredecim⁹ romanoꝝ imꝑator poſt domicianũ imꝑator elect⁹: iã ſenio ꝯfectus. Is moderate vite: tum publice tũ priuate princeps. equiſſimũ ſe atq̃ vtilẽ rei publice ꝯſtituit. hic ſuſcepto impio cũ oĩa ipſi⁹ impij ſceptra: ex ꝓde/ceſſoris tumultu offendiſſet: ſe equiſſimũ atq̃ vtilẽ oĩb⁹ ꝓſtare conatus eſt vnde ei⁹ opa ex ſenatus decreto domiciani acta abrogata ſunt. vñ multi ab exilio re/diere. pleriq̃ v̊o bona ſua quib⁹ antea ſpoliati fuerant hui⁹ beneficio recepe. ve/rũ poſt primũ ſui principat⁹ annũ cũ iam ſenio ꝑmeret̃ ⁊ mors inſtaret. reipubli/ce cauens traianũ principẽ in filiũ ꝑ adoptionẽ accipiẽs: ſecũdo ⁊ ſeptuageſimo etatis anno morit̃. Imperij vero ſui anno primo ⁊ menſe quarto. cui⁹ corpus i hortis ſaluſtianis ſepeliẽtes inter deos (ex ſenat⁹ decreto) retulerunt.

Traianus genere hiſpan⁹ cognomẽto vlpi⁹ crinitus: decim⁹ quart⁹ romano/rũ imꝑator: imperiũ accipiẽs poſt neruã: militari gloria vrbanitate ⁊ mo/deratione oẽs principes ſupauit. Nã fines impij longe ⁊ late diffudit. Germa/niã transrhenanã in priſtinũ ſtatũ reduxit. Daciam ⁊ multas transdanubiũ gen/tes impio romano ſubegit: parthos recepit. albanis regẽ dedit. Euphratẽ ⁊ ti/grim ꝓuincias fecit: vſq̃ ad indie fines ⁊ mare rubrũ acceſſit. Demq̃ vbiq̃ ter/rarũ ita ſe equalẽ oĩbus ꝓbuit: vt vſq̃ ad iuſtiani tpa in creatione pncipũ ſit ac/clamatũ felicior ſit auguſto ac traiano melior. Preterea v̊o tante ciuitatis ⁊ hu/manitatis fuit in viſendis egrotis: ſalutãdis amicis: vt ei tanta benignitas vi/cio daret̃: vnde dictũ illud imꝑatore dignũ ꝓdijt. Talem priuatis imꝑatorẽ eſſe oportere quales ſibi priuatos optat habere: honores aũt diuicias facultates: ꝑmia bene merentib⁹ eque diſtribuit. Nihil in vita agens: qḋ ad cõmunẽ vtili/tatẽ nõ ꝑtineret. hac tanta gloria bello domiq̃ parta: apud ſeleuciã iſauri e ciui/tatẽ ꝓfluuio ventris perijt. anno imperij eius decimooctauo menſe ſexto: cuius oſſa romã poſtea delata ſunt: ⁊ in vrbe ſepulta vrna aurea in foro qḋ ipſe ſtruxit ſub colũna coclide que adhuc cernit̃: cuius altitudo. cxl. pedum.

## Linea Imperatorum

### Titus



### Domicianus



### Nerua



### Traianus



Thimotheus



TImothe⁹ pauli apłi diſcipul⁹ epheſi eṗs filius vidue fidelis. patre tñ gentili ab eo ordinat⁹. poſt multos ꝑ chriſto agones martirio coronat᷑. Sunt tñ qui dicūt eū ſub nerone paſſum. Cui dū torq̄ret᷑ duo angeli apparuere dicentes. Erige caput in celū ꝛ vide. qui vidit celos aptos iheſum coronā gēmatā tenentē atq̄ꝫ dicentē ſibi hāc de manu mea accipies. Qđ ut quidā noīe appollinaris vidit ſe baptizari fecit. qua ꝓpter preſes ambos decollari iuſſit. Ad hunc paulus e laodicia duas ſcripſit epłas.

TItus ſimiliter pauli apłi diſcipulus cretenſiū eṗs poſtq̄ꝫ predicationis officiū fideliſſime exercuiſſet. beatū finē adept⁹ eſt. cui Paul⁹ ex nicopoli ſcpſit epłaꝫ. Creſcēs⁹ q̄ꝫ Pauli diſcipul⁹ q̄ ſuperiorib⁹ dieb⁹ ꝑ galliā trāſitū faciēs multos v̄bo ꝑdicationis ad fidē xp̄i cōuerterat: tandē q̄nto kal. Julij in pace q̄euit.

Dionyſius



DIonyſius ariopagita ph̄s clariſſim⁹ in hac ꝑſecutiōe domiciana cū eleutherio preſbytero ꝛ ruſtico diacono in pariſio paſſionē meruit. q̄ cum a clemēte ro. pōtifice ex precepto beati Petri ad gallias predicationis gr̄a direct⁹ fuiſſet. ꝛ opus dñi cōmiſſuꝫ ardenter egiſſet. a prefecto pariſioꝝ vrbis noīe feſcennio. vna cū ſocijs nonagenari⁹ prius colaphiſat⁹ cōſputus ac deriſus ꝛ ſup cratem ferreā poſitus flāmis nudus extenſus ꝛ alia tormēta paſſus fuiſſet: tandē genib⁹ flexis capite ꝑcuſſus martiriū cōpleuit. deinde caput ſuū inter brachia portauit angelo duce ad locū vbi poſtea requieuit. Hic eſt ille dionyſius qui athenis in paſſione dñi iheſu dixit. Aut de⁹ nature patit᷑ aut tota mūdi machina deſtruet᷑. Quē poſtea paulus apłs baptizatuꝫ diligēter inſtruxit. ꝛ athenēſiuꝫ eṗm ordinauit: vbi maximā regionis partē xp̄iane fidei ſubiugauit. Deinde in gallijs ſeptio id⁹ octobris martirio coronat⁹ cū doctiſſim⁹ haberet᷑ multa preclara reliquit ſcripta. ꝛ cū ceteris apłis (vt i libro de diuinis nominib⁹ ipſemet teſtat᷑ dormicioni dei genitricis interfuit) poſtea cum audiſſet apłos Petrū ꝛ paulū a nerone rome detentos ad eos viſendos venit. inde a clemente eṗo ordinatus vt premiſſum eſt.

Victorinus



VIctorin⁹ ſctītate ꝛ miraculis clarus emiterne vrbis digniſſim⁹ eṗs. is ex vrbe ad neruā principē tāq̄ꝫ chriſtian⁹ adduct⁹ ſtatim iuſſu ipſi⁹ capite deorſuꝫ ſuſpēdit᷑ in loco vbi putēres ꝛ ſulphuree aque emanabāt. vbi cū ꝑ triduū id martyrij genus ꝑ noīe iheſu chriſti cōſtantiſſime ꝑtuliſſet. nonis ſeptēbris glorioſe coronatus migrauit ad chriſtuꝫ. Sub nerua q̄ꝫ imꝑatore eutices ꝛ marcus paſſi ſunt. Aurelianus eñ ſpōſus domicille cū intelligeret eā plus diligere hos ſctōs ꝓpter fidem ꝛ virtutē eoꝝ ꝛ nereum ꝛ achileū iam martyrio coronatos ex licentia impetrata a nerua quaſi ſeruos ꝑ ſingula predia ſua diuiſit: vt terram quottidie foderent. Sed cum oībus gracioſi eſſent ꝛ miracula facerent. Tandē ab aureliano diuerſis penis occiſi ſunt. xvij. kal. Junij.

Johannes apłus ꝛ euangeliſta



IOhānes apłs ꝛ euāgeliſta iacobi maioris ex zebedeo frater. ꝛ matre maria ſalome chriſti ihū predilectiſſim⁹. in minori etāte ad diſcipulatū aſcit⁹ eſt. hūc virū ſanctiſſimū vſq̄ꝫ ad traiani tp̄a ꝑueniſſe ferūt. qui cū aſianas erexiſſet eccłias: nouiſſim⁹ oīm ſcripſit euāgeliū. ꝛ ea q̄ a matheo marco ꝛ luca conſcripta fuerūt cōfirmauit: ferūt ꝛ ob eā reī a iohāne poſtremo factū. quo ebionitarū dogma ꝓſurgēs infringeret q̄ aſſerebāt ꝛ impudenter quidē xp̄m ante mariā nō fuiſſe. eius eñ diuinā naturā Johānes explicat In principio erat verbuꝫ ꝛc. Scripſit ꝛ alia multa. tuꝫ vero apocalypſim relegat⁹ a domiciano i pathmon inſulam: quo poſtea interempto ꝛ acti ei⁹ ob nimiā crudelitatē a ſenatu reciſſis imꝑante nerua epheſuꝫ redijt. ibiq̄ꝫ vſq̄ꝫ ad traianū principē ꝯſilio ꝛ ſcriptis eccłias ſuſtentās: ſenio cōfectus ſexageſimooctauo p⁹ paſſionē xp̄i anno in dño quieuit. Cū eñ nonagita eēt annoꝝ dñica die a ꝑmo pulloꝝ cātu intrās eccłiam: ꝛ ꝑplo ꝑdicās demū foueā q̄dratā quā i eccłia fieri iuſſerat intrās: luce i imēſa apparēte vt videri nō poſſꝫ: q̄ recedēte fouea plena māna ſcaturiēte iuēta ē nec reptū ē corp⁹ ei⁹. liber aūt apocalipſ (vt diu⁹ hiero. ſcribit) tot hꝫ ſacra q̄t v̄ba i q̄b⁹ latēt ſniēs

Perſecutio xp̄ianoꝝ tercia. Cū augebat̄ mirū ī modū xp̄iana reſpu. Traianus hͥs ſingularis iuſticie ⁊ humanitatis p̄nceps eſſet decimo imperij ſui annoꝝ quorūdā malignoꝝ delatione p̄uocat⁹. verit⁹ ne qđ detrimenti romanū imperiū inde caperet. terciā p̄ſecutionē in xp̄ianos decreuit qua quidem multi interempti ſunt. At vo plinius ſecūdus qui tum p̄uinciā gubernabat. miſericordia ob multitudinē interēptorū mot⁹ ad Traianū ſcribit. Innumera hoīm milia quottidie obtrūcari. in q̄bus nihil oīno ſceleris deprehenderet̄. vt aliquid qđ romanas leges offenderet: niſi hoc ſolū qđ ante lucanos hymnos xp̄o cuidā canerent deo. adulteria vo aut huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi. Unde p̄motus traianus reſcribit chriſtianos q̄dem nō eſſe requirendos: oblatos tn̄ puniri oportere.

Ignacius epiſcopus



Ignati⁹ ep̄s anthiochie eccl'ie terci⁹ poſt Petrū ep̄s. btī Johānis euāgeliſte diſcipul⁹ ſub hac p̄ſecutione cū multis annis rexiſſet ecclīaꝫ a traiano i antiochia capt⁹ ⁊ dānatus ad beſtias. dum romā a ſatellitib⁹ traheret̄ quos decē leopardos vocat. Oēs xp̄ianos in itinere orōne vel lr̄is in fide ꝯfirmabat. Sic inquiēs vt ihm̄ xp̄m inueniā. ignis: crux: beſtie: cōfractio oſſiū: ⁊ toci⁹ corpis contentio ⁊ tormēta diaboli i me veniāt dūmodo chriſto fruar. Cū aūt iam audiret leonū rugitū. frumētū xp̄i ſū inq̄t. dentib⁹ beſtiarū molar. vt panis mūd⁹ inueniar. Hic cū ſup montē quendā ſtaret audiuit angelos antiphonas cantātes q̄ p̄mot⁹ ⁊ ipſe in eccl'ia cātari inſtituit. Mariā q̄ꝫ in plurib⁹ quas ad eā ſcripſit ep̄las chriſtiferam ſalutat. Morit̄ aūt martyrio vndecimo anno Traiani eiuſq̄ꝫ reliquie anthiochie iacuerunt ante portam daphnicam.

Euſtachius



Euſtachi⁹ cognomēto placidus: ipſi⁹ Traiani militū magiſter hac ſeuiſſima tēpeſtate vna cū vxore Theoſpita nec nō ⁊ filijs eoꝝ agapito ⁊ theoſpito. xij. kal. octobris p̄ xp̄o martyrio coronati ſunt. quoꝝ miri legunt̄ act⁹ de cōuerſione eoꝝ. Cū princeps militie eſſet ⁊ venationi opam daret vidit ceruū pre ceteris pulchriorē eū inſecut⁹ ⁊ i loco ſublimi ceru⁹ ſe fremaſſet inter cornua imago crucifixi apparuit. Cui chriſtus allocutus. inde baptiſmum accepit.

Hermes q̄ꝫ roman⁹ ciuis ⁊ illuſtriſſim⁹ vrbis prefect⁹ ab Alexandro papa cū vxore ⁊ filijs ac ſorore theodoza atq̄ꝫ mille ducētis q̄nq̄ginta ei⁹ huis ⁊ eoꝝ vxorib⁹ baptizat⁹. ſub hac p̄ſecutiōe cōprehēſus p̄mo carceri mācipat̄. deinde cedēte gladio. 5. kal. ſeptēbris martiriū glīaꝫ cū oīb⁹ p̄dictis ⁊ alijs plimis eſt adept⁹.

Joſephus



Joſeph⁹ iude⁹ dict⁹ flaui⁹ ſacerdos ⁊ mathatie eius gētis ſacerdotis fili⁹ hiſtori⁹ q̄dez celeberrim⁹ militariſq̄ꝫ reꝝ periſſim⁹: dux belli iudeoꝝ impantib⁹ p̄dictis nerone ⁊ reliq̄s a veſpaſiano ⁊ tito ei⁹ filio iudea acq̄ſita capit̄. ⁊ in ſuitutē honeſtā deducit̄. vir ſane bonus ⁊ egregi⁹ q̄ de xp̄o optime ſenſit. Is igit̄ bello captus ac vita donatus qđ ⁊ mortē neronis. ⁊ veſpaſianū imperatorē breui futuꝝ predixerat. qđ ⁊ factū eſt: p̄pter qđ idē veſpaſian⁹ eū ab oī ſeruitute liberauit. romā deinde p̄duct⁹ tuꝫ ciuitate tuꝫ flauia familia donatus eſt. Ubi cū eiſdē imperatorib⁹ p annos quindecim feliciter vixit. In q̄bus cū ſingularis eruditionis eſſet. de iudaica captiuitate ſeptē libros ſcripſit. p̄ q̄bus ⁊ ſtatuā (vt diuus refert hieronym⁹) rome p̄meruit. Scripſit deinde alios viginti de antiq̄tate iudeoꝝ ab exordio mūdi vſq̄ꝫ ad bellū iudaicū. Et alios duos aduerſus apionē grāmaticū: atq̄ꝫ alia poſt ſe reliq̄t ſcripta. Que oīa a ruffino aq̄legiēſi in latinā linguā trāſlata poſtea fuere. Et cū nat⁹ ioſephus hic etiā q̄n xp̄s crucifixus fuerit. vixit vſq̄ꝫ ad traiani imperatoris tp̄a. ⁊ rome glorioſiſſime defecit.

Stacius



P. Stati⁹ neapolitanus ſellis tn̄ epirotico oppido oriūdus rome floruit. ibidē de thebaico bello libros. xij. edidit. ⁊ librū de achillis infantia. Itē ſiluarū libꝝ p̄ q̄bus rure albano donat⁹. Is admodū iuuenis claudiā apolinaris filiā duxit vxorē. achillis vero etatem ſcribere orſus morte interceptus eſt.

Marcialis



Marcus valeri⁹ marcialis in hiſpania bilbilim patriā habet rome ob ingeniū ſui magnitudinem ⁊ epigrāmata cōfecta magno in precio habitus. Is ſub traiano ſenio cōfectus in patriā rediēns obijt.

Stella



Stellā quoq̄ꝫ patauinū poetā nō ignobilem cum his claruiſſe ferunt. hic vxorem violentillā eius litterature habuit quā vnice dilexit.

Iuuenalis



Iuuenalis poeta ſatyricus natione aquinas rome claruit libertini locupletis incertū alumnus an fili⁹: heres tn̄. hic cū tp̄a figurate notaſſet. ſtatim p̄ honorē militie quāq̄ꝫ octogenarius vrbe ſūmotus eſt. miſſus in egyptum cum cohorte. id ſupplicij genus placuit vt leui atq̄ꝫ ioculari delicto par eſſet. Uerū intra breuiſſimum tempus angore ⁊ tedio perijt ⁊ vſq̄ꝫ ad nerue tp̄a deuenit.

Metis vetuſtiſſima clariſſimaqꝫ gallie belgice ciuitas mediomatricū appellata: a ſitu vrbiū circūpoſitarꝫ q̄ſi media mater triuꝫ ciuitatū. ab aq̄lone enī treuerim: a meridie tullum: ab occidēte viridunū habet: ⁊ ad oriētē ipſa ornatiſſime poſita eſt. Mediomatrices q̄ꝫ ppl'i inter belgas finitimi treuerſ tulēſibus ⁊ triboeis hodie argētinenſibus hos metēnſes eſſe conſtat. Metis vero nomē a metio ſortita eſt. Is tñ eam non condidit ſed vt inſtaurator ei nomen dedit vt ſcribiť. Suffectus dederat nomen cui metius vrbi. Cuꝫ ea inſignis vrbs deuicta fuit dum Julius ceſar gallias domuerat. Poſtea clariſſimus ac nobilis romanus metius eā ampliauit: maioreqꝫ ambitu menibus circūdedit. Nā eo veniēs p̄mū nobilitatē oēm ꝑ vicina oppida: poſtqꝫ vicinas vrbes in ciuitatē ipſaꝫ ſūmo gaudio reduxit. Eiqꝫ nomen Metis impoſuit. Hec ſcripta in lapide ſub terra reperto oſtēdūt. Tp̄e quo ceſar ſua gallis intulit arma. Tūc mediomatricā deuicit metiꝰ vrbē: ferunt ⁊ aliq̄ diuidunū hoc eſt montē deorꝫ dictā. A ſeptētrione enī ⁊ occidente eminere cerniť. Poſita eſt hec vrbs ī ripis moſelle ⁊ ſalie ppl'o frequēs: ⁊ in potētiſſimā euaſit ciuitatē epiſcopaleꝫ ⁊ a clemēte epiſcopo patruo diui Clemētis pape iā preſcripti quē petrus ordinauerat: predicationis gr̄a directo: ſacrū xp̄i euāgeliuꝫ ſuſcepit. Is clemēs nobilis patricius romanꝰ: frater fauſtiniani: patris clemētis pape: a beato petro baptiʒatus: cuꝫ gallia diuerſis erroribꝰ viueret euꝫ ep̄m ordinauit: ad hunc locum chriſto redimēduꝫ delegit. Cū celeſte preſbytero: ⁊ felice diacono. Hi deinde in loco tribus miliꝰ ab vrbe ſemoto oratoriū in honore diui petri ꝯſtruētes. Cui gorʒia nomē impoſitū. Et princeps metēſis eos in venatione repiens in vrbem adduxit. Hec aūt vrbs inclita robore viriū fortiſſima: bellis ⁊ armis ſemꝑ aſſueta: rerꝫ opulentia ditiſſima. agris: vineis: nemoribꝰ: aquiſqꝫ florētiſſima: peſtifera tñ cōtagiōe pene deſerta fuit: cuꝫ in loco ſtatuto arenarꝫ vbi inſigne edificiū in formā theatri ab octauiano cōſtructuꝫ ingēs draco latitabat: qui ſuo flatu loca inficiebat ut ꝑ portā meridionalē ⁊ orientalē ingreſſus cunctorꝫ ꝓhiberet. beatus clemens ſua v̄tute ac doctrina ppl'm ad cultuꝫ diuinum ꝑducēs: ꝑ ſtolā ſuā hoc aīal ⁊ oē virus peſtiferum amouit ut deinceps locus iſte ab īmundis aīalibus tutior reꝑiať: deinde eccl'iam ſancti petri infra muros totius pōtificatꝰ dñam cōſtituit. inde ꝑ deuotionē ppl'i optime ornata ſtephano dicata cathedralis ordinata fuit. Idem in amphiteatro baſilicā ꝑfecit. extra muros oratoriū ſcī iohannis baptiſte. In ſenio q̄ꝫ eccl'iam haud multuꝫ ab vrbe diſtantē ꝑfecit: ut liberius ꝯtēplationi vacare poſſet: in q̄ ⁊ criptā fontēqꝫ ſalutiferuꝫ fecit. Et an̄ oſtiū arā in honore ſui preceptoris diui petri apl'i: ⁊ cuꝫ hunc locuꝫ a ſordibus maximis dño acquiſiſſet ⁊ eccl'ie metenſi bono regimine prefuiſſet annis q̄nqꝫ ſup̄ viginti ⁊ menſibus quatuor nono kalendas decembris ſpm̄ deo reddens vrbem metenſem ſua ſanctitate inſignē fecit.

Metis



Suetonius



Suetonius tranquillus hiſtoricus ⁊ cauſidicus ac eplaꝝ magiſter: natione romanus ex patricia gente natus his tꝑibus apud romanos in ꝓcio fuit. Deinde ſub adriano principe carus ⁊ acceptus magne auctoritatis euaſit: eo ꝙ plinio nouocomenſi multa beniuolentia coiunctus fuerit. Hic cū eloquentiſſimꝰ eſſet vir: ꝓclarū opus de. 12. ceſaribꝰ predictis edidit. In quo ⁊ mltas hiſtorias ⁊ annales veterū replicauit. Sed ⁊ de viris illuſtribꝰ elegāti ſtilo librū ſcripſit. que diuus hieronymꝰ nō dedignatus eſt imitari. Itez ludicrā hiſtoriam: necnō ⁊ de genere veſtiū cōpoſuit: qđ opus adhuc extare dicit̄. Ipſum tñ hadrianus imperator tandez a magiſtratu amouit. ꝙ cū ſabina eius vxore ⁊ imperatrice nimiā cōſuetudinē ↄtraxiſſet: murmur quippe erat ꝙ ipſa abuteret̄: ꝑuenit aūt vſqꝫ ad antonini veri imꝑatoris tempora.

Plinius



Plinꝰ ſecūdus nouacomēſis phs ⁊ orator atqꝫ hiſtoricus celeberrimꝰ ꝑ hec tꝑa in ꝓcio habet̄. qui licet ꝓcurationes publicas ⁊ cōtinuas quotidie ſūma integritate adminiſtraret tñ liberalibꝰ ſtudijs ita opam dabat: vt nō temere q̄s plura eo in ocio cōſcribē potuiſſet. Erat eñ ei acre ingeniū: incredibile ſtudiū: ſūma vigilātia. Erat ſane ſomni parciſſimi. eſtate ſi quid otij: iacebat in ſole: liber legebat̄. annotabat: excerpebatqꝫ. Nihil eñ vnqꝫ legit qđ nō excerperet. dicere etiā ſolebat nullū eſſe librū tā malū vt nō aliq̄ ꝑte ꝓdeſſet. Perire q̄z omne tempꝰ arbitrabat̄ qđ ſtudijs nō impartiret̄. hac intentione tot volumina ꝑegit. De iaculatione equeſtri viiū. hunc cū prefectus ale militaret pari ingenio curaqꝫ cōpoſuit. De vita pomponij ſecūdi duo. a quo ſingulariter amatꝰ: Belloꝝ germanie. xx. quibꝰ oīa que cū germanis romani bella geſſere collegit. cū in germania militaret. Dubij ſermonis octo Nature hiſtoriarū. xxxvij. opus diffuſum eruditū: nec minꝰ variū q̄z ipſa natura. Perijt tandē cū miſenēſi claſſi ꝓeſſet. ⁊ flagrante veſuuio ad explorādas ꝓpius cauſas lyburnicas ꝓtendiſſet: neqꝫ (aduerſantibus ventis) remeare poſſet: vi pulueris ac fauille oppreſſus eſt quinquageſimo ⁊ ſexto vite ſue anno

Plutarchus



Plutarchus cheroneꝰ phs atqꝫ hiſtoricus eloquētiſſimꝰ traianiqꝫ ꝓceptor ac inſtitutor: ꝑ hoc tempꝰ ⁊ ingenio ⁊ auctoritate maxio in ꝓcio habitꝰ eſt. De quo policrates in ſuis hiſtorijs ſic hꝫ: plutarchus phs: hō in ſentētijs fidelis: in verbis luculētus: ⁊ in ſacrario moꝝ tātus arbiter fuit: vt facile principis poſſet dignoſci ꝓceptor. hic itaqꝫ principi ⁊ diſcipulo ſuo regnāti: quatuor inſerere conabat̄ dei reuerentiā: ſui cultū: officialiū diſciplinā: ac ſubditoꝝ affectū ⁊ ꝓtectionē. Qui cū eruditiſſimꝰ eēt vir multos edidit libros: videlꝫ de educādis liberis. de politica cōſtitutione: de paciētia: de homero poeta: de magiſtratuū moderatione: de ſimpoſiacis: apothegmata que pleriqꝫ nr̄i dicta vel dicteria noiarūt. Cū apud traianū cōiunctiſſime viueret munus ꝑgratū illi ſua induſtria collegit. Vitaſqꝫ preterea multoꝝ tam grecoꝝ q̄z latinoꝝ viroꝝ illuſtriuꝫ diffuſe eleganterqꝫ collegit. ſcripſit ⁊ alia multa.

Hi oēs ſub domiciano martyrio coronati ſunt.

Enodius martyr
Sileas martyriū paſſus apud macedoniā
Julianus eps cenomanenſis
Paulus epiſcopus
Saturninus eps Toloſanus
Ariſtarcus martyr Maron martyr
Marcialis eps zandeñ.
Eutropius eps Aquitaneñ.
Gregorius bellatus eps Eutices ⁊c.

Hi ſequētes ſub Traiano floruerunt

Hereneus eps Lugduneñ.
Jouinꝰ pſbr ⁊ martyr. S. Dionyſij diſ.
Carannus carnoteñ. martyr
Lucianus beluaceñ. diſcipulꝰ beati petri
Eutropius eps cantu. ⁊ Eufroſina
Eugeus thol. Sulpicius
Santinus eps meldenſis diſ. dionyſij
Thaurinus eps eboraceñ.
Theodora. S. Seruilianus
Sagenicus eps cameraceñ. diſci. dionyſij

Egeſippus



Egeſippū virū quidez ſciſſimuꝫ atqꝫ doctiſſimū hoc etiā tꝑe floruiſſe euſebiꝰ refert q̄ inter alia a paſſiōe dñi nr̄i ihū xp̄i: vſqꝫ ad hāc etatē oēs eccl'iaſticoruꝫ actuū texuit hiſtorias: vt q̄rū ſectabat̄ vitā: dicendi q̄ꝫ exprimeret caracterem.

Dion phs



Dion philoſophus ex pruſie ciuitate ortus ꝑ hoc tempus claruit ⁊ de regno multa conſcripſit.

Baſilidas hereticus



Baſilidas quidā hereticus vir acutiſſimꝰ tēpeſtate hac finē fecit vite vigintitria volumina i euāgelijs a ſe cōfecta poſt ſe reliquit. Agrippa autez cognomēto paſtor xp̄ianoꝝ ſui tꝑis doctiſſimꝰ baſilidis ꝓdicti heretici volumia i euāgelijs cōſcripta ſuo doctrina mirifice ↄfutauit atqꝫ deridēs ad terrorem alioꝝ.

Linea pontificum
Alexander primus



Anno mundi.5313. Anno chriſti.114.

Alexander papa patria romanus: pře alexandro: ex regione capite thauri natus. Uir quidē iuuenis etate: morib⁹ ſenior. euariſto ſuccedēs vſqȝ ad hadriani tpa puenit. Suaqȝ ſcia atqȝ ſanctitate magnā ſenatoꝝ ptem cōuertit ad dn̄m. Qui rei diuine curā diligentiſſime gerens nōnulla cōſtituit decreta. ⁊ pmo quidē decreto excōicat preſumētes legatū aplicū impedire. Mādauit itez ne clericus aň ſecularē iudicē accuſaret̃. Statuit qȝ vt vna tm̄ miſſa ab. vno die vno celebraret̃ ⁊ oblationē nō ex fermentato ſed ex azimo facerent. Idē prim⁹ ob memoriā paſſionis xp̄i in ſacrificio addidit. Qui pridie qȝ pateret̃ ⁊c. Inſtituit item vt aqua quā ſanctā appellam⁹ ſale admixta interpoſitis ſacris orationibus ⁊ i tēplis ⁊ i cubiculis ad fugādos demones retineret̃. Denuȝ inter innumera miracula int̃ q̄ balbinā q̄rini tribuni filiā ſanauit. ⁊ ipſuȝ tribunū cū oī domo baptiſaſſet: poſt ordinationes tres: q̄s habuit mēſe decēbri martyrio coronat̃ cū Euentio ⁊ Theodoro diaconis. 5. nonas maij. Sepelit̃ qȝ i via nomētana vbi interfect⁹ eſt: ſeptimo ab vrbe miliario. Sedit annis decem: menſib⁹ ſeptem: diebus duobus. Uacauit aūt ſedes dies. 25.

Sixtus



Anno mundi. 5323. Anno chriſti. 124.

Sixtus papa natione roman⁹ patre paſtore (vel vt alij volunt) heluidio. is diuine rei (vt par erat) curā gerens cōſtituit: ne a quoqȝ niſi a miniſtris ſacroꝝ myſteria: ⁊ vaſa ſancta tangerent̃. maxie v̄o a feminis. neue qd̄ ſacerdotes corpale vocāt ex alio qȝ ex lineo pāno: ⁊ quidē puriſſimo fieret. In celebratione v̄o mādauit vt ſanct⁹ ſanct⁹ deus ſabaoth cantaret̃. Miſſarū eī̄ acta primo nuda ⁊ ſimpliciter tractabant̃. Cū vero ſixti tpibus ꝓpter frequētes cedes pauci reperirent̃ qui nomen xp̄i ꝓfiteri auderent. Et galli chriſtiani preſulez ſibi depoſcerent eo pegrinū romanū ciuē miſit: qui cōfirmatis in fide gallis romam rediens vltimo ſupplicio afficit̃. At v̄o ſixtus vbi ordinationes ter menſe decembri habuiſſet: martyrio coronat̃: ⁊ in vaticano apud petrū ſepelit̃. Sedit quōt annis decem: menſib⁹ tribus: diebus. xxj. Uacat tum ſedes biduo tm̄.

Thelesphorus



Anno mundi. 5333. Anno chriſti. 134.

Thelesphorus papa natione grecus: ex patre anachorita: antonini pij tpibus fuit. vir ſingularis doctrine ⁊ virtutis. Is cōſtituit vt ſeptē hebdomadib⁹ ante paſca ieiunū obſeruaret̃. vtqȝ i natali dn̄i ibu xp̄i noctu tres miſſe celebrarent̃. Cōſtituit idē vt aň ſacrificiū hymnus ille cantaret̃. Glia i excelſis deo. At v̄o cū ordinationes quatuor mēſe decēbri habuiſſet. creaſſetqȝ p̄ſbros q̄ndecim. diaconos octo. ep̄os tredeci. martyriū ſubegēs apd̄ btī petri corp⁹ in vaticano ſepelit̃. ſedit annis vndecim: mēſib⁹ trib⁹: diebus. xxij. Uacat tum ſedes dies ſeptem.

Higinus



Anno mundi. 5343. Anno chriſti. 144.

Higinus papa natione grecus patria athenienſis: patre philoſopho. antonino pio impante theleſphoro ſucceſſit. Is vrbis rome epiſcop⁹ tū maxime clerū pudēter in ordinē redegit: gradus diſtribuit. Inſtituitqȝ ne templa ſine celebratione dedicarent̃: neue augerent̃ diminuerent̃ qȝ ſine arbitratu metropolitani vl̄ epiſcopi. Uoluit itē vnū ſaltē patrinū ⁊ vnā matrinā i baptiſmo vel ꝯfirmatione intereſſe. Uir certe doctiſſim⁹ q epl̄az eruditionis plenā de vnitate ac trinitate dei oīb⁹ xp̄ifidelib⁹ legendā ſcripſit. Deniqȝ bene de eccl̄ia demeritus cū ordinationes ter decembri menſe habuiſſet. morit̃ ⁊ apud beati petri corpus i vaticano ſepelit̃ tercio idus Januarij. Sedit annis quatuor: menſes tres: dies quatuor. Sedes aūt quatriduo tum vacat.

Pius



Anno mundi. 5353. Anno chriſti. 154.

Pius papa natione italus patria aquileienſis patre ruffino. M. antonini veri tpa attigit. Habuit aūt cōſuetudinē magnā cum hermete qui librum ſcripſit titulo paſtoris inſignitū. In quo angel⁹ paſtoris pſonā induens ei mādat vt oībus pſuadeat paſca die dn̄ico celebrari: qd̄ ⁊ fecit. Conſtituit item pine hereticus q̄ſpiā ex iudeoꝝ hereſi baptizaret̃. Rogatu praxedis ſanctiſſime femine termas nouati in vico patricij in honorē ſororis ſue diue pudenciane dedicauit: multaqȝ dona huic templo obtulit: ⁊ ſepius eodē in loco ſacrificiū deo preſtitit: vbi ⁊ fontē baptiſmi cōſtituit. Illis aūt ſacerdotibus penā ſtatuit qui negligentes in attractando xp̄i ſanguine. ⁊ corpe aliquid perire pmitterent. ⁊ vbicuqȝ deciderit lambi precepit. Uerū poſt ingentes virtutes vbi i ordinationibus ſuis que quinqȝ fuere menſe decembri: preſbyteros decē ⁊ nouē: diaconos nouem ⁊ viginti: ep̄os decem creaſſet xp̄i martyr obijt. ⁊ apud beati petri corpus in vaticano ſepelit̃ quīto ydus Julij. Sedit v̄o annis vndecim: menſibus quatuor: diebus tribus. Uacauit tum ſedes dies tredecim.

Adrianus cognomēto beli⁹ cōſobrine traiani fili⁹ quidecim⁹ romanoꝝ imꝑator. cuius origo vetuſtior a picentibus: poſterior ab hiſpanienſibus manat. cui⁹ mater domicia paulina gadib⁹ orta. natus aūt fuit rome ac decimo etatis anno patre orbatus traianū ⁊ celiū eqtē tutores habuit. Imbutusꝗ; impēſi⁹ grecis ſtudiis: ingenio ei⁹ ſic ad ea ſic declināte vt a nōnullis greculus diceret. qntodecimo anno ad patriā rediit ac militiā īniit. deinde a traiano abductus a patria ꝑ filio habit⁹. deinde imperiū accipiēs inter optimos ꝓncipes merito annumerādus. Is ꝑmo quidem xpianis aduerſatus eſt: poſtea cognita eoꝝ religione ⁊ pietate ī eos admoduꝫ beneficus fuit. De ꝑplo romano bñ meritus: pater patrie ſtatim appellat. nā liberalis: ſplēdidus: magnificus: clemēs: ac vtraꝗ; lingua erudit⁹. muſice mediciueꝗ; artis ſciētiſſim⁹ fuit. ⁊ leges multas cōpoſuit. athenēſib⁹ legē petentib⁹ ex draconis ⁊ ſolonis ſnīa iura cōpoſuit: ⁊ eis bibliothecā inſignem retulit. Plutarci cheronei ſexti agothoclis phoꝝ doctrina ac familiaritate delectat⁹. fecit ⁊ rome ſui nois pontē q̄ adhuc extat. ⁊ ſepulchꝛū in vaticano apud tyberim quo nūc artifices ꝑ arce vtunt que ſcti angeli caſtellū nūcupat. Mirificeꝗ; plura alia edificauit: ⁊ potiſſimū ī iudea hieroſolymā a tito euerſam: menibus ⁊ edificiis inſtaurauit: ⁊ adeo ampliauit vt paſſionis ihū xpi locū intra menia ꝯcluſerit. ⁊ ex ſuo nomīe helyā appellauit. ꝓcepit ne cui iudeo ſed tm̄ xpianis introeundi facultas daret. Deinde ingruēte triſtiſſima valitudīe antoninū (qui poſtea pi⁹ dict⁹) adoptauit. poſt hec baias periit vbi die ſexto duū iuliarū periit morbo intercutaneo: vigeſimoſcdo impii ſui anno. vixit annis. lxii. ac ſepelit puteolis ī villa ciceroniana. Statura fuit ꝓcer⁹. forma cōptus: flexo ad pectinē capillo ꝓmiſſa barba.

Antoni⁹ pius ſedecim⁹ romanoꝝ imꝑator: vna cū filiis aurelio luciocꝫ imperii principatū ſuſcepit. hic adriani gener ⁊ ꝑ adoptionē fili⁹: paternum gen⁹ e gallia originē habuit. Imꝑauit aūt tanta modeſtia ⁊ benignitate vt merito pii cognomentū adept⁹ ſit. ac pater patrie appellat⁹. Nulli eñ vnꝗ; tuꝫ priuatim tuꝫ publice acerb⁹ fuit. ⁊ hoc verbū ꝑſepe dixiſſe ferūt: malle ſe vnū ciuē ſeruare q̄ꝫ mille hoſtes occidere. Tāte aūt iuſticie pius fuit: vt multi reges multeꝗ; nationes poſitis ei⁹ iuſſu armis ad hoīeꝫ cōtrouerſias ſuas liteſꝗ; deferrēt eiuſdēꝗ; ſnīe ſtatim parerēt. Fuit aūt ſtatura eleuata decorus. ſed cū eēt longus ⁊ ſenex incuruaret q̄ꝫ tiliaticiis tabulis ī pectore poſitis faſciebat vt rect⁹ incederet: fuit voce rauca ⁊ ſonora. Cū iocūditate a ſenatu diuus eſt appellatus cuꝫ oēs eius pietatē clemētiā: ingeniū: ſanctimoniā laudarent: vt cū numa pompilio bonoꝝ oīm ſnīa cōparari pōt. Is ꝑterea cū tyberis inundatione plurima rome vexaſſet edificia tuꝫ priuata tum publica ſua impēſa ciues ī reſtituēda vrbe liberaliſſime iuuit. Tarraconēſeꝫ ⁊ caietanū portū reſtituit. Ob hec merita populus romanus mortuo circenſes ⁊ templū cōſtituit. Periit anno ſeptuageſimo cum imperaſſet annis duobus ⁊ viginti: mēſibus tribus: apud loriū villā duodecimo ab vrbe miliario diſtante quaſi dormiret ſpiritū reddidit.

Marcus antonin⁹ qui ⁊ verus cognomēto phs nat⁹ rome ī mōte celio educatus in eo loco in domo aui ſui veri iuxta edes laterani: vſus grāmatico greco alexandro. oratorib⁹ aūt precipue frontonio. cui ⁊ ſtatuā in ſenatu petiit. Aſſcitus in imꝑatoriā dignitatē ad domū tñ appolonii diſcēdi cā venit. Audiuit ⁊ ſextū plutarci nepotem. Educatus q̄ꝫ in hadriani gremio illū veriſſimum nominabat. deinde vna cū L. aurelio cōmodo fratre annis decē ⁊ nouem imperiū equo iure adminiſtrauit. Bellū aūt cōtra parthos ſimul ſuſceptū admirabili virtute ⁊ felicitate geſſerūt: de hoſtibusꝗ; triūpharūt. Uerum nō multo poſt apoplexie morbo e medio ſublato cōmodo fratre. antonin⁹ ſolus imperiū obtinet. Fuit aūt a teneris annis eiuſdē animi: eiuſdēꝗ; vult⁹ in quauis fortuna. ⁊ quia benignitas nature cū doctrina in eo certabat: merito ab omnibus philoſophus appellatus eſt. philoſophia tñ eū a rebus bellicis nequaꝗ; retardauit. Nā germanos: marcomānos: q̄uados: ſarmatas ingēti v̄tute ⁊ felicitate vna cū filio cōmodo antonino ſupauit: ac triūphū egit. Iturus aūt ad hoc bellū cū nō haberet vñ ſtipēdia militib⁹ ꝑberet: ex hauſto erario oēm imꝑatoriā ſuppellectilē: oēmꝗ; ornatū vxoris ī foro traiani haſte ſubiecit. Uerū cū poſtea ſupato hoſte ī patriā rediiſſet: emptorib⁹ ꝑcia reſtituit. nemī tñ moleſt⁹ fuit: q̄ reddē empta noluiſſet. parta victoria ī oēs de re publica meritos liberalis fuit. Tributa q̄buſdā ꝓuinciis remiſit. leges ſeueriores nouis ꝯſtitutionib⁹ temꝑauit: his rebus geſſi factū ē: vt ab oīb⁹ ita amaret: vt ſacrilegi nomē incurreret q̄ ei⁹ imaginē domi nō habuiſſet. Poſtremo ī pānonia ꝯſtitut⁹ repētino morte interiit. Dimiſſo eñ filio ne ī eū morb⁹ trāſiret: nocte aīaꝫ efflauit. xviii. impii āno vite. lxi

Linea Imperatoꝝ

Adrianus



Antonius pius



Marcus Antoninus verus



Lucius Aureli⁹ Cōmodus



QUarta pſecutio eccleſie tpe marci antonini ⁊ lucij aurelij facta eſt: multiq martyrio coronati ſunt: ipſaꝫ tamē pſecutionē ſecuta eſt lues magna: que multas late puincias deuaſtauit maxieq italiā adeo atriuit: vt paſſim ville ⁊ agri ſine cultore ⁊ habitatore remanerent. ab armis deniq nulla vnq quies erat: ſed per omnē orientem: illiricū: italiā: galliā bella feruebant. Terremotus quoq nō ſine interitu ciuitatuꝫ ⁊ inundationes fluminū crebreſcebant: ⁊ locuſte agros infeſtabant.

Sophia



Seraphia



SOphia matrona nobil' cū tribꝰ filiabꝰ fide. ſpe ⁊ caritate ad vrbē venit: ⁊ exēplo religiōis ſue ⁊ ſobrietatis multas nobiles femias ꝯuertit ad xp̄m. qḋ cū adriano imꝑatori nūciatū fuiſſet: eas adduci iuſſit: q̄ cū pulcherrime eēnt ⁊ i diuinis ſcp̄turis erudite poſt longā cōcertationē martyrio vitā finiere ꝑ varia tormēta. Mater deinde corpa filiarū in decimooctauo miliario ab vrbe ſepeliuit ⁊ lacrimis diceret. filie mee accipite me ad vos: velut ſopore dep̄ſſa i pace quieuit.

SEraphia anthiocena v̄go ꝑ hoc tempꝰ rome pro xp̄o paſſa: que miſſa i obſcuriſſimū locū duobꝰ laſciuis viris illudēda tradita: cū illeſa ꝑmanſit: lāpadibus inflāmari: ⁊ iuſſu p̄ſidis fuſtibꝰ duriſſime ceſa: deinde gladio necata eſt. quā ſabina ꝑ eā cōuerſa i ſuo ſepulchro poni fecit. quarto kal'. auguſti.

Sabina



Quadratus



SAbina illuſtriſſima mulier: vxor quondaꝫ p̄clariſſimi valētini ⁊ herodis metallarij filia. quā ſeraphia p̄dicta i fide xp̄i ihu edocta: opibꝰ miſericordie inſiſtēs his tumultibꝰ apud romā i auentino mōte a p̄fecto vrbis rabidiſſimo noīe helpidio cū nollet ſacrificare dijs gladio ꝑcuſſa: martyrij palmam adepta eſt: quarto kal'. ſeptēbris. Ambarū aūt corpa nūc rome in eccleſia ſancte ſabine quieſcunt.

QUadratꝰ athenīēſis ep̄s ⁊ aploꝝ diſcipulus vir vtiq doctiſſimꝰ hac tēpeſtate eccl'iaꝫ grādi terrore diſpſam fide ⁊ induſtria ꝯgregās: etiā librū ꝓ xp̄iane religiōis defenſiōe cōpoſuit: plenum fidei ⁊ rōnis atq apl'ica doctrina dignū: quo edito ad vltimuꝫ pro ipſiꝰ defenſione paſſus eſt. ſeptimo kal'. Junij.

Quirinus



Acbacius



QUirinꝰ p̄mo tribunꝰ poſtea ep̄s factꝰ: ꝑ id tēpus apḋ illiricū id eſt ſclauoniā i ſciſcia vrbe. ij. nōs Junij martyr xp̄i obijt. Nā (vt prudētiꝰ ait) ligato ad manū eiꝰ molari ſaxo i flumie p̄cipitatꝰ eſt. ⁊ cū aſtātibus diu locutꝰ fuiſſet: ne eiꝰ terrerent̄ ſupplicio: vix p̄cibꝰ vt mergeret̄ obtinuit. Zenō q̄ꝫ patriciꝰ romanꝰ cū decē milibꝰ ⁊ ducētis fribus rome ad guttā iugiter manantē ſub hoc tumultu ꝓ xp̄o interfectus eſt.

ACbatiꝰ primicenꝰ cū decē milibꝰ i mōte ararath ab adriano imꝑatore i armenia martyrio vitā finiuit qui ꝯuerſi ꝑ angelū victoriā ꝯ hoſtes obtinētes cū adrianꝰ ⁊ antoninus quē adoptauerat eos xp̄ianos eē ſenſiſſent lacrimātes eos p̄mo flagellari deinde multudinē clauoꝝ acutiſſimoꝝ trigenoꝝ ſpargi i terrā per xx. ſtadia iuſſerūt vt ſancti nudis pedibꝰ ſuꝑ eos incederent. angelus aūt antecedēs clauos colligebat ne lederent̄: tandem ad inſtar xp̄i martyriū paſſi ſunt: ⁊ aīe eoꝝ tranſlate ad ſuperos.

Papias



Ariſtides



PApias hieroſolimitanꝰ ep̄s iohis apl'i auditor q̄ nō tm̄ hiſtorie veteꝝ diſcipuloꝝ dn̄i: quātū voce ariſtonis ⁊ ſenioris iohānis adhuc viuētis delectatꝰ eſt. vn̄ apparet ex ipſa noīm dinumeratione cū oīm fere aploꝝ mētionē feciſſet. aliū eſſe iohānē q̄ int̄ aplos locat̄. aliū ſeniorē iohānē quē poſt ariſtone numerat. q̄ certe doctiſſimꝰ eſt habitus queq etiā multi ſecuti ob doctrinā ſunt vt hereneus: appollinaris: tertullianus: victorinus pictauienſis: lactancius: firmianus: quadratus quoq predictus.

ARiſtides aūt athenīēſis pb̄s ſub p̄ſtino habitu xp̄i diſcipulꝰ volumē nr̄i dogmatꝭ rōnē cōtinēs eodē tpe q̄ ⁊ quadratus adriano pricipi obtulit. his aūt apolegeticis libris factū eſt vt adrianꝰ iniuſtū fore exiſtimās xp̄ianos indicta cauſa vbiq occidi. Minucio fundano aſie ꝓcōſuli ſcripſerit: neminē occidendum: niſi de accuſatore ⁊ crimine conſtaret.

Secundus ph̄s



Secundus athenienſis ph̄s hoc tp̄e in p̄cio fuit qui ſemꝑ ſilentiū ſeruās py
thagoricā vitā duxit: cuius taciturnitatis cā hec fuit. Qđ cū matrē ꝓpriā de
illicito cōcubitu tēptaſſet: ⁊ illa (incognito filio) aſſentiſſet: vt cū cognouit eſſe fi/
liū pre pudore ſpm̄ exhalauit: qđ aīaduertens ſecundus id matri propter ſuā lo/
quelā accidiſſe: hanc a ſe in poſterū exegit penā: vt de cetero vnq̄ꝫ nemini loquere/
tur: quod cū hadriano qui apud athenas eſſet nunciatū fuiſſet: ipſum illico accer/
ſiri fecit. quē cū nec ſalutatione nec exhortatione aut minis a taciturnitatis ꝓpo/
ſito retrahere potuiſſet: admiratus ipſius taciturnitatē atq̄ꝫ conſtantiā dixit. Cū
iſta ſilentij lex a te nullo modo ſolui pōt: manu tn̄ tua ꝓpleumatibus meis reſpō/
dere digneris. Et interrogans dixit. Quid eſt deus. Ille ꝯfeſtim reſcripſit. Deus
eſt imortalis mens incōtemplabilis celſitudo forma multiformis multiplexq̄ꝫ ſpi/
ritus: incogitabilis inquiſitio: omnia continens lux indeficiens ⁊ optimū bonuꝫ
Fuere ⁊ alia multa hadriani propleumata philoſopho propoſita.

Tyburtinā latine regionis ciuitatē que hodie vetus tibur appellať ꝑ hoc tēpus hadrianus impera
tor (vt helius ſparcianus hiſtoricus teſtať) miro ſumptu edificauit. ⁊ ex villa oppidum fecit. Hec
quippe ciuitas. 16. paſſuū milibus a roma diſtare videť. ⁊ iuxta anienem fluuiū in cliuoſo loco cō
ſtituta eſt. quam tn̄ ciuitatē longe ante romanā vrbem a grecis originem ⁊ cōdictionē habuiſſe Strabo ⁊
Virgilius volunt. aiunt em̄ q̄ ipſius primus cōditor fuit quidā tiburtus coracis ⁊ catilli frater. Hi nāq̄ꝫ
fratres thebani fuere: qui poſt thebanoꝝ interitū a patre in italia ꝓgeniti: ſinguli poſtea oppidū ex ſuo no
mine ꝯſtruxere q̄ teſtis eſt quidā mons ꝓpinquus qui catillus adhuc dicitť. Et corax aliud oppidum fa-
moſum inter volſcos erexit. Fuit itaq̄ꝫ tiburtina hec quondā nobilis ciuitas cui etiā teſtimonia ꝑhibēt ꝓ/
pin que adhuc extantes ipſius antique ciuitatis ingentes ⁊ magnifice edificioꝝ ruine: que dignitatē vrbis
pre ſe ferunt. eo ſiquidē loco tiburtinus lapis fortiſſimus fodiť: qui ad cōſtruēdam conſeruandāq̄ꝫ roma-
nā vrbē multū adiumēto fuit. Hanc em̄ vrbē Fridericus cognomēto barbaroſſa impator: ab alijs theoto/
nicis ſuprioribꝰ annis dirutā reedificauit. ⁊ deinde multi ſūmi pōtifices multiq̄ꝫ cardinales auxere ⁊ mītis
edificijs illuſtrauē. ex hac ſimplicius romanꝰ pōtifex ⁊ alij viri ſciā ⁊ dignitate clariſſimi ortū habuere

Tiburtina ciuitas



Galienus medicus



Galienus medicus doctiſſim⁹ vir fuit natione grecus: patria ſibi pgāniū ciuitas aſie: ſtatura magnus: ſpatulas ⁊ humeros latos ⁊ groſſos hñs: colore brunus: delectatus ī cantu ⁊ alkimia. natus ex patre diuite ⁊ largo: ſciētificus ī aſtrologia ariſmetrica ⁊ alijs hmoi. Magiſtrū habuit taliū: ad medicinam diuinitus inductus. circuiēs mūdū ꝑ acquirēda ſcia: prādebat parū: ſcꝫ tm̄ ficubus ⁊ pane ꝯtētus cena erat ei copioſa. a paruulo deditus ſtudio medicine. decimonono em̄ etatis anno cū diſcipulis athaniei de medicina diſputauit. ab eis reputatus litigioſuſ: qꝛ logicus erat. hi em̄ ſibi obijciētes dicebāt. hic qdē nutrit⁹ in dialetica multa inde repletus cōtagione. Claruit aūt tpib⁹ diui antonini pij. Nūqꝫ in curis erubuit: nūqꝫ in ꝓnoſtico errauit. Aſſerit aūt cōſtantinus eū. C. ⁊ L. libros edidiſſe. annos tandē vixit. lxxxvij. Et vt quidā ferunt in mari mortuus eſt cū ad vidēda miracula oli xp̄i accederet ⁊ mundinus dicit. Merito ḡ medicorū princeps dici debet: qui ea in arte oēs preter hippocratē ſupaſſe credit. ⁊ hippocratis ſcripta miro explanauit ingenio.

Juſtinus phs



Juſtinus phs ex neapoli vrbe paleſtine his tpib⁹ ꝑ fide xp̄i multū elaborauit: q̄ ⁊ antonino pio pn̄cipi ac filijs eius librū dedit ꝯ gentes ſcriptū: ⁊ dialogū ꝯ triphonē pricipē iudeoꝝ habuit. Inuectus eſt ⁊ ī marcionē q̄ cerdonis dogma ſecutus: alteꝝ bonū alterū iuſtū dn̄m aſſeruit: tāqꝫ duo ꝯria pn̄cipia creationis ⁊ bonitatiſ. Impugnauit ⁊ creſcentē cyniciī vt guloſum: cuius inſidijs ad extremū circūuentus ꝑ dignitate chriſtiani noīs ſanguinem fudit.

Aquila



Aquila q̄ꝫ iudeus natiōe pōticus cū pſcillia vxore edicto claudij diſcedēs vſqꝫ ad hec tpa (vt nōnulli aiūt) ſupuixit. ſecūdus moſaice legis interpres poſt illos ſeptuginta q̄ philadelphi tpibus fuere. ⁊ libros veterſ teſtamēti ex hebreo ī grecū optie trāſtulit ⁊ ꝓphe verba de vgine maria plata ad iuuēculā quādam aſcripſit.

Cerdo hereticus



Cerdo qdā heretic⁹ a quo cerdoniani heretici nomē acceperūt: ꝑ hoc tēpus inſaniēdo vaticinare ſimulat. Aſſerebat nāqꝫ duo fuiſſe pn̄cipia ꝯria.

Marcion hereticus



Marcion item hereticus ei⁹ diſcipulus ſtoic⁹ phs cū magro ſuo delirare cepit: dicēs xp̄i patrē nō fuiſſe deū creatorē: q̄ ꝑ filiū mūdū fecerat. ⁊ cū aliqñ policarpo rome obuiā factus fuiſſet. interrogaretqꝫ an ſe agnſceret. cogſco (rn̄dit policarp⁹) pmogenitū diaboli.

Valentinian⁹ hereticus



Valētinianus alt⁹ hereticus platonicus phs a q̄ valētiniana hereſis noīata eſt: eodē q̄ꝫ tpe inualuit. hi aūt valētiniani cuiuſdā platonici ſectatores dicebāt xp̄m de corpore virgīs nil ſumpſiſſe: ſed per eā tāqꝫ per fiſtulā quendā purum tranſiſſe.

Thophilus eps



Theophil⁹ anthiocēſis ecclie eps̄ ⁊ ipſe his diebus floruit: ⁊ ꝯ marcionē pdictū hereticū librum edidit impante. M. antonio. Scripſit ⁊ librꝫ ꝯ hermogenis hereſiꝫ q̄ mām nō nām introducēs: deo aūt nō nature eādē cōparauit: mām elemētoꝝ ⁊ deū appellās. Tria q̄ꝫ volumina cōtra etholicū cōpoſuit ⁊ plura alia.

Melito epiſcopus



Melito ſeu miletus. aſianus natione ſordēſis eps̄ frontoniſqꝫ oratoris diſcipulus multo in precio his tpibus fuit: ⁊ librū de doctrina chriſtiana. M. antonino tradidit. huius ingeniū tertulianus (vt ſcribit hieronymus) mirūimmodū laudat: diciturqꝫ a pleriſqꝫ noſtroꝝ prophetaꝫ habitū eſſe. eo q̄ multa ꝓphetica ſcripſerit teſtimonia: ⁊ alia multa.

Appolinaris eps



Appollinaris aſie hieropolitanus eps̄ huius tpe in precio eſt habit⁹ qui inſigne volumen de fide xp̄i. M. antonio ſecūdo tradidit. Scripſit ⁊ in cathaphrigas qui tunc etiā cum priſca ⁊ maximilla inſaniebant vaticinantes. Incipiente tamen montano. ſed ⁊ alios aduerſus gentes quinqꝫ libros ſcripſit. Extant ⁊ alij duo de veritate.

Policarpus



POlicarpus iohãnis apl̃i diſcipulus. ſmirneus eṗs ab eo creatus. ac totius aſie religione ⁊ doctrina tũc facile princeps: hoc anno pio preſulante romã veniẽs: plurimos fideliũ marcianis ⁊ valentiniani falſa pſuaſione deceptos ad fidẽ reduxit. Cũ aũt marcion obuiã habuiſſet eũ primogenitũ diaboli dixit. Negabat eñ patrẽ xp̃i deũ eſſe creatorẽ: qui p filiũ mundũ fecerat. Poſtea vo imperante. M. antonino ⁊. L. aurelio cõmodo quarta poſt neronẽ pſecutione ſmirne ſedente a pconſule igni crematus eſt. Cũ quo etiã. xij. ex philadelphia veniẽtes martyriũ cõſũmauere. hic cũ eſſet doctiſſimus ac ſanctiſſim⁹ vnã ad philippẽſes putilẽ ſcripſit epl̃am. paſſus eſt aũt ſeptimo kal̄. februarij.

Praxedis



PRaxedis virgo ſanctiſſima: beatiſſimi pudentis romani filia: ⁊ glorioſiſſime pudẽtiane vginis ſoror. virgo ſiquidẽ ĩ diuina lege eruditiſſima p hoc temp⁹ vſq ad anicetũ fuit poſtq patrimoniũ ſuũ vna cũ ſorore pdicta in ſuſtentatione pauperũ erogaſſet: ⁊ toti vite ſue temp⁹ ipſi⁹ vigilijs ⁊ orõnibus atq ieiunijs aſſiduis cõtriuiſſet: ⁊ vniuerſam familiã numero. 90. manumiſiſſet. At poſtq multoꝝ martyrũ corpa ſepeliſſet. ⁊ ipa beatiſſima. xij. kal̄. auguſti migrauit ad dñm coronã iuſticie acceptura. Et via ſalaria iuxta ſororem ſuã pudẽtianã i cimiterio priſcille ſepelit. q etiã die ei⁹ natale a cũctis fidelibus celebrat.

Felicitas cũ ſeptẽ filijs



FElicitas romana femĩa matrona ſiquidẽ ſctiſſima p hoc temp⁹ vna cũ ſeptẽ filijs ſuis ſcʒ ianuario: felice: philippo: ſcylano: alexandro: vitale atq marciale: rome martyriũ ſuſcepit. Hec eñ pijſſima mulier mẽte ⁊ corpe felicitas. hos ſeptẽ filios deũ colere docuit: vt coronã martyrij acciperẽt. Et primo quidẽ ianuarius primogenit⁹ poſt virgarũ verbera: plũbatis occiſus eſt. felix vo ⁊ philipp⁹ fuſtibus mactati. Syllan⁹ pcipitio trucidat⁹ interemptus. Alexander deniq ⁊ vitalis atq marcialis capitali ſnĩa ſunt puniti. Nouiſſime aũt ⁊ mater ipſa felicitas preter matrũ cõſuetudinẽ: ⁊ ipſa gladio necata eſt. A quib⁹ magnũ ſpectaculũ fidei noſtre ante oculos poſitũ eſt. Eoꝝ dies celebrat. vj. ydus Julij.

Ptholomeus aſtronomus



PTolome⁹ natione alexandrin⁹ phs ac inſignis aſtrologus: qui poſt tpa adriani impatoris claruit hoc tẽpore agnoſcit. qui vir pſtantiſſimus plus aſtronomie addidit q id totum quod ante ſcriptum inuenit. Nam ⁊ almageſtum opus diuinum ⁊ perſpectiuã edidit. De iudicijs etiã quadripartitũ opus. ⁊ centiloquiũ ac alios multos cõſcripſit libros. Vixitq annis. 88. Ex eius aũt puerbijs hec duo notãda inſerimus. Inter hoies qui nõ curãt in cuius manu ſit mũdus: hic mũdo altior eſt. Et illud. Qui p alios nõ corrigit: nec alij per eum corrigent. Quanto magis fini appropinquaueris tanto bonũ cum augmento operare.

Aulus gellius



AVlus gellius romanus orator ⁊ inſignis quidẽ grãmaticus hoc tpe clarus exiſtẽs agnoſcit. Qui inter cetera ſue virtutis opa: cum e roma p hiemẽ in atticam proficiſceret terrã. cõmetarios celebres edidit quos in libros. xix. diuidens de nocticis atticis titulo pnotauit. ideo de eo ſcribit. Si quẽ cecropia clarũ latiaq camena eſſe iuuat: gelli ſcripta pbanda legat. Attica nox luci nũq ceſſura diurne. Ad varias artes q bene mõſtrat iter.

Montanus hereticus



Cathaphrigarum hereſis exordiũ

CAthaphrigarũ hereſim non deſunt qui dicant hoc tempore ortam auctore montano. Is eñ mõtanus hereſiarcha peſſimus natione phrygius nominauit ſe paraclitum in phrygia ⁊ multos ſeduxit ⁊ eandẽ regionẽ cũ vicinis regionibus ac multis erroribus infecit. Ibiq ⁊ priſcam ⁊ maximillã clariſſimas mulieres adeo ſeduxit: vt relictis viris ſuis ſecum publice incederent: ⁊ ſe ei⁹ inſpiratione prophetiſſas dicerent. hi capadhrigie donum ſpũſancti non in apoſtolis: ſed in ſe tantum traditum fuiſſe affirmabant.

Apelles hereticus



APelles alius hereticus in grecia fuit. Is dicebat xp̃m non deum in veritate ſed hoim fantaſia hoibus apparuiſſe. hunc theodocion vir eruditiſſim⁹ hereticiſſimũ appellat: ⁊ ſuis ſcriptis percõmode irridere conat. Tacianus quoq hereticus primo xp̃ianus noiatus: deinde ſeueriani heretici ab eo proceſſerũt hi oẽm coitũ ſpurcũ putabant

Anno mundi.5363. Anno chriſti.164.

Anicetus papa natione ſyrus patre iohãne de vico marco vel (vt Damaſo placet) de humiſia vir moribus inſignis: eccl'ie romane ɔſulens ne moribus petulantiũ quorũdã labefactaret. Inſtituit ne clericus vllo modo comam nutriret ſm apl'i p̃ceptũ. Neue ep̃s conſecrari poſſet a paucioribus q̃ȝ a tribus eiuſdẽ ordinis viris. ⁊ plura alia ordinauit. At vbi ex ordinationibus quinq̃ȝ q̃s decẽbri habuit p̃ſb̃ros .xix. diaconos quatuor. ep̃os nouẽ creaſſet. martirio coronatus ac ſepult⁹ eſt i caliẋti cimiterio via appia .xv. kal'. maij. Sedit ãnos vndecim: mẽſes q̃tuor: dies tres. Sedes vo dies .xvij. poſt eius mortẽ vacat.

Anno mundi.5373. Anno chriſti.174.

Sother papa natione cãpanus ex fundano oppido p̃re concordio tp̃ibus L. cõmodi fuit. Is lȝ in multis p̃iculis ɔſtitutus: animũ tñ in tãtis malis ad rez diuinã cõuertẽs. Inſtituit ne monacha vlla pallã attrectaret. neue thus i acerrã poneret duȝ ſacrificia fierẽt. Eius extabat ep'la hac de re ſcripta ad ep̃os italie. Inſtituit itẽ ne legittima haberet᷑ vxor: niſi cui ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet. ⁊ quã parentes ſolẽni põpa more xp̃iano marito collocaſſent: reiciẽs multa p̃icula ex preſtigijs ⁊ magicis artibus improboꝝ: q̄ i nouas nuptias cadere ſolẽt. At vbi ꝑ ordinationes q̃nq̃ȝ mẽſe decẽbris habitas p̃ſb̃ros octo. epiſcopos vndecĩ creaſſet: morit᷑ ac ſepelit᷑ via appia i cimiterio caliẋti. ſedit ãnos nouẽ: mẽſes tres: dies vnũ ⁊ viginti. vacat tũ ſedes dies totidẽ.

Anno mundi.5383. Anno chriſti.184.

Eleutherius papa natione grecus patria nicopolitanus p̃re abundio. L. antonino cõmodo imꝑante fuit. Is ſtatuit ne quis ob ſupſtitionẽ cibi genus vllũ reſpueret: quo humana cõſuetudo veſceret᷑. Noluit p̃terea quẽpiã de gradu ſuo deijci: niſi accuſatus reus criminis cõuinceret᷑. huius q̃ȝ pontificatu ⁊ eccleſijs pax data eſt ⁊ quies: ⁊ nomẽ xp̃ianũ ꝑ oẽm terrã mirũimmodũ auctũ rome potiſſimũ vbi multi ex nobilitate romana cũ cõiugibus ⁊ liberis in fidez recepti baptiſmi charactere notati ſunt. A lucio rege brittãno ep'lam accepit: vt ſe ac ſuos in xp̃ianoꝝ numerũ ſuſcipet. Tandẽ vbi ex tribus ordinatiõibus mẽſe decẽbri habitis preſb̃ros ac ep̃os ordinaſſet. Morit᷑ ⁊ apud b̃ti petri corpus ſepelit᷑ .vij. kal'. Junij. Sedit aũt annos .xv. mẽſes tres: dies duos. Vacat tũ ſedes dies quinq̃ȝ.

Anno mundi.5393. Anno chriſti.194.

FJdes vͦgo ſctiſſima ĩ vrbe ageno a daciano adoleſcẽtula xp̄iana. cũ nec blandicijs nec minis ad imolãdũ dijs gẽtiliũ induci poſſet: ſuꝑ cratẽ eneã extenſa ſubſtratis carbonibꝰ. dum ſic toꝛq̄ret̄ multo s ad xp̄m cõuertit. Sanctꝰ capraſiꝰ q̄ terroꝛẽ p̄ſibis ſub rupis latebat ea cernẽs oꝛauit vt deꝰ eã victricẽ faceret vidit colũbã niueã de celo deſcendẽtẽ. que coronã auro gẽmiſq̄ȝ lucentẽ ſuꝑ caput virginis collocauit: ac incẽdiũ extinxit. ideo offerẽs ſe xp̄ianũ cũ primo ⁊ feliciano ⁊ fide virgine capite truncati ſunt omnes.

EUphemia virgo nobiliſſima tẽpeſtate hac apud calchedonẽſem aſie vrbẽ a ꝓcõſule quodã noĩe priſco cũ alijs ſeptuaginta cõprehẽſa cũ deo marti immolare nollet oĩa tormentoꝝ genera in ea expẽdit: q̄ oĩa ꝓ xp̄o cõſtãter ꝑtulit videlȝ carceres verbera. rotatarũ argumẽta ignes lapidũ angulariũ pondera: beſtias virgarum plagas: igneas ſartagines rurſumq̄ȝ a beſtia moꝛſa immaculatũ ſpiritũ deo reddidit. cuius coꝛpus mater eius theodoꝛa ⁊ pater eius ſepelierunt ſexto kalendas Octobꝛis.

Felix ⁊ adauctus



Felix ⁊ foꝛtunatus



FElix apulie ep̄s cũ adaucto ⁊ ianuario pꝛeſbyteris ⁊ foꝛtunato ⁊ ſeptimo lectoꝛibus his tempoꝛibus in venuſia vrbe cum diu in carcere macerati ſunt per totam affricã ⁊ ſiciliam cuȝ multis afflictionibus perducti. Tandem nono kalendas Nouembꝛis occiſione gladij conſũmati ſunt.

FElix item alter ⁊ foꝛtunatus germani hac perſecutione apud aquileiam vrbem eculeo ſuſpenſi circa latera eoꝛum miniſtri lapides ardentes appoſuerunt: qui diuina virtute extincti. Quo viſo feruenti oleo illos perfuderunt: ſed cũ minime leſi: data ſententia tercio ydus Junij capite truncati ſunt.

Margaretha



Maximilianus eps ⁊ martyr



Margaretha vgo pulcherrima. natiōe antiochena de parētib⁹ gentilib⁹ orta. nutrici tradita. spōte se baptizari fecit. p⁹ mortē matris apd nutricē custodiēs ac pauēs oues ei⁹. cū quīdecimū annū attigisset ⁊ speciosissima esset. Olibrius visa vgine in ɔcupiscentiā ei⁹ exarsit. Cū tn̄ eā xpianā esse didicit in carcerē cōiecit. ⁊ deīn cū dijs īmolare recusaret suspēsa virgis acerrime cedit. inde pectinib⁹ ferreis iussit carnes ei⁹ sulcari. iterato in carcerē detrudit vbi dyabol⁹ i forma draconis apparēs q̄ eā deuoraturā facto signo cruc euasit. postea iudex ꝑcepit eā decollari. facta orōe p oib⁹ etiā ꝑsecutōib⁹. ⁊ parturiētib⁹ se ei in partu cōmēdātib⁹. martiriū. xiij. ydus iulij compleuit.

Blasius



Juliana



Maximilian⁹ in Ceyla ciuitate de nobilib⁹ ac deuotissimis ort⁹ genitorib⁹. quos in adolescētia amisit. in virū eruditū virtuosuꝫ euasit. Cū aūt sctūs Quirinus p ānos plures gubernasset laureacēses ecciam i primatem adlegiēb eccie assumpt⁹ inde martirio coronat⁹ ab oib⁹ in laureacēsem archiepm maximilian⁹ eligit. qui ppl'o salubri doctrina ꝑfuit. Tpib⁹ vero cari ⁊ numeriani impatorib⁹. Eulasi⁹ ꝑfectus ad ceylā missus hoīes ad sacrificādū marti cōpulit. qua occasiōe mot⁹ maximilian⁹ vltro post longā cōcertatiōꝫ acdescere nolēs. a satellitib⁹ suis ad phanū martis duct⁹. ibi martirij palmaꝫ meruit apud Ceylā extra muros. Anno xpi. 289. quarto yd⁹ octob. quē dux baioarioꝝ in patauiā sup ripam eni transtulit vbi eius memoria habetur.

Primus ⁊ felicianus



Pamphilus



Blasius eps. Cū in oī scītate ⁊ mā suetudine polleret. Et i sebaste ciuitate cappadocie. xpiani i epm eū eligerēt. Js ad vitādū rabieꝫ ꝑsecutiōis intrauit speluncā cuiusdā mōtꝫ cōuenerēt ad eū bestie q̄s sanauit. corui q̄ꝫ alimoniā ei deferebāt. qd cū ꝑsidi nūciatū fuisset eū adduci iubet. in via miracl'a faciēs: filiū cuiusdā mulieris i extremis laborātē ꝑpter os piscis trāsuersuꝫ in gutture ei⁹ eo tāgēte liberauit. post carceres cū sacrificare rēnuit: impauit eū ligno suspēdi ⁊ carnes ei⁹ ferreis pectinib⁹ lantari. Septē aūt mulieres xpiane sanguines excipiebāt: q̄ postea decollate fuerūt. Blasius q̄ꝫ cuꝫ duob⁹ puulis filijs huiꝫ mulierꝫ capite truncatus est.

Quintinus



Ruffus ⁊c̄



Juliana vgo ꝑclarissima natiōe comēsis: hoc ipso tpe apud comū cisalpine gallie vrbē capta martyriū seuīssimū ꝑtulit: q̄ sposo suo eleusio ꝑfecto vrbis cū p noīe xpi ad oīa supplicia se offerret. pmo cesa virgis a septē militib⁹ nolēte sacrificare diane p capillos septē horis suspēsa q̄ppe cū varia tormēta ɔstātissime ꝑtulisset: postea palā cū diabolo ɔflixit. ⁊ de ipso clarissime triūphauit. Jndeq̄ꝫ flāmas ignū ⁊ ollā feruētē supans ⁊ rotā ferreā cum acutis gladijs palmā martyrij capitis obtruncatione. 14. kalendas Marcij adepta est.

Primꝰ ⁊ felician⁹ romani viri religiosi hac ꝑsecutione a pōtificib⁹ temploꝝ apud diocletianū accusati ferro vincti in carcerē recludunt quos angelus dn̄i ɔsolat⁹ est: deinde ad herculis phanū ꝑducti cum nollet sacrificare: grauissimis penis sunt affecti. inde duxerūt eos extra ciuitatē via numētana miliario. 13. ferro vinctos post exq̄sita tormēta: tādē simul. 5. ydus Junij vite cursus gladio ɔsūmauerūt. hoꝝ corpa nocte ad arcus numētanos iuxta arenariū christiani sepelierunt.

Pamphilus grecus ꝑsbyter eusebij cesariēsis necessari⁹ insignis quidē theologus sub hac ꝑsecutione testāte hieronymo apud cesareā palestine vrbē passus est. cui⁹ vitā idē eusebi⁹ trib⁹ voluminib⁹ egregie conscripsit. hic adeo diuinoꝝ voluminū cupidus fuit vt magnā partem libroꝝ origenis manu sua descripserit. quos diuus hieronymus in cesariensi bibliotheca tāta auiditate se legisse dicit: ac si cresi regis diuitias consecutus fuisset. passus est prima die Junij.

Quintinus gallus miles a maximiano imperatore scdo kalendas nouembris martyriū pertulit gloriosum. cuius corpus post quinq̄ꝫ ⁊ quinquaginta annos angelo reuelante incorruptū repertū fuit.

Ruffus clarissimus miles romanus a diocleciano cū omni domo sua multis plagis affectus xpi martyr efficit. Et cum innumerabiles extincti sunt famosiores cōmemorare libuit.

Anno mundi .5485. Anno xpi .284.

# Linea Summorum pontificum

Marcellinus



Marcellinus papa natione romanus patre proiecto diocletiani et maximiani temporibus fuit post gaium pontifex: hic sexto pontificatus anno iam diocletiani persecutione seuiente a carnificibus captus: ad sacrificia gentium ductus: cum nimis instarent carnifices vt thura dijs exhiberet: metu perterritus deos alienos adorauit. quo facto haud multo post in se reuersus habito concilio centum et .lxxx. eporum in sinuessa vrbe campanie: eo et marcellinus squalidus et puluerulentus ac cilicio indutus proficiscitur: petitque vt sibi pro inconstantia debita pena tribuatur: qui cum damnaret in tanto concilio nemo vnus inuentus est. Cum dicerent omnes: ea ferme ratione petrum peccasse. ac flendo peccati penam luisse. Rediit romam marcellinus. iratus diocletianum adijt homines increpat quod se impulerit dijs gentium immolare. Ducitur ad martirium diocletiani iussu marcellinus cum claudio: cyrino antonino xpifidelibus.

Concilium centum et .lxxx. eporum in sinuessa vrbe campanie



Intereundum vero marcellum presbiterum admonet ne diocletiani precepti obtemperet in rebus marie ad fidem pertinentibus: neue corpus suum sepulture traderet quod dixerat ob negatum saluatorem se id neque mereri. horum aut simul interemptorum corpora diocletiani iussu ad dies .vi. et .xxx. insepulta iacuerunt via publica. vnde petri apostoli iussu qui marcello in somnis apparuit via salaria cimiterio priscille sepeliuntur sexto kal. maias. sedit aut annis .ix. menses .ij. diebus .xvi. Vacat tum sedes dies quinque et viginti.

Marcellus



Anno mundi .5495. Anno xpi .294.

Marcellus papa natione romanus patre benedicto ex regione vie late a constantio et galerio vsque ad maxentium peruenit. Is licet multorum turbinibus vexatus diuino tamen cultui intentus: constituit ne quis generale concilium celebrare posset sine speciali sedis apostolice autoritate. Priscillam quoque matronam romanam eius suasu impulit cimiterium suis sumptibus via salaria construere. titulos quinque et viginti in vrbe roma constituit. quasi dioceses ad comoditatem baptismi: et opportunitatem eorum qui ad fidem ex gentibus quottidie veniebant. Consultum iri: et eo modo sepulturis martirum videbat. Annis aut quinque sedens menses sex diebus vno et viginti. Maxentius vero vbi lucinam matronam instituisse ecclesiam dei rerum suarum heredem intellexisset. iratus et mulierem relegauit ad tempus. et Marcellum captum impellere minis conatus est. vt et episcopatu se abdicaret. et xpianum nomen deponeret. que vbi contemnere sua precepta vidit. ad custodienda aialia eum misit vbi nec orones nec ieiunia permisit. parr ochiasque epistolis gubernabat. a clericis liberatus: iterato in stabulum seu cacabulum. Maxentius iratus eum redigit. vbi cum fede et incommode habitaret. pedore et situ mortuus est. Vacat eius morte romana sedes dies. xx.

Eusebius



Eusebius papa natione grecus. patre medico: pontificatum adijt Constantino et Maxentio imperantibus. Constituit ne probani in iudicium suum epm vocare presumat. Is dum in papatu viueret crux domini inuenta est quinto nonas maij. hereticos quoque idem pontifex reconciliauit imposita tantummodo manu: Habita aut semel rome sacrorum ordinum mense decembri. cum presbiteros .xiij. diaconos tres. epos .xiij. creasset: rome moritur. et in cimiterio Calixti via appia sepelitur sexto nonas octobris. Sedit autem annis sex. mense vno: diebus tribus. Licet alij hystorici de annis varie sentiant. Vacat tum sedes diem vnum.

Melciades



Melciades papa natione apher. Maxentij licinij maximini temporibus fuit. Vir sane sanctitate et scientia multum insignis. Qui vt erat grauitate preclarus. Constituit ne quis vnquam aliqua suspitione: aut quam veram probationem condemnaret. Eius quoque institutum fuit. ne die dominico: neque quinta feria ieiunaretur. quia hos dies pagani quasi sacros celebrant. Multa quoque in oblationibus faciendis instituit. quod Manicheorum heresis in vrbe roma tum maxime inualescebat. His aut peractis maximini iussu martyrio coronatur. idem fatum subiere: et petrus Alexandrinus epus et Lucianus anthiocenus presbyter romanus. Alijque complures episcopi et sacerdotes. Sepultus est autem Melciades via appia calixti crypta. quarto ydus decembris. Sedit annis quatuor menses septem. diebus .ix. Vacat tum sedes dies .xvij.

Constātius τ Galerius abdicātibus se ab imperio diocleciano τ maximiano imperij gubernacl'a suscipientes. puīcias inter se partiti sunt. Cōstantius igr̄ τ Galerius augusti creati sunt: Diuisusq; est inter eos ita romanus orbis ꝯ iam galerius illiricū Asiā τ orientez sortitus est. Cōstantius vo singulari moderatiōe vsus. Gallia tantū τ hyspania cōtentus fuit. Licet τ ei italia sorte obtigerit. Cōstantius eñ cōtentus dignitate augusti italie atq; affrice admīstrāde sollicitudinē recusauit. Vir egregiꝰ τ pstātissime ciuilitatis: diuitijs puīcialiū ac puatoꝝ studēs. fisci cōmoda nō admodū affectās: dicēsq; melius publicas opes a priuatis haberi. ꝗ̄ intra vnuz claustruz reseruari. Adeo aūt cultus modici vt cū feriatis diebus se cū amicis numerosioribus esset epulandū. priuatoꝝ ei argēto hostiatī petito triclinia sternerēt. Hic nō modo amabilis sed etiā venerabilis gallis fuit. pcipue quod diocleciani suspectā prudētiā. et Maximiani sanguinariaz temeritatē imperio eius euaserāt. Fuit aūt cōstantiꝰ hic Claudij scdi ex filia nepos. quē vt Dioclecianꝰ impator vna cū Galerio sibi affinitate τ beniuolētia cōiungeret Theodorā maximiani puignā ei vxorē dedit. Ex qua postꝗ̄ sex filios suscepisset eā repudiauit: ꝗ̄ repudiata Helenā angloꝝ regis filiā captiuā vxorez duxit. Cōstantiꝰ cū humanissime gubernasset. Cōstantio ex helena suscepto Boraci in brittānia pricipatus sui anno tredecimo morit. Atq; i diuos summo omnium consensu refertur ob eius mansuetudinē τ clementiam.

Galerius vir τ probe moratus. et egregiꝰ in re militari. Cū italiā quoq; sinente constātio admīstratiōi sue accessisse sentiret. Cesares duos creauit videlicet Maximianū quē orienti pfecit. Et Seuerū cui italiaz dedit. Ipse illirico cōmoratꝰ est. Retinuit eñ illiricū. quod ea barbaros hostes populi ro. iter facturos sentiebat. Maximianꝰ aūt herculius spe recuperādi imperij ad spem erectus resumēdi fastigij qd̄ inuitꝰ amiserat romaz aduolauit ex solitudine lucanie. quā sedem priuatꝰ elegerat i agris amenissimis cōsenescēs. Dioclecianūq; etiaz p litteras adhortatꝰ est. vt depositam resumeret potestatē quas ille irritas habuit. Cōtra hos motꝰ missus a galerio Seuerꝰ romā cū exercitu venit. dū vrbē romam obsidet fraude militū. qui cū Maxentio sentiebāt circūuentꝰ: fugiens. demum rauēne occidit. Paulū etiā abfuit. qn̄ Maximianꝰ pater militū beniuolentiam pollicitatōibꝰ τ largitōne querēs a filio Maxentio occideret. Is aūt i gallias ad cōstantinū generū pfectꝰ. dolo cōposito tanꝗ̄ a filio esset expulsus moliens aūt cōstātinū reperta occasiōe iterficere. qui i gallijs τ militū puīcialiuz iā fauore regnabat. Cesis frācis atq; alamanis captisq; eoꝝ regibꝰ. de tecto p faustā eiꝰ filiā dolo que rez oēm marito apuit: fugiēs. ac massilie herculꝰ pfugit. ibiq; oppssus suoꝝ scelez penas tandē luit: vel seipm (vt qdaz volunt desperatis rebꝰ) interfecit: a Galerio aūt liciniꝰ imptor factꝰ mors galeriuz cōfestim secuta est.

Licinius impator factꝰ est. ex Dacia oriundꝰ a Galerio in partē imperij recipit. pp̄ter eiꝰ in re militari prestantiā: notusq; galerio antiqua cōsuetudine. Et in bello qd̄ aduersuz Narseū gesserat laboribꝰ strēnuus τ officijs acceptꝰ Cōstantinꝰ tn̄ vir ingens pricipatuz totiꝰ orbis affectās. Licinio belluz intulit. ꝗ̄uis necessitudo illi τ affinitas cuz eo esset. Naz soror eius cōstantia nupta Licinio erat. Ac pmo euz in pānonia. scdo ingēti apparatu belluz apd̄ Cibalias instruentē repentinꝰ oppssit. omniq; dardania mesia macedonia potitꝰ īnumerosas prouīcias occupauit. Varia deinceps inter eos bella τ pax recōciliata ruptaq; est. postremo liciniꝰ nauali τ terrestri plio victꝰ apud nicomediā se dedit. τ contra religiōz sacramēti Thessalonice puatꝰ occisus est. Hic liciniꝰ annuz domiationis fere pꝰ quītūdecimuz vite prime sexagesimuz occidit. auaricie cupidie omniuz pessiꝰ. neq; alienꝰ a luxu venereo. Asper admoduz aut mediocriter impaciens. infestꝰ lrīs quas pp̄ter insciciā īmodicā virus ac pesteз publicā nomīabat pcipue forensez industriā. Agaribꝰ plane τ rusticātibꝰ. qd̄ ab eo genere ortꝰ alitusq; erat satis vtilis ac milicie custos. ad veterꝫ instituta seuerissimꝰ. Spadonuz et aulicoꝝ oīm vehemēs dn̄ator. tineas soricesq; pallacij eos appellans.

Maxentiꝰ (cuz cōstantiꝰ mortuꝰ Cōstantinꝰ filiꝰ eiꝰ in brittānia creatꝰ est imperator. τ in locuz pr̄is exoptatissimꝰ moderator accessit) Rome augustus nuncupatꝰ est: Rome eñ ptoriani excitato tumultu Maxenciuz herculij filiuz. qui haud pcul ab vrbe i villa publica morabat augustuz nuncupauerāt. Vir sane seuissimꝰ τ xp̄ianoꝝ acerrimꝰ psecutor. Fraz tn̄ amator. inter cetera sue crudelitatis opa magica arte plimuz delectabat. Quito tn̄ cōstantinꝰ imperij sui anno belluz aduersꝰ Maxēciuz ciuile cōmouit. Copias eiꝰ multis plijs fudit ipm postremo rome aduersus nobiles oībus exitijs seuientē apud pontē miluiuz vicit. Italiaq; est potitꝰ. vt duz p̄ dolore suaz fraudū oblitꝰ pontem ad decipiendum hostez structuz decipulis transit. cuz magna parte suoꝝ satellituz submergitur.

Linea Impera torum

Constantius



Galerius



Seuerus Maximianus



Licinius



Maxentius



Hij preſcripti impatores Cum conſtantinū videbāt apud omnes magno eſſe in pcio. xp̄ianis aliq̄ tp̄e parcebant. Maxentius tn̄ milites clanculū mittebāt qui obuiū queq₃ cederet. Arte quoq₃ magica delectatus: grauidas matres vero xp̄ianas funeſtis ſacris adhibitas ſcidebat infantū cauſa: quoꝝ cineribus in magia vtebat̃. ut oſtenderet tyrānidē ſeruari etiā p nephas poſſe. Simili veſania ⁊ crudelitate Maximianus quoq₃ in oriēte vtebat̃. Qui magoꝝ mgr̄is ⁊ malaꝝ artiū doctorib⁹ p̄mia etiā decernebat. augurijs, diuinatiōibus fidē p̄ſtās. Sceutor ceteris in xp̄ianos hec oīa cōtemnētes eſt habitus. Uetera aūt delubra renouari ac more veterū ſacra dijs exhiberi iubet. Js vero Maximinus diuina vltione inflatis ſubito viſceribus. ſupperatiſq₃ inteſtinis ita diſtendit̃. vt inter ſe ⁊ putridū cadauer nil intereſſet: ſcatētibus vndiq₃ vermib⁹. ⁊ tabo ſerpēte. tanto pedore vt ſuſtineri fetor nō poſſet. grauiſſimis tandē morbis diucius cruciatus. viuēdi finē tandē fecit. homo ſeuus ac varius. nūc eñi in xp̄ianos. nūc p xp̄ianis agebat. hec volebant eius merita. Cū loco maximiani a Galerio quoq₃ maximin⁹ in oriēte cōſtitutus ceſar vir cruentiſſim⁹ conſimili crudelitate ea in regione cōtra xp̄ianos vtebat̃. ꝓpter quā multi enecabant̃. Unde ⁊ multi ex ſuperioribus martiribus coronati martirio fuerūt. Aliquos quoq₃ q̄ in precedenti pſecutiōe ⁊ nunc ſeuiente paſſi ſunt ſubiungemus.

Criſtina



CRiſtina virgo celeberrima ſub p̄dicta pſecutiōe maximiani in Tiro paſſa ē. Hec nobiliſſimis orta parētibus. cū pulcherrima eſſet ⁊ a plibus in cōiugiū peteret̃. parētes in turri poſuerūt. vt dijs culturā virgo pſolueret. A ſpū aūt ſctō edocta ydola abhorrebat. que cū intellexit. cū minis eā auertere nō poſſet. Juſſit eā expoliari ⁊ a duodecī viris cedi. deīn in carcerē mitti. ⁊ poſtea vngulis radi ⁊ mēbra ei⁹ tenera diſrūpi. Criſtina aūt de carnib⁹ ſuis accipiēs in vultū patris piecit dicēs. Accipe tyrāne ⁊ carnē a te genitā comede. Irat⁹ pr̄ eā in rotā impoſuit ⁊ ignē ⁊ oleū ſuppoſuit. ſed flāma exiliēs mille quīgētos occidit q̄ pr̄ magicis artibus aſſcribebat. p̄cepit vt grādi lapide ad collū ei⁹ ligato in mare nocte precipitaret̃. Quā angeli aſſumūt ⁊ xp̄s eā baptizauit ⁊ reducta fuit in terra. Tandem poſt varia tormēta ⁊ mamillaꝝ abſciſionē. Julian⁹ ſagittas ī cor ei⁹ duas ⁊ vnā in lat⁹ direxit. Sicq₃ cū palma martyrij ad celū glorioſa aſcendit

Menna miles



MEnna miles egiptius nobiliſſimis ort⁹ natalib⁹ ꝑ hec tpa ī Scythia metropoli phrigie ſalutaris paſſus eſt. Nā poſtq₃ hic celeſti regi in heremo ſecreta cōuerſatiōe ſtuduit militare. ad publicū ꝓcedens: ſe xp̄ianū eſſe libera voce declarauit. Qđ audiēs pyrrh⁹ dux miſit eū apprehēdi ⁊ ſuis aſpectib⁹ p̄ſentari. Cui dixit ſacrifica dijs ⁊ omia que p ignorātiā geſſiſti ignoſcent̃ tibi. Qͦ cū obtemꝑare nollet. eo iubēte tam diu neruis ⁊ diris cruciatibus ceſus eſt. donec platee locus ſanguine ipſius fedaretur. Deinde in eculeo leuat⁹ lāpadibus adurit̃. Deinde depoſit⁹ ligatis manib⁹ ⁊ pedibus p ſudes ferreas trahi p̄cepit. Qui oībus in rebus ⁊ cruciatib⁹ vſq₃ ad finē in laude ⁊ pfeſſione oīpotētis dei imobilis pmāſit. Deniq₃ data ſentētia gladio aniaduerti iuſſus fuit. Cui⁹ corpus cū igni traditū fuiſſet e medio a xp̄ianis furti ereptū mūdis lintheamib⁹ debita veneratione in cimiterio. 5. ydus nouēbris cōditus eſt. Poſtea in cōſtātinopoli tranſlatū digno honore veneratū fuit.

Julianus



JUlianus quidā genere antiocēſis. vir xp̄ianiſſimus apud romanā vrbē in hac pſecutōe p̄fata crudeliſſime paſſus eſt. cū Baſiliſſa virgine hoꝝ duoꝝ mire legunt̃ paſſiones. cū quib⁹ fuit venerabilis multitudo ſacerdotū. et miniſtroꝝ eccīe xp̄i. q̄ ꝓpter īmanitatem pſecutiōis ad eos cōfugerat: cōcremata eſt. Poſt quos etiā Antoni⁹ p̄ſbiter et Anaſtaſius ⁊ celſus puer vna cū matre ⁊ alij cōplurimi qui oēs. 5. ydus ianuarij mortē ptulere.

Victor



UJctor mediolanēſis ciuis a p̄meua etate xp̄ianus hiſ temporib⁹ cū in caſtris Maximini auguſti milicie ſ ſeruiret. ad ipm̄ tanq̄ xp̄ianus pducit̃. Et cū compelleret̃ ydolis imolare. cōſtanti aīo recuſauit ꝓpter qđ grauiter cedi iuſſus eſt: Et cū deo ꝓtegente doloris expers efficeret̃. plūbo buliēti pfundit̃. et cū nil etiā ex hoc penit⁹ lederet̃ iubente Maximiano octauo yd⁹ may capite ceſus eſt.

Saturninus



SAturninuſq₃ preſbyter ⁊ Siſinus diacon⁹ rome cōprehēſi in carcere diu marcerant̃. Indeq₃ exhibiti ob criſti confeſſionē a p̄fecto vrbis in eculeo leuant̃. ⁊ ibidem neruis attractant̃ ac fuſtibus ſcorpiōibuſq₃ grauiſſime cedunt̃. nouiſſime cū adhuc ſupuiuerēt gladio trūcati ſunt. Quoꝝ corpa via ſalaria ſepulta fuerunt.

Suſanna



SUſanna virgo ſanctiſſima natione dalmatea nobiliſſimis orta natalibus Cayiq₃ pape neptis ſub hac perſecutiōe Rome. 5. ydus auguſti capitis obtruncatione martirium compleuit.

Catherina



Catherina p̄clariſſima v̄go egypciaca his tꝑib⁹ floruiſſe ⁊ martyriū ꝑtuliſſe ei⁹ tradit hiſtoria: poſt imperium diocleciani ſub maxentio filio maximiani herculij. hec ſctiſſima virgo generoſo ſanguīe orta. cui⁹ pater noīe coſtus in vrbe alexandria rex fuit. a quo ⁊ ſi ī iuuenili etate p̄e rege a quo magnū p̄rimonium accepit orbata fuit: nō tm̄ inter diuiciarū delicias ocio ⁊ mollicieī feminee dedita ſed tanta rerꝫ peritiaꝫ ſc̄ia predita legit̄ vt mirabile viſum ſit in tam tenera etate qđ certamen diſputationis ſuſceperit. hec diuiniſſima virgo ab heremita de xp̄o edocta ac ſp̄oſa ei⁹ affecta in paterna domo apud alexandriā exiſtens feruēte adhuc diocleciani pſecutione ⁊ maxentio ceſare ibidē exiſtente cū quoſdā xp̄ianos flentes metu mortꝫ ꝯſpexiſſet: ad ꝓphana ſacrificia impelli. etatis ēē. xviij. ānorꝫ ad ꝯſpectū maxencij audēter acceſſit. arguēs eū de vana cultura deorꝫ ⁊ eū de crudelitate duri⁹ increpauit. Juſſit eā ad pallatiū duci ⁊ oī diligētia cuſtodiri. Expleto ſacrificio poſt longā cōcertationē cū de ei⁹ eloquētia ac ſapīa miraret̄. quinquaginta phos vocauit qui ab eo victi ⁊ in fide cōfirmati eos oratores cōburi precepit. Juſſitqꝫ eā in obſcurū carcerē recludi p dies duodecim fame cruciari. Cui angelus dn̄i apparēs ait. Cōſtāter age grata deo puella: qꝛ tecū eſt dn̄s: p te multi cōuerſi ad xp̄m cū palma martyrij introibūt. porphiriū deinde maxencij neceſſariū cū ducētis militib⁹ ac ipſi⁹ ceſaris vxorē atqꝫ alios vtriuſqꝫ ſexus doctrinis iugo xp̄i ſubdidit: ⁊ ad celeſtia regna p martyriū p̄miſit. Jnde rotaꝫ gladijs attonita: tēpeſtas ſubito ꝯfregit: ac plures leſit. Tandē obtrūcatione capitis martyrij coronā adepta eſt. in loco paſſionis orauit vt oēs auxiliū ſentiāt q̄ mēoriā paſſionis ei⁹ fecerint. Decollata lac e corpe eius emanauit. Cuius quidē ſanctiſſimū corpus angeli rapiētes ad montē ſynai diſtantē p. xx. dietas detulerunt: diuinis obſequijs honorifice ſepelierunt. Paſſa circa annos dn̄i. ccc x. cuius natale celebrat̄. 8. kal̄. decembris.

Sophronia quoqꝫ a maxentio ſepius de ſtupro appellata: cum diutius vitare periculum non poſſet: ſeipſam interfecit. Lucretiam imitata.

Arnobi⁹ ⁊ alij



Arnobius affrican⁹ clariſſim⁹ phs ⁊ orator diſertiſſim⁹ Lactantij firmiani p̄ceptor his tꝑibus (lꝫ valde ſenex) etiā in precio magno habitus fuit qui cū apud affricā rhetoricā florētiſſime docuiſſet etiā aduerſus gentes cōplurima edidit volumina. Lucianus quoqꝫ eloquētiſſim⁹ vir ⁊ nicomedienſis eccl̄ie preſbyter p hoc temp⁹ cū nōnullos breues de fide edidiſſet libellos: ⁊ ad diuerſos ep̄las multas. ac etiā in ſacraꝫ lr̄aruꝫ ſtudio multū laboraſſet in helinopoli bythinie vrbe. p xp̄o martyriū cōſtanti ꝑtulit aīo. Jacobus item cognomēto ſapiēs niſibine perſarū vrbis ep̄s: multa p hec tp̄a compoſuit. que vigintiſex voluminibus comprehendunt̄ videlꝫ de fide cōtra hereticos: de gentiū ꝯuerſione de regno perſarū ⁊ de pſecutione xp̄ianorꝫ. Obijt deniqꝫ (hieronymo teſte) conſtancij principis tandem temporibus.

Lactantius



Lactantiū inſuꝑ firmianū phm ⁊ oratorē eminētiſſimū arnobij predicti phi diſcipulū hiſdē tꝑibus floruiſſe ⁊ magni p̄cij ⁊ noīs fuiſſe cōſtat: eo qꝫ cū nichomedie rhetoricā doceret: a diocletiano auguſto ꝓpter virtutes ac ſcie magnitudinē vocat⁹ cuꝫ flauio grāmatico romā deuenit: vbi cū p aliqđ tēpus docuiſſet tandē ob diſcipulorꝫ penuriā in extremā paupertatē deuenit. Quāobrē ad ſcribēdū ⁊ cōponēdū libros ſe cōtulit. in qua qđē re etiā multū valuit. Jpſe eīn ſecūdus poſt ciceronis tp̄a eam in diſciplina habebat̄. Demū in extrema ſenectute ꝯſtitut⁹ ceſaris criſpi filij cōſtantini p̄ceptor ī gallia datus eſt. Perfecit aūt op̄a de diuinis inſtitutionib⁹ aduerſus gentes. De ira dei ⁊ formatione hoīs. ad demetriū auditorē ſuū. ad probum ep̄lis. ad aſclepiađ. de perſecutione. Simpoſiū dū eſſet adoleſcēs. etiā odeporicū de affrica vſqꝫ nicomediā exametris verſib⁹ ⁊ alia laude digna.

Euſebius ep̄s



Euſebi⁹ ceſaree paleſtine ep̄s q̄ ob pāphili martyris amicitiā pamphili nomē accepit. eo qꝫ cū eodē pamphilo diuine bibliothece inueſtigator diligētiſſim⁹ extiterit: vir quidem memoratu digniſſim⁹ p hec tp̄a tuꝫ multaꝫ rerum pericia tuꝫ ingenio mirabili ⁊ apud gentes ⁊ apud xp̄ianos inter phos p̄cipuus ⁊ nobiliſſim⁹ habitus eſt. hic cū aliqn̄ arriana hereſi laboraſſet ad nicenā ſynodū accedēs ſp̄uſancto inſpirat⁹ patruꝫ ſn̄iam ſecut⁹ eſt. ac deinceps vſqꝫ ad mortē ſanctiſſime cuꝫ orthodoxa fide vixit. fuit aūt ī diuinis ſcripturis ſtudioſiſſim⁹. ac bibliothece diuine cuꝫ pāphilo martyre diligentiſſim⁹ inueſtigator. multa eiſdē tꝑibus ſcripſit: maxie vero libros euāgelice p̄parationis: eccl̄iaſtice hiſtorie ī porphiriū xp̄ianorꝫ hoſtē acerrimū. Apologias item ſex ꝓ origine cōpoſuit. De vita pamphili martyris a quo ob amorē cognomentuꝫ accepit libros tres. Jteꝫ cōmentarios erudītiſſimos in centuꝫ ⁊ q̄nqginta pſalmos. Preterea vt legit̄ oīm ꝓuinciarū cuꝫ multos ſctōrꝫ martyruꝫ paſſiones ⁊ cōfeſſorꝫ vitā ac virginum cognouiſſet. viginti libros de eiſdem ſanctis ſcriptitauit. hoc ideo: ⁊ p̄cipue euangelicā preparationem. cum apud gentes precipuus haberetur paternā deorum religionem ob veritatis amorem cōtempſit. Scripſit quoqꝫ cronicorꝫ hiſtoriā a primo anno abrahe vſqꝫ ad annum dn̄i. ccc. quam diuus hieronymus proſecutus eſt. Fuit deniqꝫ euſebius hic poſt conuerſionē cōſtātini magni eidem quoad vixit multa beniuolentia coniunctus.

Linea ſummoꝝ pontificum

Anno mundi.5515. Anno chriſti.314.

Siluester



SIlueſter papa natione romanꝰ patre ruffino poſt melciadē pontificē cōſtātini tꝑibꝰ fuit. anno ab vrbe cōdita milleſimo nonageſimoprimo vir vtiqꝫ diuinꝰ: aſpectu ſcꝫ angelicus: ſermone nitidus: corpe decorus. ope ſanctꝰ ꝯſilio magnus ⁊ maturus fide catholicus: ſpe patiētiſſimꝰ ac oīm caritate diffuſus. Cui tantā dn̄s cōtulit grām vt nō modo a xp̄ianis: verū ⁊ a gentilibus miro colerer affectu. Hic nāqꝫ baptizato ꝯſtantino ⁊ pluribꝰ donatus ac eccleſijs pace reddita: multa ad cultū diuinū ſpectātia conſtituit. primo vt chriſma ab ep̄o tm̄ cōſecraret. vt ep̄i baptizatū ſignarēt, ꝓpter hereticā ſuaſionē. vt baptizatū chriſmate liniat p̄ſbyter occaſione mortis. addit p̄terea. laicus clericū in iudiciū ne vocet. Clericus cauſas ī curia ne agat. nec an iudicē ſecularē cauſam dicat. Preſbyter celebraturus neqꝫ ſerico neqꝫ panno tincto vtat: ſꝫ lineo equidē albo. Sic ī albis celebrandū eſſe dicebat queadmodū ī linea ſyndone ⁊ alba xp̄i corpꝰ ſepultū fuit. Gradꝰ qꝫ in ordinibꝰ eccl'iaſticis ꝯſtituit vt vnuſquiſqꝫ vno tm̄ ordine ꝯtentus ſit. ⁊ vnius ſolū vxoris vir. Hic aūt ſanctiſſimꝰ pōtifex cū floruerit miraculis inter cetera ſua memorāda fert romanā vrbem a draconis peſtilentia liberaſſe. Demū vbi ex ſacris ordinibus ſepties menſe decembri habitis preſbyteros duos ⁊. xl. diaconos ſex ⁊. xxx. ep̄os quinqꝫ ⁊ lx. creaſſet. Morit ac ſepelit in cimiterio priſcille via ſallaria tercio ab vrbe miliario pridie kal. Januarij. Sedit aūt annos tres ⁊. xx. mēſes decem. dies vndecim. Vacat tum ſedes dies. xv.

Anno mundi.5533. Anno chriſti.334.

Marcus



MArcus papa natione romanus patre priſco poſt ſilueſtrū cōſtātini tꝑibꝰ fuit: vir bonꝰ ⁊ xp̄iane religionis amator qui pōtificatu ſuſcepto ad curā xp̄iane religionis couerſus inſtituit vt ep̄s hoſtieſis a quo romanꝰ cōſecratur pallio vteret. voluit p̄terea diebꝰ ſolēnibꝰ ſtatim poſt euāgelium ſimbolū a clero ⁊ populo magna voce decantari. ⁊ eo modo quo fuerat in niceno ꝯcilio declaratū. Duas itē eccleſias rome cōdidit vnā via ardeatina in qua ⁊ ſepultꝰ eſt. Alterā ī vrbe roma ad palatinas q̄s q̄dē ꝯſtātinꝰ mūeribꝰ exornauit ⁊ auxit Js poſteaqꝫ ex ſacris ordinibꝰ bis mēſe decebri habitis diaconos p̄ſbros ⁊ ep̄os creaſſet. morit ac ſepelit in cimiterio balbina, via ardeatina: tercio nōs octob. ſedit aūt annis duobꝰ: mēſibꝰ octo: diebꝰ. xx. Vacat tūc ſedes dies. xx.

Anno mundi.5535. Anno chriſti.336.

Julius



JUlius papa natione romanꝰ patre ruſtico tꝑibꝰ conſtātij fuit mirande ſcīētatis vir ⁊ doctrine. Js arriana inualeſcēte ꝑfidia: multis incōmodis vexatꝰ a cōſtante cōſtantini filio exilio dānatus. Jn tanta aūt reruꝫ ꝑturbatione tandē poſt menſes decē romā ab exilio redijt nec deſtitit oriētales ep̄os reprehendere maxime vo arrianos q in iuſſu romani pontificis anthiochie cōciliū indixerāt: cū id ſine eius auctoritate fieri nō poſſet. Omiſſis his cōtentionibꝰ duas baſilicas edificauit vnā iuxta foꝝ romanū. aliā in tranſtiberina regione Tria item cimiteria extruxit: vnū via flāminea: aliud via aurelia: tercium via portuēſi. Cōſtituit p̄terea ne ſacerdos alibi q̄ apud iudicē eccl'iaſticū diceret: Voluit itē vt qui iudicē haberet ſuſpectū romanā ſedē poſſet appellare. ⁊ vt oīa ad eccl'iam ꝑtinētia ꝑ notariū aut ꝑ primiceriū notarioꝝ ꝯſcriberent. hos hodie (vt arbitror) ꝓthonotarios vocamꝰ. Julꝰ vo cū ex ſacris ordinibꝰ ter mēſe decēbri ī vrbe habitis p̄ſbros. xviij. diaconos tres: ep̄os nouē creaſſet. morit ac ſepelit via aurelia in cimiterio calopodij ab vrbe roma miliario tercio. pridie ydus auguſti. Sedit annos. xv. menſes duos: dies ſex. Vacat tūc ſedes dies quinqꝫ ⁊ viginti.

Anno mundi.5543. Anno xp̄i.344.

Liberius



LJberius papa natione romanꝰ: patre auguſto cōſtancij ⁊ cōſtātis tꝑibꝰ fuit. huiꝰ tp̄e ꝯcilio apud mediolanū habito oēs qui athanaſio fauebāt in exiliū pellunt. Preterea vo cū in ſynodo ariminēſi oriētales ſacerdotes callidi hoīes ⁊ acuti occidentales ſimplices ⁊ imperitos argumentis ac fallacijs cōuincerent quā diſputationē p̄termittimꝰ xp̄m eīm cū p̄re homouſion eſſe negabāt. hoc aūt qꝛ primū liberiꝰ pōtifex aperte impugnabat qōqꝫ etiā athanaſiū iubente imperatore damnare nolebat: in exiliū ab arrianis pellit. atqꝫ ita trienio ab vrbe abfuit. At vo ſacerdotes congregata ſynodo in liberij locum felicē p̄ſbyterū virū optimū pontificē crearūt. qui ſtatim octo ⁊. xl. ep̄oꝝ cōuētu duos p̄ſbyteros vrſaciū ⁊ valentē ab eccl'ia ſeperarunt. Inde rogatu ⁊ precibus eorūdem conſtantius liberiū ab exilio reuocat ⁊ pulſo felice liberiū introduxit. Pōtifex aūt tametſi cū arrianis ſentiebat eccleſias dei q̄diligenter exornauit maxime ſepulchrū ſancti agnetis: ⁊ baſilicā quaꝫ de noīe ſuo fecit apud macellū lidie. Deniqꝫ cū ſacros ordines bis celebraſſet rome morit ac ſepelit via ſalaria ī cimiterio priſcille. ix. kal. maij: Sedit ānos ſex: ſm alios. xvj. men. iij. dies. 4. vacat ſedes dies ſex

Linea Impe ratoꝝ
Conſtantinus magnus


Conſtancius


Conſtantinus


Conſtans



CONſtantinꝰ magnus. ex obſcuriori mřimonio filiꝰ Cōſtancij auguſti in
Brittānia creatꝰ eſt imꝑator. Cū res publica a quattuor imꝑatoribus te
nebat: cōſtātino. Maxētio filijs auguſtoꝝ. Licinio ⁊ maximiano nouiſ
hoībꝰ. Conſtātinꝰ tñ vir ingens: ⁊ oīa efficere nitēs: que aīo ꝑparaſſet. ſiꝫ prin-
cipatū totiꝰ orbis affectās. ceteros vt ꝑmiſſuꝫ eſt vicit. Vir prīo imperij tēpore
optimis prīcipibus: vltimo medijs cōparādus: innumere in eo aīi corꝑiſqꝫ vir
tutes claruerut. militaris glie appetētiſſimꝰ: fortūa ī bellis ꝓſpera fuit. Nā etiā
Gothos poſt ciuile bellū varie ꝓfligauit. Ciuilibꝰ artibus ⁊ liberalibꝰ ſtudijs
deditꝰ: affectator iuſticie ⁊ amoris. Anno igiť ab vrbe cōdita milleſimo nonage
ſimo prīo. dñī vero āno. ccc xxix. ſub hoc prīcipe xpiani a tyrannis ante opꝑſſi
nō nihil reſpirare īcipiūt. Pacē eīn petētibꝰ libēter dedit. liberalitate ⁊ grā oīm
ſibi beniuolētiā compabat: multas leges rogauit. quaſdā ex equo ⁊ bono ſup-
fluas abſcidit. ſeueras nimiū emēdauit. Vrbē in Bizantij ruinis de nōie ſuo cō
dens: eā rome magnitudine edificioꝝ: parē facere conatꝰ: ſecundā romā vocauit
De qua in ſequēti folio patebit. vt etiā littere ſub equeſtri eiꝰ ſtatua indicabant
Is igiť tantꝰ prīceps oīa circūſpiciēs vbi honeſtatē xpiane religiōis intellexit.
Eā ita cōplexꝰ eſt vt iturꝰ ad bellū: nō alio qꝫ crucis ſigno vtereť: qd ſereno celo
dux in maxentiū tyrānū copias mouet: ⁊ viderat ⁊ adorauerat. Aſtāteſqꝫ ange
los audierat dicētes. Cōſtantine: .qd etiā fecit ⁊ ty
rannos oēs a ceruicibꝰ populi ro. xpīnoꝝqꝫ oīm depulit. Tantū itaqꝫ principeꝫ
ac tam humanū nactus ſilueſter: relicto Soracte monte; quo a tyrannis ſeuien-
tibus relegatus fuerat (vel vt quidā volūt) ſeceſſerat romā veniēs: Conſtātinuꝫ
erga xpianos bene animatū: promptiorē ad optime de eccīa dei ꝓmerendū red-
didit. Naꝫ ⁊ pōtificibꝰ diadema aureū diſtinctū gēmis cōcedebat. Qd quidem
Silueſter aſpernatꝰ tanqꝫ religioſe capiti mīme cōueniēs: phrygia mitra et can-
dida tantūmodo ꝯtentꝰ fuit. A ſilueſtro autē vna cū Criſpo filio baptizať. quāqꝫ
aliqui falſe dicāt eū vſqꝫ ad iordanē diſtuliſſe. Bellum tandē aduerſus parthos
moliēs qui iaꝫ Meſopotamiā fatigabant. vno ⁊ trigeſimo imperij ſui anno: eta
tis vero ſexto ⁊ ſexageſimo apud Nicomediam in villa publica obijt. Denūcia
ta mors eiꝰ etiā ꝑ crinitā ſtellā que inuſitate magnitudinis aliquādiu fulſit. Eā
greci cometam vocant. Atqꝫ inter diuos meruit referri.

CONſtantiꝰ poſt morte Cōſtantini magni pr̄is cū cōſtantino ⁊ cōſtante fra-
tribus imperiū adeptꝰ: eoqꝫ tpe res romana ſub vno Auguſto ⁊ tribꝰ ceſa
ribus. qd nūqꝫ aľs fuit. Is ergo ſucceſſores filios tres reliquit. atqꝫ vnū fr̄is fi-
lium: Alex dalmaticꝰ ceſar ꝓpria indole neqꝫ patruo ab ſimilis: q̄ haud multo
poſt facinore militari opprimiť. Sinēte pociꝰ Cōſtanto patrueli ſuo quā iubēte
Cōſtantinū porro bellū fratri inferentē: ⁊ apud aquilegiā inconſultꝰ ꝑlium
aggreſſuꝫ. Cōſtancij duces interemerūt. ita res publica ad duos redacta eſt.

COnſtans impiuꝫ aggreſſus qd aliquādiu ſtrēnuū ⁊ iuſtuꝫ fuit. Mox cuꝫ ⁊
valitudine inꝓſpa ⁊ amicis prauioribꝰ vtereť: ad grauia vicia ꝯuerſus
Cū intollerabilis ꝓuincialibus: militibus inioccūdus eēt. factiōe Maxencij occi
ſus eſt. Obijt haud longe ab hyſpania in caſtro cui helene nomē fuit. Anno im-
perij ſeptīo decimo: etatiſ trigeſimo. Diuerſa conſtācij fortuna fuit. A perſis eīn
multa et grauia ꝑpeſſus: ſepe captis opidis. obſeſſis vrbibus: ceſis exercitibꝰ
nullū ei cōtra Saporē regē perſaꝝ ꝓſpeꝝ bellum fuit. niſi qd apud Singarum
haud dubiā victoriā ferocia militū amiſit. Poſt conſtantis necē Maxentio
italiā affricaꝫ gallias obtinente: etiā illiricuꝫ nouas res habuit. Vetranione ad
impium cōſenſu militum electo: quē grandeuū iam et cunctis amabilem diutur
nitate et felicitate milicie ad tuēdum Illiricum principē creauerīt. virum ꝓbum
et moꝝ veteꝝ et iocunde ciuilitatis. Sed a conſtātino qui ad vltionē fraterne ne
cis belluꝫ ciuile cōmouerat abrogatū eſt Vetranioni imperiū. Rome quoqꝫ tu-
multus fuit Nepociano conſtātini ſororis filiꝰ ꝑ gladiatorum manus imperiuꝫ
vindicante: qui ſeuis exordijs dignum exitium nactus eſt. Vigeſimo enim atqꝫ
octauo die a Maxentianis ducibus oppreſſus penas dedit. nō multo poſt apd
murſam maxentius ꝓfligatus eſt. Orienti mox ceſar eſt datus gallus: maxenti-
uſqꝫ diuerſis ꝑlijs victus vim vite ſue apud lugdunū attulit imperij anno tercio
meſe ſeptimo. Deinde in ciuilibus geſtis gallus ceſar occiſus eſt vir nā̄ ferox ⁊
ad tyrānidē ꝓnior ſi ſuo iure impare licuiſſet. Siluanus qꝫ ī gallia res nouas
molitus añ diē trigeſimū ⁊ ipſe extinctus eſt. Solus ī impio romano cōſtātius auguſtus fuit. Mox iulia-
nū ceſarē ad gallias miſit patruelē ſuum galli fratrē qui ex conſtantio patris conſtātini fratre natus erat
tradita in mřimoniū ſorore. cū multa oppida barbari expugnaſſent qui breui ⁊ galloꝝ ⁊ gērmanoꝝ motꝰ
virtute ſua compeſcuit. Conſtantius inde particis bellis occupatꝰ in itinere obijt inter ciliciā capadociāqꝫ
anno imperij octauo ⁊ trigeſimo etatis quinto ⁊ quadrageſimo vir egregie trāquillitatis placidus nimiꝰ
⁊ amicis ⁊ familiaribus credens.

Conſtātinopolis imperialis ac famoſiſſima ciuitas: olim bizātiū (vt ſupra ſcriptū eſt) appellata. ꝛ cū admodū parua eſſet: eā poſtmodū conſtātinopolim noīarūt. Conſtātin⁹ eñ īpator cognomine magn⁹: dum ſtatuiſſet imperij ſedē ex vrbe roma in orientē trāſferre: quo facili⁹ parthoꝝ excurſationes cōpeſceret. Tradūt aliqui autores in troadē ꝓfectū: ibi regie vrbis fundamēta ieciſſe: vbi quondam agamenon: ceteriqꝫ grecoꝝ principes aduerſus priamū fixere tentoria. Sed admonitū in ſomnis a xp̄o ſaluatore locū aliū deſignāte: ceptū opus (cui⁹ diu manſere veſtigia) infectū reliquiſſe. atqꝫ in traciā nauigantē bizantiū petiuiſſe. Cūqꝫ ſibi locū diuinitus oſtenſum dixiſſe: mox vrbem ampliaſſe: noua menia erexiſſe: ſublimes excitaſſe turres magnificētiſſimis tū priuatis: tū publicis operib⁹ exornaſſe. Tātūqꝫ illi decoris adieciſſe: vt altera roma nō īmerito dici poſſet. Scriptores vetuſti qui florentē videre: deorum poti⁹ in terris habitaculū ꝙ̄ impatoris putauere. Nomē vrbi nouā romā impator indidit: ſed vicit obſtinatio vulgi: vt a cōditore poti⁹ Conſtātinopolis vocitaret. Quā ei⁹ ſucceſſores impatores paſſim tū publicis edib⁹: tū priuatis ciuiū pallacijs ꝛ quidē ſupbiſſimis exornare curarūt. Et adeo vt exteri eo veniētes vrbis ſplēdorē admirati: nō tam mortaliū ꝙ̄ celeſtiū eā domiciliū dixerint. Erant muri vrbis ꝛ altitudine ꝛ craſſitudine toto orbe celebres. antemuralia vero opportune cōmunita. Triangularē pene vrbis formā fuiſſe tradūt. Duas partes alluit mare. nec muri deſunt: ad ꝓpulſandos nautales impetus idonei qđ reliquū eſt ad terras vergens: poſt alta menia ꝛ antemuralia. ingēti clauditˀ foſſa. Habetqꝫ hec ciuitas vndecim portas: dignitatē ipſi⁹ pre ſe ferētes. quarū noīa hec ſunt: aurea: pagea: ſancti romani: carthaſea regia: caligaria: xilina: bacmagona: phara: theodoſia: ꝛ ſylaca. Extāt in ea preter cetera magnificētiſſima edificia templū Sophie iuſtiniani ceſaris opus: toto orbe memorabile nongētis quondā ſacerdotib⁹ celebratū: mirabili ope: ꝓcioſa materia cōſtructū. Ea deniqꝫ vrbs tanto ſplēdore inſignita fuit vt toti⁹ orientis columen: ꝛ vnicū docte grecie domiciliū habita fuerit. vbi tria magna cōcilia celebrata fuerūt: videlicet ſub theodoſio ſeniore: ſub agathone papa: ꝛ ſub iuſtiniano principe. Eam cū thurci ꝓpter ei⁹ dignitatem diu exoſam habuiſſent. Anno ſalutis nr̄e. 1093. a belzete quodā eoꝝ principe: cū ingenti thurcoꝝ manu obſeſſam: deinde capta fuit. Inde galli cū venetis ꝑ quinqꝫ ꝛ quīquaginta annos poſſidere. poſtea palealogoꝝ clariſſima familia genuēſiū ope a gallis ademit vſqꝫ in annū. 1453. glorioſiſſime poſſedit. quo an

Conſtantinopolis



no Machometes Ottomānus thurcoꝝ imꝑator eā cepit diripuitqꝫ. Sic nobiliſſima vrbs in manꝰ infide/
liū venit. Ab eiꝰ cōditione. Mcxxx. vł circa. Tātoqꝫ tp̄e paulo pluri ſenior roma ſteterat, qn̄ p̄mo a gothis
capta eſt Athalaricꝰ em̄ anno ab vrbe ꝯdita. Mclxiiij. romā irrupit. at hic nec baſilice ſctoꝝ effringerēt edi-
ct. Rabies aūt thurcoꝝ nil ſanctū: nil mūdū: i vrbe regia reliqt. ſacratiſſia eiꝰ tēpla machometee ſpurcicie
dedicarūt. Legimꝰ thebanoꝝ res geſtas: lacedemonioꝝ ꝛ atheniēſiū illuſtria facta: fuit corinthioꝝ nō cōtē
nēda reſpublica. clare olī micene: lariſſa potēs: pluresqꝫ mēorabiles vrbes quoꝝ ſi nūc reqras muros: nec
ruinas īuenias. Nemo ſolū in q̄ iacuerint queat oſtēdere: ſola ex tāta ruina vetuſtatis cōſtatinopolis ſupa
bat: q̄ tm̄ mirabiliū opeꝝ: tm̄ armoꝝ: tm̄ lrāꝝ: tm̄ glorie habuit: vt oīm ciuitatū damna: hec vrbs ſola re-
cōpēſare videret. Et licet poſt diuiſuz imperiū ſiue trāſlatū ad frācos ſepe cōſtātinopolis ī manꝰ hoſtiū ve
nerit: nūqꝫ tm̄ baſilice ſanctoꝝ deſtructe: neqꝫ bibliothece cōbuſte: neqꝫ deſpoliata penitꝰ monaſteria. Itaqꝫ
māſit vſqꝫ ī hūc annū vetuſte ſapiē apud ꝯſtātinopoliz monumētū. Nemo latinoꝝ ſatis videri doctꝰ pote/
rat: niſi ꝑ tempꝰ cōſtātinopoli ſtuduiſſet. Inde nobis plato redditꝰ. inde ariſtotelis: demoſtenis: xenophō
nis: thucididis: baſilij: dionyſij: origenis: ꝛ alioꝝ multa latinis oꝑa (diebꝰ nr̄is) manifeſtata ſunt. Nūc ſub
thurcoꝝ imꝑio ſecꝰ eueniet: ſeuiſſimoꝝ hoīm: bonoꝝ moꝝ atqꝫ litteraꝝ hoſtiū. Nūc ḡ ꝛ homero ꝛ pindaro
menādro ꝛ oībꝰ illuſtrioribꝰ poetis ſecūda mors erit. Nūc grecoꝝ ꝑhoꝝ vltimꝰ patebit interitꝰ. Innume-
rabiles em̄ ex hac celeberrima vrbe in oī ſcīa atqꝫ virtute p̄clariſſimi exiere viri: inter quos cognomēto io
hānes criſoſtomꝰ ipſiꝰ vrbis ep̄s. Atticus ep̄s cuiꝰ de virginitate liber extat. gennadiꝰ: caſſianꝰ ꝛc. Et no-
uiſſime emanuel criſoloras q̄ grecas lr̄as tp̄e cōſtātiēſis ꝯcilij in italiā cū ingenti vtilitate retulit. Preciſus
eſt aūt nunc fluuiꝰ oīm doctrinaꝝ. muſaꝝ deſiccatus fons. Fateor multis locis apud latinos ſtudia lrāꝝ
eſſe illuſtria. vt rome: pariſius: bononie: padue: ſenis: peruſij: colonie: vienne: ſalamātice: oxonie: papie:
liptzk: ertfordie. Sed riuuli ſunt oēs iſti ex grecoꝝ fontibꝰ deriuati. A fonte precide riuū: ꝑſus areſcit.
Nihil aūt ſub luna ꝑpetuū. Quomodo aūt imꝑator thurcoꝝ machometꝰ aīo voluerat vrbē in medio thur
coꝝ eſſe ſitam: que ſuo imperio nō pareret; ſuoqꝫ nomini decus maiꝰ accedere poſſet: ſi eā vrbem expugna
ret: machinas bellicas admouit. ꝛ inſultū magna vi in eā fecit atqꝫ tandē expugnauit: vt hec ciuitas in po
teſtatē venerat infideliū ſpurciſſimoꝝ thurcoꝝ hoc infelici anno ꝛ vtriuſqꝫ ſexus pe rſone cum imperatore
paleocolo neci dediti fuerant. ſub Friderico tercio imꝑatore oīa clareſcent.



Sancta Helena



HElena mater cōſtātini auguſti femina incomparabili fide religione animi ac
magnificentia ſingulari ꝑpuā: quā quidē anglorꝫ regis filiā licet captiuā
Alij vt ambroſiꝰ ſtabulariā ⁊ humilē a pricipio fuiſſe dicūt. hec quippe baptiza
to filio cū vidiſſet ꝓdigia a btō ſiluestro in filiū ⁊ ꝯ iudeos declarata: magnitudi
ne animi mota ⁊ viſis nocturnis: hieroſolymā petijt: vt lignū crucis ꝗquireret.
Difficile id quidā erat: qꝛ ab antiqꝪ ꝑſecutoribꝰ eo loci ſimulachrū veneris col
locatū fuerat: vt xpiani venerē ſaluatoris loco adorarēt. At mulier religione ꝑci
ta vbi locū ipm̄ rudenibꝰ purgaſſet: tres cōfuſo ordine cruces reperit in vna inſcri
ptio illa legabat̄ tribꝰ linguis ihs nazarenꝰ rex iudeorꝫ. Aſſtabat aūt machariꝰ illiꝰ
vrbis tum eps̄ qui vnā ex his manibꝰ cū religione retinēs: verā eſſe dicebat. At
tercia mulieri mortue admota eidē vitā reſtituit. Crux igit̄ dn̄i inuēta eſt quinto
nōs maij. ⁊ ab helena exornata: ⁊ ī magna veneratione habita. Baptizat̄ ⁊ iu
das crucis inuētor quē poſtea mutato noīe Cyriacū vocarūt. Helena deinde edi
ficato eo in loco tēplo vbi crucē repererat. Abiēs clauos quibꝰ xpi corpꝰ cruci af
fixū fuerat ſecū ad filiū portat. horꝫ ille vnū in frenos equi trāſtulit: qbus in ꝑlio vteret̄. Conſtātinꝰ quoqꝫ
motus edicto vetuit: ne deinceps quiſpiā tali ſupplicio vteret̄. Conſtātinus aūt magnus augende xpiane
religionis cupidus baſilicā cōſtātianā quā lateranēſem vocāt edificauit. Et rogatu ſiluestri petro baſilicā
in vaticano: ⁊ pauli in via hoſtienſi extruxit. Edificat̄ ⁊ iuſſu impatoris in atrio ſeſſoriano baſilica ſub ti
tulo ſancte crucis in hieruſalē vbi ſancte crucis ꝑtē aliquā repoſuit inuentā ab helena matre. que demū de
deo deqꝫ hoibus bene merita rome diē obijt. xv. kal. ſeptēbris.

Arrius hereticus



ARrius pſbyter quidā apud alexādriā vir qdē ſpecie ⁊ forma magis qꝫ vir
tute inſignis: ⁊ laudis ac glorie potiꝰ qꝫ veritatis cupidus ſerere diſcordiā
ī fide xpi cepit. Separe em̄ filiū ab eterna ⁊ ineffabili dei pr̄is ſubſtātia conabat̄
his verbis erat aliqn̄ qn̄ nō erat: nō intelligēs filiū patri coeternū eſſe: ⁊ eandē
in trinitate ſubam. cū dictū ſit ego ⁊ pater vnū ſumꝰ: atqꝫ his ſuis fraudibꝰ ꝑua
lere conatus eſt: ac ſic pene totū orbē ſuo infecit errore: interea arriana hereſis in
ualuit. fauēte conſtātio q̄ nr̄os cogebat arriū recipe. Secūdo itaqꝫ cōſtātij anno
apud laodiceā vrbē ſyrie (vel vt alij volūt) apud tyrū cōcilīū indicit̄ eo cōuenere
catholici ⁊ arriani. cū aūt arrius quedā reuellere nō poſſet ad cōuicia verſus ma
gicas artes athanaſio viro ſanctiſſimo obicit: ꝓlato in loculis arſenij brachio.
Que tande diabolici viri deꝰ nō ꝑmiſit inpunē: qꝛ haud multo poſt epoꝝ ⁊ ppl̄i frequētia ſtipatus: dum
leuandi ventris cauſa ad publicū locū declinat: egerere conatus inteſtina omnia in cuniculum latrine de
miſit: mortem certe paſſus vita turpiſſima condignā.

Concilium Nicenum



NIcena ſynodus prima oīm ſynodorꝫ hoc an
no qui eſt ſextus decimꝰ imperij conſtātini an
nus contra huiꝰ ꝑfidi arrij dogma ſūmo pōtifice ⁊
cōſtātino magno auguſto iubētibꝰ. Cū alexander
alexandrine vrbis eps̄ fruſtra reuocare arriū ab er
rore tentaſſet. cōſtātini mādato adhibita etiā impē
ſa munifice quidē apud nicenā vrbem bythinie cō
ciliū generale indicit̄. Cui. ccc. ⁊. xviij. epi interfue
re. Diſputatū eſt eo in loco aliqꝫdiu: ⁊ quidem acri
ter. Nā viri aliq̄ in q̄ſtionibꝰ callidi: arrio tūc qdem
fauebāt: ſimplicitati fidei noſtre aduerſantes. Ex
his quidā doctiſſimꝰ pbr̄ diuino ſpū motꝰ vno mo
mēto fidē nr̄am quā antea impugnabat: vt ſanctā
⁊ integrā ſtatim amplexus ſit. Tādē vero re ipſa ī
cōcilio diligēter diſcuſſa cōcludit̄
ſcribi debere. id eſt eiuſdē cū patre ſube filiū cōfite
ri. Qui vero cū arrio ſentirēt fuere ad decē ⁊ ſeptē
affirmātes extrinſecus creatū eſſe dei filiū ⁊ non ex
ipſa patris diuinitate ꝓgenitū. Cognita aūt tante
cōtrouerſie veritate. Conſtātinꝰ decretū cōcilij affir
mat: ꝓpoſito cōtradicētibꝰ exilio. vnde ſextm̄ cum
arrio exulauere. Reliqui em̄ in ſniam bene iudican
tiū venere. In eodē ſo cōcilio dānatos ferunt ⁊ photinianos a photino epo gallogrecie nomē ducentes
q̄ ebionitarū hereſim imitati affirmabāt xpm̄ a maria pro coitu fuiſſe conceptū. Dānati ⁊ ſabelliani q̄ vnā
tm̄ ꝑſonā patri filio ⁊ ſpūiſancto aſcribunt. In eo qꝫ cōcilio q̄rimoniarū libellos (vt fit) epi ipſi conſtātino
dabant: ſe inuicē accuſantes: expetenteſqꝫ a principe iudiciū: quibus impator optimꝰ rn̄dit: cōbuſtis eorꝫ
libellis. eo dei tm̄modo ⁊ nō hominū iudiciū expectare debere. Preterea in eodē concilio decretū eſt ne qui
ſe impatientia libidinis caſtrarent in clerū amplius reciperent̄. Multa deniqꝫ alia ad honeſtatem ⁊ pacem
eccl̄ie vt in decretis habet̄ in eo concilio conſtituta ſunt.

Paulus heremita



PAulus primꝰ heremita apud inferiorē thebaidā quarto ydus ianuarij cēteſimo decimotercio vite ſue anno ī heremo diē obijt. cuiꝰ aīaʒ (vt diuꝰ ſcribit hieronymꝰ) beatꝰ antoniꝰ ꝯſeſtiʒ inter choros apl'oꝝ ⁊ ꝓphaꝝ euolare vidit. Fuerat hic poſt mortē amboꝝ parentū ī hereditate locupleti relictꝰ annoꝝ circiter ſedecim. lr̄is tā grecis q̄ʒ egyptiacis apprime eruditꝰ. māſueti aīi deū valde amans Et dū ꝑſecutionis ꝓcella decij ⁊ valeriani detonaret: in villā remotiorē receſſit. Tandē repit ſaxoſuʒ mōtē ad cuiꝰ radices erat grādis ſpelūca: q̄ lapide claudebatur: ⁊ intꝰ grāde veſtibulū qd̄ apto deſuꝑ celo patulis diffuſa ramis vetus palma cōtexerat: fontē lucidiſſimū oſtēdēs. Igit̄ adamato q̄ſi qd̄ a deo ſibi offerret̄ habitaculo oēm ibidē in oronibꝰ ⁊ ſolitudine duxit etatē. Cibū ⁊ veſtimētū ei palma ꝑbebat. ad quē diuꝰ antoniꝰ acceſſit. ⁊ inter ſermocinationes cōſpiciūt alitē coruū in ramo arboris. q̄ inde leuiter ſubuolat ⁊ integrū panē añ ora mirantiū depoſuit. Inq̄t paulꝰ dñs prādiū miſit ſexaginta iam anni ſunt quo dimidiū panis accipio fragmentū: nunc duplicauit annonā. deinde poſt antonij abſceſſum. molli ſopore diſſolutꝰ: erecta ceruice extenſiſq̄ʒ manibꝰ in altum corpus exanime. Leones aūt humū pedibus ſcalpere ceperunt capacē locū foderunt. In quo antonius ſanctū corpus depoſuit: ⁊ tumulū ex more cōpoſuit. Et tunicā ſibi vendicauit quā in ſportarū modū de palme folijs contexerat ⁊ ad monaſteriū ſuū reuerſus: diſcipulis cuncta ex ordine replicauit: diebꝰ paſce vel penthecoſten pauli tunica veſtitus eſt.

Antonius abbas



ANtoniꝰ abbas egyptiꝰ vir plane diuinꝰ. ⁊ q̄ʒmaxie ſermone ⁊ oꝑe potēs hiis tpibꝰ claruit hic tanta ſapientia diuinoꝝ ac prudētia moꝝ. nō ꝑ ſtudiuʒ humanū: ſciarū ignarus: ſed diuino munere fuit repletꝰ. Conſtātinꝰ impator lr̄as (rogatꝰ inſtāter) ab eo multa celebritate recepit. Septē q̄ʒ epl'as vt diuꝰ teſtat̄ hieronymꝰ egyptiace ſcripſit ac ad eccl'ias egypti deſtinauit: que tpibꝰ illis legebāt̄ vt epl'e pauli in eccleſijs: quas poſtmodū ob ſniās grauiſſimas quidā in grecam linguā tranſtulerūt. Valuit aūt multū ſuis tpibꝰ admonēdos hoīes eiꝰ ſanctiſſima auctoritas. Cui lr̄is ⁊ nūcijs helena ſe ac filios ſepe cōmendauit. Eius cibus ſolus panis erat: aqua potus: nec vnq̄ʒ niſi ī occaſu ſolis comedebat. hō egyptiꝰ oīno cōtēplatiōi deditꝰ. huiꝰ quidē vitā athanaſiꝰ alexandrine vrbis ep̄s inſigni volumine ꝑſcripſit. Obijt aūt hic vir oī ꝑconio dignꝰ: in thebaida anno dñi. ccclx. etatis ſue anno cēteſimo q̄nto. cuiꝰ cū corpꝰ diu occultuiſſet poſtea imperāte iuſtiniano magno impatore diuina reuelatione reptū fuit. Et ex thebaida alexandriā primo delatuʒ. poſtea ī galliā trāſlatū apd̄ viennā ꝯdigno honore nūc vſq̄ʒ requieſcit. eiꝰ aūt natale. 16. kal̄. februarij celebrat̄.

Hilarius ep̄s



HIlariꝰ illuſtriſſimꝰ pictauienſis ep̄s ⁊ oīm lr̄aꝝ eruditiſſimꝰ ac ſemꝑ xp̄ianꝰ optimꝰ. Cū vidiſſent pictauiēſes q̄ tota v̄tute oēs hereticos expugnabat: eū in ep̄m elegerūt. Is ne dum eā ꝓuinciā ſed ⁊ franciā ab hereticis defendens. apud conſtantiū in his tumultibꝰ accuſatꝰ. q̄ arrianis etiā fauebat. ad exiliuʒ miſſus ad inſulā gallinariā plenā ſerpētibꝰ cuiꝰ aduētu oēs diſperierūt. Inde reuocatus ab impatore redeūti pictauiū obuiū defunctū filiū ſine baptiſmo ſuſcitauit Saturnini arelatēſis ep̄i factione ob catholicā fidē apud phrigiā relegatꝰ libros de nr̄a religione cōpoſuit. Sed deniq̄ʒ poſt multas arrianoꝝ vexationes ad vrbē ſuā reuerſus anno ſalutis nr̄e. 371. migrauit ad dñm. Et hos deſcriptos libros edidit. De trinitate libros. 12: de ſynodo. ad conſtātiū. aduerſus arrianū exemplū blaſphemie auxentij. hymnos ⁊ carmina primꝰ inter catholicos edidit.

Athanaſius ep̄s



DEſiderius vltimus longobardoꝝ rex aiſtulpho rege defuncto poſt eũ regnauit annis.18. hic p̃mo ethrurie rex fuit. q̃ cũ aiſtulphi obitũ audiſſet, ſtatim regnũ inuaſurus longobardoꝝ copias vndiqꝫ ꝯtraxit. Et vt id obtineret ꝯ rachefiũ q̃ monachi habitũ ſumpſerat. multa põtifici ac romanis pollicitus ẽ. Quam obrem eos in ſuã ſententiã traxit. Et ita regnũ in pace cõſecutus eſt. Eo q̃ppe tñc longobardorũ v̓tus ob delitias langueſcere ceperat. At deſiderius oĩm aduerſarioꝝ metu liberatus a ſpõſionibus pontifici ⁊ romanis factis, animũ reuocauit. multaſqꝫ iniurias illis inferre cepit. Vñ põtifex Zacharias ad carolũ magnũ reclamans. rogat vt deſideriũ admoneat ab inferendis iniurijs põtifici cauere. quẽ p legatos admonet vt res iniuſte ablatas pontifici reſtituat. paratur igit̃ vtrinqꝫ exercitus. ſ carolus mira celeritate vſus. p̃miſſa pte copiaꝝ q̃ in tranſitu alpiũ iouis mõtem occuparet. cũ reliquo exercitu p montẽ eniſiũ in ytaliã deſcendit. fuſo qꝫ ac fugato deſiderio obuiã facto. omĩa longe ⁊ late populat̃ ⁊ capit. Deſiderius aũt deſperatis reb᷒. tanto accepto incõmodo papiã ſe recepit. vxore ac liberis veronã miſſis. at ſpoletini reatini ac lõgobardi oẽs q̃ eas regiones incolebant. audita deſiderij calamitate romã veniẽtes. ſe ac ſua oĩa romani pontificis fidei cõmittũt. Hoꝝ ſecuti exemplũ anconitani auximates firmani. At carolus relicto bernardo patruele ſuo in obſidione ticinenſis vrbis cũ parte copiaꝝ veronam ꝓficiſcit̃. aldegiſius v̓o deſiderij filius inde abiẽs ad imperatorẽ cõſtantinopolitanũ ꝯfugit carolus acceptis in deditionẽ omĩbus ferme tranſalpine ytalie vrbibus. romã petit. Ubi rebus cõpoſitis carolus cũ bona hadriani gr̃a in tranſpadanã rediens. ſexto mẽſe poſtea qꝫ obſideri cepta ẽ papiam deditione occupat. Inde paulus ⁊ alcuin᷒ iiſdem pene v̓bis habẽt. illum tunc caſtra reuerſum. papiaqꝫ p deditionẽ potitũ. adduxiſſe in franciã deſideriũ. q̃ ad leodiũ fuerat relegatus. quãqꝫ alij ſcribãt. Qui in deſideriũ clementia vſus. hoĩem ſpoliatũ regno nõ etiã vita ſpoliauit, cum vxore ⁊ liberis exiliatũ mittit. Ubi poſtea longobardis francos ꝑfecit. qui eos in pace retinerent. atqꝫ ita anno ſalutis nr̃e. 774. ⁊ q̃nto põtificatus hadriani pape. longobardoꝝ regnũ finẽ accepit. Inde ea gẽs ducentis iam triginta ⁊ pene duobus annis maiori ytalie portione potita. nihil iam externi ꝑter nomẽ retinebat. Fuit aũt ſb̃ duobus ⁊. xx. regibus ab alboyno vſqꝫ ad deſiderium porrectum.

Paulus diaconus



PAulus longobardus hyſtoricus ⁊ aquilegienſis p̃triarchatus dyaconus. deſiderio regi ſuo ob doctrinã ⁊ ingeniũ admodũ carus. Quẽ cũ carolus magnus in galliã duxiſſet. libertate donauit. in p̃cioqꝫ aliquãdiu habuit. Verũ cũ poſtea comperiſſet hoĩem deſiderij libertatem q̃rere eũ in diomedis inſulam relegauit. Vñ poſt aliquot annos auffugiẽs ⁊ ad arachiũ perueniens rogatu adelperge deſiderij filie ⁊ arachis vxoris Eutropij hiſtorie. duos libros addidit a iuliano principe vſqꝫ ad primi iuſtiniani tempa oĩa ꝑſcribens. Mortuo deinde archi. caſſinenſe cenobiũ ingreſſus reliquũ vite ſanctiſſime vſqꝫ ad mortem ducẽs. Sepe ad carolũ regem litteras elegantes ⁊ humanitatis plenas ſcripſit. ab eodemqꝫ a quo fuerat ob litteraturã h̃natus viciſſim accepit. Rogatuqꝫ caroli vitas ⁊ lectiones cuilibet ſanctoꝝ feſtiuitati ꝯuenientes collegit. hymnos quoqꝫ elegantiſſimos edidit.

Iſuardus monach᷒



ISuardum quoqꝫ monachũ natione gallũ virum in omni doctrina eruditiſſimũ tempeſtate hac floruiſſe conſtat. eo qꝫ euſebij ceſarienſis more caroli magni iuſſu oẽs actus ⁊ ſanctoꝝ legendas breues eleganti ſtilo in vnũ collegit. ⁊ ad vnũ volumẽ redegit. qđ martyrilogiũ appellauit. Reperit quoqꝫ qꝫ ſingulis diebus pluſqꝫ trecenta feſta cõcurrebant. ideo ſtatutum fuit vt diceret̃ ⁊ alioꝝ plurimoꝝ ſanctoꝝ martyrum

Alcuin᷒ p̃ceptor caroli



ALcuinus natione gallus caroli magni vt aliũt p̃ceptor. Vir greca latinaqꝫ lingua egregie doct᷒. nec nõ ⁊ theologoꝝ phoꝝumqꝫ ſui temporis princeps. hĩs temporibus eas ob res apud carolum magnum maximo in precio habitus eſt. Cum eum in dyaletica rhetorica ⁊ aſtronomia eruditum fecit. Qui ⁊ bonifacij archiepiſcopi maguntini precib᷒. orationes miſſales atqꝫ alia eccleſiaſtica officia (gothorum perturbatione deperdita) omnino refecit. atqꝫ eius rogatu carolus gymnaſiũ e roma pariſius tranſtulit. quod etiam ab Athenis eo loci tranſlatum fuiſſe conſtat. qui ⁊ cenobium ſancti martini thuronis donãte carolo regendum ſuſcepit. quoniã omnes religioſi voluptuoſe viuentes in eo monaſterio nocte vna ab angelo infeliciter perierunt. hic cũ eruditus theologus haberet̃ libros de trinitate cũ queſtionibus ſpeculũ puloꝝ. de eccl̃iaſtico dogmate. de rõne aĩe ⁊ pl'es alios libros ad xp̃ianã religõne pertinentes edidit.

Carolus magnus rex



CArolus francoꝝ rex. cui poſtea ex magnitudine rer geſtaꝝ magnꝰ cognomen fuit. pře pipino defuncto regnū accipiēs. regnauit in totū annis. 46. cū pipinus liberā in francos primus ptātem habuit. ⁊ auctoritate pōtificis ⁊ francoꝝ decreto plena domināḋi poteſtate ſuſcepta regnans annis. xv. Et ſucceſſere ſupſtites filij duo. carolus ⁊ carolomānus eque regno inter ſe partito. Sed non multo poſt defuncto carolomāno. franci eam regni ptem, q̄ ille poſſederat carolo fratri detulerūt. ferūt aūt carolum natū in ingelheim q̄rto miliario a magūcia vrbe. de quo gotefridus viterbienſis ſcribit pipinus morit, cum ſurgit carolus acer. natus in ingelheym. cui berta fuit vngara mr. pipinuſq̧ př cronica vera patet. Is aūt extemplo poſt pipini obitū aduerſus aq̄tanos bellū geſſit. Inde cōpoſitis rebus belloq̧ citius oīm opinione cōfecto cū victore exercitu in regnū reuertitur. Poſt hadrianus romane eccle pontifex a deſiderio longobardoꝝ rege oppreſſus. oratores ad carolū miſit vt opem ⁊ auxiliū ferret. q̄ nō ſegnius q̄ʒ ſi hoſtes in gallia eſſent exercitū parat. ⁊ magnis itineribus in ytaliā contendit. Et ſupatis alpibus in thaurinū deſcendit. atq̧ cōtinuatis caſtris in agrū vercellenſem puenit. facta vtrinq̧ poteſtate pugnādi preliū cōmiſere. In ea pugna ſupati longobardi in fugā vertūtur. deſiderius papiaʒ cū paucis militibus petit. carolus regē pſecutus in agrū cianū exercitum ducit. tādeʒ capit deſiderius vna cum vxore ac liberis vt premiſſum ē. Tūc ſummo bn̄ficio caroli ytalia ſe primū erexit. Carolus aūt pfecto longobardoꝝ bello ſaxonicū intermiſſum bellū eum domū reuocabat. qḋ biennio ⁊ a prefectis eius leniter adminiſtratū fuit. Saxonū gens longe maxima fuit ac bellicoſiſſima hi falſos deos colentes cū francis cōtinue bella gerebant. Sepe plꝫies victi cōdictōes acceperāt. obſides dederāt. ſ; apud frācos nullus pleniſſimā victoriā domita eoꝝ pfidia pſecutus fuit. Hec palma carolo magno q̄ſi diuino numine reſuata. Igitur ingentē exercitū parat diem dicit. q̄ die ꝓpe ripā fluminis rheni oēs cōueniāt. magna alacritate ſuſcepta a frācis expeditio fuit. ſic renouatū ſaxonicū bellū quo nec maius vllū nec grauius diuturniuſq̧. Tres eīn ⁊ xxx. annos certatū cōſtat. Tandē penitꝰ ſaxones debellati. ſe ſuaq̧ oīa ptāti caroli pmiſere. Victis impoſite leges vt patrijs cerimonijs. falſiſq̧ dijs poſthabitis xp̄ianā fidē pfiterētur. Cū vō ea tempeſtate barbare gētes hiſpaniā graui ſuitute opp̄ſſam tenerēt. ad eā liberandā carolus mentē cōuertit. q̄ cōfeſtim ſupatis pyrenei iugis in fines hoſtiū puenit. Extemplo ciuitatis nōnulle ſpōte deditōem faciūt auguſta ⁊ pāpilonia due opulentiſſime totius hiſpanie vrbes. q̄ mandata caroli aſpnabant vi capte ac prede militibꝰ date ſic hiſpania pene oīs in frācoꝝ ptātem deuenit. Interim taxilo bauarie dux finitimas gentes ſollicitat cum franco bello aggreſſus. Qui inde nulla temptata fortuna parere conſtituit ac obſides dedit. His rebus geſtis cum in magna gloria magniſq̧ opibus regnū ac tota res francoꝝ eſſet. ſtatuit carolus aduerſus hunos q̄ hoſtibus ſuis auxilia ſtrauerāt bellū ſuſcipe. Conſtatq̧ nullū bellum a carolo geſtū iri q̄ maioꝝ ſit hoīm cedes edita maiorq̧ illata clades ingentē vō hunoꝝ multitudinē ⁊ pene nobiliſſimū queq̧ eo bello abſumptū maximā q̄ʒ vim auri atq̧ argenti a francis in galliā tranſportatā. Cū hic ſtatus rex in gallia eēt romani aduerſus leonē pontificē coniurationē inerūt de q̄ in ſequentibus. ⁊ geſtis caroli poſt coronatiōem auguſtalem fit mentiō.

Rolandus



Taxilo baioarie dux



ROlandus palatinꝰ comes caroli ex ſorore nepos. vir pſtans fortitudine incōpabilis ⁊ vtutis ac magnitudinis. cuꝰ fortia facta p vniuerſum orbē celebrantur. Cū carolus exercitū in galliā reduceret ꝓpe pyrenei iuga in vaſconū inſidias incidit. Et plīo inter eos inito poſt ingentē hoſtium cladem. cecidere in ea pugna dolo hoſtiū nō vtute cōmiſſa anſhelmus ⁊ Egibardꝰ ſummi in bello duces. Rolandus quoq̧ cecidit. Sūt qui dicāt eū ſiti nō vulnere pereriditatū. qui duces belli tutatus fuit. Paulo autem poſt q̄ populi ac eoꝝ reges a carolo domiti. meritas perfidie ſue debitaſq̧ penas dedere.

TAxilo bauarie dux vxoris. vt tradūt ſtimulis cōcitatus. copias cogit. his temporibus finitimas gētes ſollicitat. hūnos. qui ea parte qua bauaria in orientē ſpectat ſibi pfines erant ſocietate ⁊ federe iūgit. Erat ei ꝟux deſiderij regis longobardoꝝ filia. q̄ fortunaʒ pr̄is iniquo animo ferens. nec nocte nec interdiu virū cōquieſcere pati. monere vt meminiſſe vellet ſoceꝝ ſuū morte miſeriorē vitam ducere. Nemine eſſe preter eū. qui poſſet ei libertatem vendicare. His mulieribus inſtructus furijs exercitū parabat carolus celeriter profectus in fines bauarie venit. Taxilo pterritus tandeʒ parere conſtituit ⁊ deditionem fecit. obſides dedit. In hijs theonē filiū ſuū aliofq̧ per multos lectiſſimos iuuenes.

Aldegiſius



ALdegiſius deſiderij filius. q̄ ante expugnationē papie e citrapadanis in greciam confugerat hijs tpibus grecoꝝ multoꝝ auxilio fretus. cuʒ magna manu ad repetendū paternū regnum in ytaliā venit. qui multū pflictus a francis auſpicio prefectoꝝ ſuperatus ⁊ captus. ac multis ſupplicijs affectus. tandem vitam miſeram in tormentis finiuit.

Linea summorum pōtificū

Leo tercius



Stephanus quartus



Pascalis



Anno mundi. 6003. Anno xpi. 804.

Leo eius noīs tercius papa. arrupio p̄re. pōtifex creatur. Uir q̄dē doctissimus. q̄ ab ineūte etate. ita erat educatus et eruditus disciplina ecclesiastica. vt dignus esset q̄ ceteris anteferret. erat p̄terea castus. integer. pudicus. facūdus doctorum virorum ita amator. vt eos vndequaq3 ad se p̄mijs alliceret. Eorūq3 consuetudine mirūmmodū delectaret. p̄dicationibus q3 admonitionibus quibus plurimū ob eloq̄ntiā et doctrinā valebat. egrotos visere. elemosinas indigētibus p̄bere ei peculiare fuit. Hō certe mitis ingenij. creatur itaq3 pontifex vno oīm p̄sensu. q̄ postea dū supplicatōes a btō gregorio institutas rome agit cuz pp̄lo et clero pascalis primicerius et cōpulus p̄sbyteri q̄z vite sordes a superioribus vrbis aliq̄n infestatus fuit. armatis stipati illū interceperūt. quorum fraudibus apud edē btī siluestri captus. ac pontificali amictu p̄uatus. Et carnifices debilē viribus pontificē p̄sternētes lingua captus ps illū excecatura. pluribus etiā digitis et incuruis vnguibus q̄s oculorum fere possent cōcaua effodiebant. Et multo madēs cruore leo apud scti erasmi monasteriū in custodia ē habitus. Quo in loco loq̄lam illi et visum affirmat bibliothecarius diuino munere restitutū. affuit tūc afflicti senis rebus auxilio vnius albini cubicularij fides. q̄ nocte cōcubia custodes fallens ad btī petri basilicā p̄duxit. et vinigisiū ducem spoletanū p̄sidio accersiuit. S paucos ibi moratus dies leo ad carolū p̄perauit Transgressum alpes pius rex in saxonia pōtificē summa acceptū reuerētia vt redire t in p̄riam exhortatus. Redeunti romā leoni clerus pp̄lusq3 romanus ad miliariū vsq3 pontē p̄cessit obuius. Inde venienti romā carolo q̄ ordinū dispositio occurrerit saxonū frācorum longobardorum q̄s enumerare posset. Exceptū in p̄ncipis aplorum basilice atrio carolū. leo cū ad eius penetralia deduxisset in vrbē dimisit. Et nō multo post carolus clerum et pp̄lum in btī petri basilica p̄uocauit pōtifex ambone p̄scenso euāgelia xp̄i cernuus tenuit et iureiurādo affirmauit se oīm rerum q̄ sibi obijciebāt insontē esse. Erat is dies ydūū decebris anni salutis octingentesimi. Et in die natalis dn̄i inter missarum solennia ad ipas. b. petri basilicas celebrata. leo pōtifex pp̄li romāi scito p̄cibusq3. carolū imperatorē romanorum declaratus. dyademate vetusto imperatorum capitis gestamine coronauit. Tunc pp̄lus romanus q̄ aderat freq̄ntissimus ter acclamauit. Carolo augusto a deo coronato magno et pacifico imperatori vita et victoria. sacro mungensq3 p̄fecto balsami oleiq3 liq̄mine ad pipinū se p̄uertit. eūq3 ytalie regē declaratuz pariter inunxit. Tandē leo a fundamētis edificato apud sctm̄ petrum amplissimo hospitali quod greci xenodochion vocāt. moritur primo ac vigesimo pontificatus sui ānno. Quo etiā cometes apparuit. vt nōnulli putāt tante calamitatis indiciū. Sepelitur aūt in basilica petri pridie ydus Junij. Eius in morte tum sedes vacat diebus decem.

Cometes



Anno mundi. 6013. Anno xpi. 814.

Stephanus quartus. p̄ria romanus. p̄re iulio. q̄ pontificatu suscepto mēse tercio ad ludouicū imperatorē in gallias p̄ficiscitur. q̄ in aurelianis erat. et honoratissimū ei quoq3 obuiā misit. maxime theodolphū aurelianorum ep̄m cū clero. ip̄e ad primū lapidē p̄diens cū maxima veneratione in vrbem introducit. erat stephanus ex nobili genere ortus tante doctrine et integritatis. vt facile apud oēs scītatis nomē nancisceret. et vt ferunt ludouicū inunxit atq3 coronauit. et cū sepe de cōponēdis ytalie rebus collocutus fuisset romā rediit secū crucē magni pōderis magneq3 estimationis detulit. quā ludouicus sua ipensa beato petro dicauerat. at sanctissimus pontifex ad vrbē rediens septimo pontificatus sui mense vita functus. in basilica petri sepelitur. Sedes autem eius morte dies vndecim tum vacat.

Pascalis eius noīs primus papa. p̄ria romanus. p̄re bonoso. nulla interposita ip̄atoris auctoritate pōtifex creatur. hāc obrem vbi pontificatuz iniit. statim legatos ad ludouicū misit. q̄ eius reculpam omnes in clerum et pp̄lm reijcerent. q̄ ab hijs vi coactus esset pōtificiū munus obire. accepta hac satisfactione ludouicus r̄ndit pp̄lo et clero maiorum instituta et pacta s̄uāda. cauerēt ne deinceps maiestatē lederet. hūc autem stephanus pontifex dū viueret ob eius virtutes et doctrinā monasterio btī stephani martyris in vaticano prefecerat. Inito igit pontificatu corpa sanctorum mīnus religiose iacentia in vrbem cuz maxima veneratione introducta honestiore loco recōdidit. praxedis templū a fundamētis extruxit. et btē cecilie. eoq3 loci et ip̄ius virginis et eius sponsi valeriani tyburcij maximi martyrum. vrbani. lucij pontificum corpa collocauit. Multasq3 basilicas vetustate quassatas restituit. Tandem nullo religionis pietatis humanitatis exemplo pretermisso. pontificatus sui anno septimo. mense tercio. die decimoseptimo moritur. sepeliturq3 in basilica petri. Vacat tum sedes dies quatuor.

Carolus cognomento magnus. ꝓ ſuis eximijs meritis. ac ſingulari fide ob oīm xp̄ianoꝝ libertatē. Cuꝫ paterni regni fines in gallia rheno ligeri occeanoqꝫ in germania danubio ⁊ ſalo fluuio. Et hijs aq̄taniā vaſconiā hyſpaniā pene totam. Et eā ytalie ꝑtem in qua longobardoꝝ regio fuerit. bellica virtute ademptā adiunxit. adieciſſetqꝫ ſaxoniam. q̄ ē non modica germanie ps. tū vtrāqꝫ pannoniā. ⁊ vltra danubiū daciā hiſtriā ⁊ totū liburnoꝝ regnū. Oēs deniqꝫ barbaras gentes q̄ germaniā inter rhenū occeanū ac danubiū incolunt. ꝑtim armis ſubactas. ꝑtim beneficiis allectas in ſuā ꝑtātem redegit. his tantibus opibus. tanqꝫ rebus egregie geſtis eam ſibi famā nō ſolū in gallia ſ; etiaꝫ ꝑ vniuerſum orbē ꝯpauerat. Anno ſalutis octingenteſimoprimo. pōtificatus leonis pape anno. v. ſummi impij dignitatē (Poſteaqꝫ cōſtantinꝰ magnus relicta roma ad orientē deſedit ⁊ ſublatū impiū trecentis ⁊ triginta annis poſt auguſtulū in occidente ceſſauit) egregia ſua v̄tute occidenti reſtituit. ⁊ auguſtꝰ appellatus. impatorꝫ nomē dignitatemqꝫ ſuſcepit. Et nō ſolū vt p̄miſſum ē aſſenciente ſ; etiā applaudente pp̄lo romano. atqꝫ ita impauit annis. 14. factus itaqꝫ romanoꝝ impator. poſt ampliſſimā dignitatē ſuſceptā. cum i galliā reditūꝰ iter ꝑ hetruriā faceret. in memoriā dignitatis adepte florentiā vrbeꝫ. quā olim magna ex ꝑte deleuerāt gothi. in priſtinū ſtatū cuꝫ ſumma celebritate reſtituit. Omnēqꝫ nobilitatē ꝑ oppida vicina diſpſam in ciuitatē reduxit. nouis menibus cinxit. templis ornauit. Cū reuertiſſet in galliā exceptus eſt eius aduētus ab oībus pp̄lis incredibili honore atqꝫ amore. cū bella ſeptem ⁊ quadraginta annis (tot eīn regnauit) incredibili felicitate tū magnitudine quadaꝫ animi. tum etiam ingenij atqꝫ conſilij confeciſſe tradūt. Quibus regnū ſatis amplum a patre acceptum longe maius poſteris ſuis reliquit. Fuit autem carolus ꝓcera ſtatura. lato pectore. latis humeris. magnis vegetiſqꝫ oculis naſo paulo eminētiore. forma deniqꝫ ⁊ pulcritudine oris adeo eximia. vt decorem ſimul pre ſe ferre videretur. cum regia quadam maieſtate cōiūctum. habeb atqꝫ in voce ſplendorem. Et in inceſſu totoqꝫ corporis motu ſummā dignitatē. promiſſam gerebat barbam. valitudine fuit proſpera. venatōibus gallorum more frequenter ſtudebat. ratus ad ſanitatem corporis conferre. Tradunt preterea eum balneis ⁊ aquis natura calidis plurimū delectatum. Inde aquiſgrani vbi ſedes regni eiuſqꝫ regia erat maximis ſumptibus templum condidit. ⁊ beate marie dedicauit. in qd̄ ſudariū ⁊ beatiſſime v̄ginis marie camiſiam tranſmiſit. Hec ad eius regias v̄tutes addidit eloquentia copiāqꝫ dicendi ⁊ bonaꝝ artium diſciplinā. Habuit autem ex pluribus vxoribus pulcerrimā ſobolem. ſed ex hildegarde carolum pipinum ludouicum ⁊ filias plures. filios quoqꝫ doctiſſimis hominibꝰ erudiendos tradidit. ⁊ filias. ne ocio torpeſcerent lanificio aſſueſcere fecit. Carolus autem iam ſenio grauis cum intellexiſſet pipinū quem regem ytalie prefecerat mediolani mortuū eſſe. ludouicum filium minorem natu. aquitanie regem. ⁊ imperij ſucceſſorem. Bernardum v̄o nepotem ytalie regē declarat. Eiqꝫ mādat vt ludouico rebus in omnibus obtemperet. fines imperij hos eſſe voluit in galliam rhenū ac ligerim in germania danubium ⁊ ſauū fluuios. Hijs autem ꝓuincijs aquitaniam guaſconiā. magnam partem hiſpanie. ciſalpinam galliam. ſaxoniam. vtrāqꝫ pānoniam. yſtriam liburnos addidit. Stabiliuit autem ſuis poſteris non ſolum francorum regnum. ſed etiam impatorum nomen. cum venatuꝫ a regia aquiſgrani eēt profectus: domū redijt cum febre. cum lateris etiam acceſſiſſet dolor. morbis ſimul ⁊ ſenectute confectꝰ. vita exceſſit. etatis ſue ſeptuageſimoſecūdo. ⁊ xp̄iane ſalutē. xv. ſupra octingenteſimū annū quinto kalen. februarij. Eius corpus in baſilica aquiſgrani ſolenni funere ſepultum tali epigrāmate Caroli magni xp̄ianiſſimi impatoris romanoꝝ corpus ſub hoc ſepulcro conditum iacet. Tribus annis anteqꝫ e vita migraret teſtamentum condidit. Duas partes epiſcopis metropolitanis dari iuſſit. in reficiendis eccleſijs. ⁊ ꝓ pauperibus iuuandis. Terciā vniuſcuiuſqꝫ ratione habita filijs filiabus nepotibuſqꝫ tum ſeruis ⁊ ancillis reliquit. Erant inter ceteros theſauros tres argentee menſe. ⁊ vna aurea ꝑcipue magnitudinis. quarum vnam q̄ conſtantinopolitane vrbis ſimilitudinem referebat baſilice beati petri. Aliam in qua forma vrbis rome cernebatꝰ eccleſie rauennati dono dedit. Terciā que totius orbis deſcriptōnem continebat. Et auream filijs ſuis reliquit. Fuit itaqꝫ carolus ſi eius res geſtas. tum domi. tum foris inſpicimus. tāte amplitudinis ⁊ integritatis imperator. vt poſtea nemīnē ſuperiorem, ne dum parem habuerit.

## Linea imperatorum

Carolus magnus



Iudeus quidam his temporibus. apud ſyriam exiſtens. quadam die in vilipēdium xp̄ianoꝝ xp̄o imaginem lancea ſuffodit. Et illico ſanguis vbertim effluxit. quo prodigio tremore correptus, ne ſanguis deperiret vas vulneri appoſuit a quo plurimi ſanitati reſtituti iudei ad fidem xp̄i plures ſunt cōuerſi. Sanguis autem diuino conſilio poſtea montuā allatum. ibidem vſqꝫ in preſens ꝓpter crebra eius miracula magno in precio ⁊ gloria habitus eſt. Carolus imperator hijs auditis ad Leonem ſcripſit. vt de his eum certum redderet. Leo v̄o cū ſeditionibus ſemꝑ vexaret. ab vrbe diſcedens. montuā proficiſcitur ad viſenduꝫ xp̄i ſanguinem. Is a montuanis perbenigne ſuſceptus approbato xp̄i ſanguine ob frequentia miracula. qd̄ ⁊ alij pontifices poſtea efficere. ad carolum proficiſcitur, vt hominē veritatis cognoſcende cupidū eius rei certiorem faceret, ⁊ de rebus ytalicis vt premiſſum eſt.

Anno mūdi.6023. Anno xp̄i.824.

EUgenius eius nominis ſecūdus papa. pr̄ia romanus. pr̄e boemūdo. paſcali ſuffectus. Eius tp̄e octauū ſciſma fuiſſe ferūt. Inter hūc eugeniū ⁊ q̄ndam noīe zinzinū ꝓpter patrū diſcordias at eugeniꝰ dignitate corpis. ⁊ pſtātia animi inſignis. ob hūanitatē ⁊ eloq̄ntiā. oīm ꝯſenſu tandē obtinuit. q̄ inito pōtificatu. ſpret̄ rebꝰ oībꝰ humanis. vl' potiꝰ fortune bonis. ad munificentiā ⁊ liberalitatem vſus. Adeo rem frumentariaꝫ curauit. vt nullibi vilius. q̄ꝫ rome annona vēderet. ac pauperꝝ pupilloꝝ viduaꝝ cauſas ⁊ vitā ita tutatus eſt. vt ab oībus merito pr̄ pauperꝝ diceret. Tandē cū optimus hic pontifex his artibus i pontificatu annis q̄tuor vixiſſet morit' collacrimātibus oībus. Et ſuāvicē potiꝰ q̄ꝫ mortē ſanctiſſimi viri dolentibus. cū mors ei ad felicitatē via optatiſſima eēt. Quidā ſcribūt eū ab emulis oculis excecatū. ac martyrio coronatū. Eius corpꝰ in baſilica petri apl'oꝝ principis cum omni deuotione ſepelitur.

VAlentinus papa. pr̄ia romanꝰ. pr̄e leontio. q̄ apud paſcalē ⁊ eugenium viros ſanctiſſimos. ⁊ doctrinā ⁊ rōnem bene ac ſancte viuendi a teneris ānis vſq̄ꝫ ad maturā etatē didicerit. Non ludis nō iocis aut voluptatibus intentus. vt pleriq̄ꝫ oēs adoleſcētes faciūt. ſ; doctrinā ⁊ bn̄ viuendi normam ex lectione veterꝝ ⁊ exemplo ſanctoꝝ pontificū ſumens. Cūq̄ꝫ tante v̄tutis ⁊ ſanctitatis eēt. vt non dū p̄ſbiter. ſ; diaconus ſummū pontificatus gradū meruerit. Poſtremo aūt pietate. clementia liberalitate. tum in vita priuata. tū in pōtificatu nulli maioꝝ ſecūdus eſt habitus. has ob res oīm conſenſu pontifex creatus. merit̄ hominū q̄ tum erant id fortaſſe exigentibus quadrageſimo pōtificatus ſui die moritur. ac in baſilica petri ſepelitur. cōgrentibus oībus cū hoīez ſibi morte ſblatū eſſe. quo ſtante labefactari romana libertas ⁊ xp̄iana religio vix poterat.

Anno mundi.6033. Anno xp̄i.834.

GRegorius quartus papa. pr̄ia romanus. pr̄e ioanne tituli ſancti marci p̄ſbyter. Uir nobilitate inſignitus. ſanctitate clarus doctrina ⁊ eloquētia p̄cipuus. qui tante modeſtie fuit. vt electus a clero ppl'oq̄ꝫ romano nō prius pōtificiū munus obire voluit. q̄ꝫ a legatis Ludouici impatoris ob eam cām romam miſſis. q̄ diligenter tantā electōem diſcuſſerāt ꝯfirmatus ē. fecerat id ludouicus nō ſupbia motus. ſ; ne iura imperij amitteret. quippe q̄ natura clemēs ⁊ humaniſſimꝰ ſit habitus. quiq̄ꝫ iura eccl'ie ⁊ dignitatē ſemp tutatus ē. Qui pontificatu ſuſcepto. mox corpus. b. gregorij tranſtulit. atq̄ꝫ eo loci collocauit. vbi nūc iacet magnis adhibitis ornamentis. ferūt ab eodē corpa ſebaſtiani ⁊ tyburcij a cimiterijs in quibus ante iacebant ad baſilicā petri trāſlata fuiſſe. Inſup ⁊ rogatu ludouici impatoris oīm ſanctoꝝ celebritatē kal'. nouēbris inſtituit obſuādaꝫ quā q̄dem cōmemoratiōnē galli ⁊ germani p̄mo obſuare ceperūt. eāq̄ꝫ rem magnope a rabano monacho theologo inſigni carminibus ⁊ p̄ſa laudatā fuiſſe ſcribunt. Poſt multa aūt bona opa morit' gregorius pontificatus ſui anno. xvi. ſepeliturq̄ꝫ in baſilica petri. ſedes eius in morte diebus. xv. vacat.

Linea ſummoꝝ pontificum

Eugenius ſecundus



Ualentinus



Gregorius quartus



Pipinus rex



PIpinꝰ caroli filiꝰ natu maior cū pr̄e a papa ytalie rex declaratus. regnauit annis. 13. Uir q̄dem clariſſimus nec pr̄i vlla in v̄tute diſſimilis. quez pater in vngaros miſit. quos cito grauibus p̄lijs ſupatos ad deditionē cōpulit. Eoq̄ꝫ bello cōfecto. ipm in beneuētanos miſit qui grimoaldo duce finitimos pontificis agros turpiter vexabāt. eoſq̄ꝫ pdomuit. vt egre ſe menibus tuerētur inde theate obſedit captaq̄ꝫ vi ciuitas prede ſimul ⁊ incēdio ē ſubiecta. Ortana exinde ⁊ paulo poſt luceria in deditōem acceptis. hūc etiā pr̄ in venetos ſibi falſo accuſatos miſit ⁊ eraclīū atq̄ꝫ eqliū inuaſit ꝓpter qd̄ multe familie nobiliū venetias migrarūt. q̄bus geſtis etiā multis alijs p̄lijs egregie cōfectis mediolanum veniēs. ibidem vitam cum multa gloria in pace finiuit.

Bernardus rex



BErnardus caroli magni nepos poſt pipinū a carolo magno ytalie rex declaratur. Et regnauit ānis. 9. huic carolus p̄cepit. vt i oībꝰ ludouico filio eiꝰ ⁊ ſucceſſori obtparet. Uez carolo mortuo mādat̄ obſeq̄ noluit. q̄buſdā ytalicis ep̄is ⁊ ſeditioſis ciuibꝰ inſtigātibꝰ ab ipſo oīno defecit. Et citates ac pplos i ſua v̄ba iurare coegit. Et cū reſciſſet ipator. eā in ꝯuētu ꝓpoſita. nepotē leſe maieſtat̄ crimīe dānatū. hoſtē iudicauit. Exīn ꝯ copijs coact̄ galliaꝝ germanie ⁊ baioariorū ꝓuīcie i ytaliā duxit. Rebꝰ āt ytalie breui pacatis ipator nobiles ytalicos p̄ditionis ꝯuictos iugulari iuſſit. Bernardū aūt ⁊ ſi illico ad impator̄ aduētuꝫ armis depoſit̄ ad miſericordiam ꝯfugerat. Et ſimul ep̄os i franciā pduxit. Et ꝯuicti iterū ſup iudicio aqſgranū habito gladio truncatus. Ep̄i vo ſinodali decreto depoſiti in monaſterio relegati ſunt.

Linea īperatoꝝ

Ludouicus primus



LUdouicus eius nominis primus cognomēto pius. poſt carolū magnū imꝑator. patre carolo defuncto āno ſalutis. 815. imperiū ſuſcipiens. imperauit cū lothario filio annis. 25. Agebat in aquitanis hiberna ludouicus quādo illi carolū pr̄em obiiſſe renūciatum eſt. qui aquiſgranū repetens delat⁹ legationes q̄ ad genitorē venerant primo audiuit. deinde ꝓuincialiū celebrato cōuentu. ea que romanoꝝ imperio ⁊ francoꝝ regno adminiſtrandis viſa ſunt neceſſaria ordinauit. Legationū aūt primaria fuit leonis cōſtantinopolitani imꝑatoris. qui michaeli ꝑ id tēpus ſuffectus erat. vbi innouata fuerūt federa. primā exinde expeditionē bernardo rege comitante. aggreſſus eſt in danos. Obſtitit vō hiemis cum id pelagus glacie cōcretum erat. qđ cum imperator rexq̄ intellexiſſent. medio ferme herētes itinere ad padebrūnaꝫ ſaxonie ciuitatem exercitū in hibernis cōtinuerunt. Eaq̄ iam hyeme media quū eſſet allatum ex ytalia romanoꝝ primores in leonis pape mortem cōiuraſſe. imperator regē in ytaliā ire iuſſit curaturꝫ. ne quid detrimēti regnū ytalie pateref. Ingreſſus romā bernardus rex illico in grauē ꝑiculoſumq̄ morbum incidit. res romanas ꝑ gerardū comitē compoſuit. Inde ſtephanus quartus papa. qui tercio ꝑ creatus erat menſe in franciā accedēs ludouicū imꝑatorem apud aurelianas inunxit ⁊ imperiali diademate inſigniuit. Qui imꝑio ſuſcepto cōtra guaſcones grauiſſima bella cōmiſit. tandem eos in ſuā poteſtatē redegit. Deinde britones ſeu anglos res nouas molientes armis in officio cōtinuit. at poſtea ſarracenis Ceſaraugustam incolentibus pacem conceſſit. Maius tū tuendis danoꝝ regibus negociū imꝑatori fuit. q̄ ſaxonū obſidebant limitē. Et tamen paulo poſt occaſione oblata freti cum ſolamo ⁊ gotfredi filijs cōflixerūt. illiſq̄ prelio fuſis heroldum in paternum dacie regnū reduxerūt. Tam multis rebus varijs in locis bene geſtis ludouicus imperator conuentum in aquiſgrano celebrauit. in quo eccleſiaſticis rebus cōpoſitis. Lotharium primogenitum imperij conſortem declarauit. pipinūq̄ tūc ſecūdus filius aquitanie. Et ludouicus tercius bauarie reges appellati ſunt. Que dum fierent bernardus ytalie rex fatui adoleſcēs ingenij quorūdam magnatum ytalie inſtigatione inter quos fuere mediolanēſis cremonenſis ⁊ aurelianēſis epiſcopi imꝑatori vt premiſſum eſt rebellauit. capitali ſententia punitur. Cum britānia ad alios motus ſe ꝑpararet ⁊ in andegauis nūciabatur. ad hos ſedandos contulit ſe imꝑator. Eo cum veniſſet oīa reperit quieta. Sed aliud accepit incōmodū. q̄ ermelgardā vxorem ex qua tres filios reges tūc ſuperſtites ſuſceperat. longo confectam morbo amiſit. Lothariū poſtea filiū in demortui bernardi locum ytalie regem dedit. quē romani a paſcali pontifice populoq̄ romano vocatum pontifex ipſe in baſilica beati petri inunctū coronatūq̄ regem ytalie primo. ⁊ poſtea auguſtum appellauit. Ludouicus deinde mitiſſimi imꝑator ingenij ſemper multum fidei apoſtolice detulit. Fuitq̄ adeo vt quatuor romani pontifices quos viginti ſeptē annoꝝ illius imperij tempora habuerūt. adiumento nūq̄ caruerint. quo in romanoꝝ ꝑſecutionibus ſepe numero indiguerūt. Ludouicus quoq̄ bulgaros poſt petitam impetratamq̄ pacem pannonioꝝ limites ingredi auſos. ſola mittendi in eos exercitus oſtentatione a motibus abſtinere fecit. Lotharius vō ytalia pacata in galliam rediens. cum ludouicus pater carolum (cui caluo poſtea cognomē fuit) natu minimum fratribus ceteris oībus preferret. Inuidia ſtimulatus ludouicū in cuſtodia recluſit. Uerū eodem anno inter eos conuentione facta liberatus. imperio reſtituitur. Tandē michael ipſe imꝑator grecus primo ⁊ breui poſt gregori⁹ pōtifex. ⁊ ludouic⁹ iꝑator eodē ferme mēſe. diē obierūt. ipſe i btī arnolphi baſilica ſepelit.

MAuri hijs tꝑib⁹ in ſiciliā claſſe delati extēſione facta late incēdia cōmiſerūt. delata i ſiciliā claſſis veneta eaten⁹ ꝓfuit infideles q̄ ꝑmū vela alonge ꝯſpexerīt i affricā redierīt. ꝑ id tꝑis venetoꝝ dux iuſtinian⁹ fuit. āno ei⁹ ſecūdo ducat⁹. b. marci euāgeliſte corp⁹ a qb⁹ mercatorib⁹ ex alexādria venetias delatū ē tali ordine id factū recēſent. ſacerdotes ꝑmiſſionib⁹ mercatoꝝ ducti capſa q̄ ſctm̄ hūabat corp⁹ apta. illō ſponte īpoſuerīt q̄ mercatoꝝ hui cōmeatū ad naues ꝑferre ꝯſueuerāt. Tūc pōti ad id aſtutiores veſtitu ſordidiſſimi colones ſportā olerib⁹ porcinīſq̄ carnib⁹ ſuꝑiectī plenā medio foro iocabūdi ꝑgebāt. obuiauerūt a ſarracenis portorij exactores. porcinīſq̄ carnibus qb⁹ machometici ſuꝑſtitōe veſci ꝓhibēt. ideoq̄ viſu quoq̄ abhorrēt. inter olera reptis canūt qđ porcus eoꝝ ligua ē ſportā ad nauim ferri ꝑmiſerīt. inde ꝑ oliueſem portū corp⁹ i vrbē puexerīt. q̄ āno ⁊ ſeqnti eccīa q̄ nūc extat ſctī marci venetijs edificari cepta ē. Et tūc ſenatus venetus marci ymaginē tanq̄ vrbis patroni in vexillis deferri ſtatuit.

Rabanus monachus



RAbanus monachus natione german⁹ abbas fuldenſ poſtea magūtin⁹ archieps theolog⁹ q̄dem ꝑclariſſim⁹ ac īſignis poeta. ꝑ h̄ tp̄s. in ꝓſa ⁊ carmine ꝑmū valuit q̄ ex īgenij ſui magnitudīe mltos edidit libros ꝑcipue op⁹ mirādū d̄ laudib⁹ ſctē cruc̄ ꝯmētat⁹ ē idē librū paralipomenō ⁊ Machabeoꝝ hūt ec̄ ſmōes ſatis elegantes ad ꝑplm̄ potiſſimū in celebritate oīm ſanctoꝝ. Seditq̄ annis. x. anno ſalutis. 846.

STrab⁹ itē mōch⁹ gall⁹ eminētiſſim⁹ gall⁹ ⁊ ꝯmētator diligētiſſim⁹. rabani p̄dcī auditor. ꝑ h̄ q̄ꝫ tp̄a ipſo preceptore ſuo inferior non fuit. qui in libros biblie ꝑpulcre cōmentatus eſt. Scripſitq̄ de officijs eccleſie ad ludouicū imꝑatorem ⁊ multa alia.

Strabus monachus



Anno mūdi.6043. Anno xp̄i.844.

## Linea ſummoꝝ pontificum

Sergius ſecūdus



Leo quartus



Joannes ſeptimus



SErgius eius nominis ſecūdus papa.pr̄ia romanus. pr̄e Sergio e regione quarta.poſt Gregoriū pontificatū inijt.Hic cū prius os porci vocaretur ob turpitudinē nominis.mutare vocabulū coactus ē. ꝛ cognomenti ſergij nomen aſſumpſit.Eamq̄ȝ ꝯſuetudinē mutandoꝝ nominū a poſteris aſſumptā videmus.vt q̄ pontifices crearētur.ſuo omiſſo maioꝝ noīa ſibi inderent. Licȝ ab omībus nō ſit obſeruatū. Conſtat aūt ſergiū ex illuſtri familia ortum. neq̄ q̄ȝ a maioribus ſuis degeneraſſe.adiuuantibus eius p̄claꝝ ingeniū Leone tercio.Stephano q̄rto.Eugenio ſecūdo.ꝛ Gregorio q̄rto.ſub quoꝝ moribus ꝛ doctrina ita vixit. vt ſolus mortuo Gregorio dignus haberet. q̄ pontificiū munus obtiret.Hic itaq̄ȝ pontificatu ſuſcepto ad ornanda templa conuerſus baſilicā ſanctoꝝ ſiluestri ꝛ martini vetuſtate collapſam reſtituit. In eaſq̄ȝ multa ſanctoꝝ corpa collocauit. Struxit ꝛ a fundamētis ad ipſius baſilice latus in honore petri ꝛ pauli monaſteriū vbi cōtinuo res diuina agebat. Romani quoq̄ȝ tyrannice immanitatis metu eius p̄cibus liberati ſanctiſſimū pontificē verū xp̄i vicariū ꝛ vnicū pr̄ie parentē predicabāt. Demū re eccleſiaſtica bene ac integre gubernata.tercio pontificatus ſui anno moritur. ſepeliturq̄ȝ in baſilica Petri. vacat tum ei⁹ in morte romana ſedes menſibus duobus diebus.xv.

LEo q̄rtus papa.pr̄ia roman⁹.pr̄e rodulpho anno incarnationis octingētesimo quadrageſimo pontifex oīm cōſenſu decernit ac merito q̄dez: vir eīn fuit in omī vita priuata etiā religione.innocentia.pietate.humanitate.gratia.liberalitate. doctrina eccleſiaſtica p̄cipue īſignis. Eius geſta p̄clara ſi cūcta conſcriberent voluminis modū excedere viderentur. Sunt q̄ arbitrant huius ſanctiſſimi viri orōibus deū per motū ſarracenoꝝ rabiē naufragio duꝫ onuſti preda domū redeūt cōpeſcuiſſe. Liberatus aūt ſarracenoꝝ metu ſedilia ī veſtibulo atrij lateranenſis poſita ex marmore cōſtruxit.Hūc quoq̄ȝ tante ſanctitatis fuiſſe conſtat. vt baſiliſcū ſerpentē(quē latine regulū appellant) ſuis orōnibus e fornice ſancte lucie v̄ginis ī orphea expulerit.Eius alitu ꝛ veneno multi mortaliū perierant. Et incendiuꝫ illud ſigno crucis extinxit qd̄ diu p̄ domos ſaxonū ꝛ longobardoꝝ vagatū.diui petri baſilice appropinquabat. Hoc autē factum octauo die aſſumptionis.poſtea vt feſtus celebratus eſt. Reſtituit quoq̄ȝ vrbis menia ꝛ portas vetuſtate collapſas.ad hec v̄o.xv.turres ꝓpugnacula vrbis a fundamentis extruxit. Sua quoq̄ȝ diligentia corpa ſanctorū q̄tuor coronatoꝝ inuenit.Eorūq̄ȝ tēplū in ſplendidiorē formaꝫ inſtaurauit. ſctōs ipſos ſub altari collocauit ꝛ alia multa ſanctoꝝ corpa ibi addidit. At dum his rebus q̄ȝ diligentiſſime vacaret ſarraceni cū claſſe magna contra neapolitanos romanoſq̄ȝ aduentabant. Ip̄e illico q̄ta potuit manu hoſtiā ꝓficiſcit.ſuoſq̄ȝ p̄mo ad orōnem adhortatus orōnem habuit. Deus cui⁹ dextera btm̄ petrū ambulantē in fluctib⁹ ne mergeret erexit ꝛc̄. his dictis facto ſigno crucis pugnandi copiā fecit poſt longū certamē hoſtes ſupant fuganturq̄ȝ.inde romam cū gaudio reuerſus inde vaticanū cinxit.Leonināq̄ȝ vrbeꝫ de ſuo nomine appellauit. ne deinceps hoſtibus liceret ecclām bti petri leui incurſione ſpoliare.hāc auteꝫ vrbē p̄mo pōtificatus ſui āno inchoatū demū ſexto abſoluit. Ex manubijs v̄o ſarracenoꝝ plura reſtituit. Tandē optime de ecclīa dei.deq̄ȝ vrbe roma.ac noīe xp̄iano meritus. morit anno pōtificatus ſui octauo.mēſe tercio.die.vi.xvi.kal.auguſti. Sepeliturq̄ȝ in baſilica petri. vacat tunc ſedes menſibus duobus diebus quindecim.

IOannes anglicus(ꝛ vt ferūt) ex moguūciaco ort⁹.malis artibus pontificatū adeptus. Mentitus eīn ſexū cū femina eſſet adoleſcens admodū athenas cū viro docto amatore ꝓficiſcit. Ibiq̄ȝ p̄ceptores bonaꝝ artiū audiēdo. tantū ꝓfecit vt romā veniens paucos admodū etiā in ſacris lr̄is pares hr̄et. ne dū ſuperiores.Legendo aūt ꝛ diſputādo docte ꝛ acute tātū beniuolētie ꝛ auc̄tis ſibi cōparauit. vt mortuo leone in ei⁹ locū(vt Martin⁹ ait)oīm ꝯſenſu pōtifex crearet. Uerꝫ poſtea a familiari cōpreſſa.cū aliq̄n occulte ventrē tuliſſet.tandē cū ad lateranēſem baſilicā ꝓficiſceret.intra theatrū(qd̄ colloſeū vocāt) a neronis colloſo ꝛ ſanctū clementem doloribus circūuenta peperit. Eoq̄ȝ loci mortua.pontificatus ſui anno ſecūdo. menſe vno.diebus q̄tuor.ſine vllo honore ſepelit. Sūt q̄ hec duo ſcribāt pōtificē ip̄m q̄n ad lateranenſem baſilicam ꝓficiſcit. deteſtandi facinoris cauſa.ꝛ viā illā ꝯſulto declinare. Et eiuſdē vitandi erroris cā dū primo in ſede petri collocatur ad eam rem perforata.genitalia ab vltimo diacono obtrectari.

THeolphus aurelianenſis epiſcopus. vir genere ſcientiaq̄ȝ ac diſciplina p̄cipuus p̄ſcriptis temporibus in p̄cio exn̄s apud ludouicū īpatorē falſo accuſat⁹.ꝛ carceri mācipat⁹. vbi inſignia edidit monumenta.precipue verſus illos(qui in ramis palmarum ante fores eccleſiaruꝫ cantantur)cōpoſuit videlicet Gloria laus ꝛ honor tibi xp̄e redemptor. Contigit imperatorem in feſto palmarum illac iter facere. dū epiſcopus illos decantari faceret.impator ludouicus demolitus eſt. Et optimū ꝛ inſontem ep̄m abſoluit ꝛ ad ſuū ep̄atum cum gloria remiſit.




Lotharius Ludouici predicti imperatoris filius. post p̄rem imperauit cū ludouico filio. quem imperij cōsortem fecerat annis. xv. Qui mortuo genitore solus romanū obtinuit imperiū. Ludouico aūt vix dū ad sepulturā apud trecenses elato. tres ipsius defuncti imperatoris fr̄es lotharius. ludouicus ⁊ carolus ob regni ytalie successionem vehemētissimis inter se odijs exarserūt. ⁊ illico armis correptis. maioribus contenderūt motibus omniū. quos post cathelanicū cū athila prelium gallie senserūt. Namq3 in antisiodorēsi agro apud fontaniacū coactis copijs. quas vnusquisq3 eorū summis conatibus ducere potuit. p̄liū est cōmissum. In quo (vt scriptores tradūt) stragē francorū gētis quāta nusq3 alias fuisse factam. Licet aūt ludouicus carolusq3 superiores euaserint eorū tamen sicut ⁊ lotharij vires adeo imminuūt. vt finiū ab extremis tuendorū facultas singulis sit adempta. Fugiens ex ea pugna lotharius cū fracto lacerōq3 exercitu suo. aqsgranū. se recepit. Cūq3 insecuti fr̄es illo item oppido disturbarūt. qui vxorem et filios secū rapiens p lugdunū viennā delatus copias reparauit. Tam multis inde ytalie galliarū ⁊ germanie, prouinciarū. ac vrbiū ⁊ optimatū legatoribus pulsati sunt ipsi fratres. vt inducias cōsenserint, p quarū occasione de pace ⁊ paterne hereditatis diuisione. agi est ceptum. Et ex ytalia q̄dam iussu sergij, p̄fecti sunt. inter quos georgius archiep̄us rauēnas primus est habitus. qui cum secūdo prelio apud lothariū componēde rei causa esset. ac fortuna ad ludouicū ⁊ carolū inclinasset. totum comitatū in prelio amittens. Eo enī cum trecentis equitibus venerat. vix solus e tanta strage fuga, p lapsus est. Atuero ij cōmunē totius regni calamitatē ⁊ interitū miserati federa pacis in hunc modum ineūt. vt carolus caluus occidētalis paterni regni p̄tes a brittānico occeano vsq3 ad mosam fluuium. In qua parte regni francorū maneret nomē possideret. ludouico cederet om̄es germanie terram vsq3 rheni fluenta. ⁊ trāsrhenū q̄cunq3 genitor possideret. lotharius cum imperij titulo romani haberet ⁊ ytaliā. ac puinciā galliarū romanā q̄ olim narbonensis dicta. Cū ea galliarū item p̄ticula scaldū inter ⁊ rhodanū fluuios. que acceptum tūc ab eius imperatoris subiectione nūc etiā seruat lotharingie nomen. Rebus aūt ita cōpositis lotharius ludouicū filiū quem regni sociū asciuerat p̄fecit. Eo deniq3 anno q̄ a fontenentico prelio quintusdecimus lotharium imperatorem abdicasse se imperio ⁊ monasticū induisse habitū historici tradūt. Per qd̄ tempus alter eius frater ludouicus in suo germanie regno obijt. Et cū regnū inter filios diuisisset senex effectus relinquens ludouicū imperatorē. nō ita multo post vitam cum morte mutauit.

Senserūt ⁊ tūc gallie sicut ⁊ ytalia cū sarracenis. quantū mali imperatoris lotharij ⁊ fratrū discordia attulit rebus suis. Nāq3 normāni in quibus emergis appellatio fuit duce romano eorū rege p ligeris fluuij ostia ingressi. aquitaniā omnē deuastarūt. Et nullis qui resisterent existentibus obuijs heria ab illis insula. aliquotq3 monasteria sunt cremata. Exinde normāni p galliā longe lateq3 vagati burdegalam sanctonam engolismā parisios thuronū noviomagū aurelianos pictauos. Et multa oppida. plurima castella populati sunt. nec tamen ausi sunt vi ceptis de francia vrbibus diu moram trahere. Sed in aquitaniam reuersi. Eam pro sede regni propriam tenere constituerant.



Grandinē mire magnitudinis hijs temporibus in gallia decidisse tradūt que pecora multa. ⁊ nōnullos homines interemit. Visa ē tūc in ipsis grandinibus granū durissimū mire longitudinis.

Terre quoq3 motus ytaliam cōcussit. Inde incertis locis vrbes ⁊ mōtes corruerūt.

Locuste insuper innumerabiles sex alas habentes ⁊ dentes duos lapide duriores. in gallia veluti nix terrā operuerūt. herbas segetes ⁊ arbores ac vniuersa viriditatē hūtia deuastarūt. Tandē p̄recte in mare ⁊ ad littora in terrā eiecte. secuta ē magna putrefactio. Et inde mortalitatē magnā. aerē inficiētes generaleq3 hoim interitū suscitarūt. Anno quoq3 lotharij imperij secūdo apparuit cometes.

Apud ostiam vrbem affris iterū in ytaliā redeūtibus prospe pugnarūt romani. Verū sarraceni exinde ad ytaliā oram flectētes anchonā vi captā spoliatāq3 incenderūt nec fuit maior cladis accepte consolatio. quā ppl̄i fuga mediterranea dilapsi. magna ex parte maurorū manus impias euasere.

Adeulphus rex



Adeulphus anglorū rex vir q̄dē xp̄ianissimus ⁊ romane eccl̄ie deuotissimus. circa illa tp̄a p̄mo totius anglie monarchiā tenuit. regnū accipiens. regnauit annis. viij. romā perrexit. q̄ inter cetera memoratu digna ob singularem religionem vniuersam insulam ro. eccl̄ie tributariā fecit. Voluit nāq3 vt singule domus q̄tannis singulos argēteos eccl̄ie ⁊ sancto Petro tributum persoluerent.

Eadmundus postea āglorū rex. vir q̄dē religiōe ⁊ sctitate p̄cipuus. q̄ cū eēt acerrimus xp̄iane religionis defensor. multa bella ꝯ danos infideles gessit tādem superatus martyrio coronatus. Eius caput abscisum lupus seuus illesum seruauit.

Eadmundus rex



Benedictus tercius papa. patria romanus. p̄re petro. Is ob vite ſanctita-
tem. merito benedictus appellatus ē. ⁊ rex diuinarũ grãm. ſub gregorio
eñ militans cũ ab eo ſubdiaconat⁹ gradũ accepiſſet. ita deinceps vixit. vt mor
tuo leone tanti pontificis ſucceſſor haberet. ad hũc itaqȝ in eius electione oẽs
tanq̄ȝ ad vnicũ ⁊ benigniſſimũ ſidus a deo in terras miſſum eũ pontificẽ decer-
nunt. Qui flens ac deũ ac ſanctos teſtes faciens. ſe nequaq̄ȝ dignũ eſſe. q̄ tante
ſedi p̄ficeret dicebat. Sed oĩbus acclamantibus ⁊ eius electõem approbã-
tib⁹ inuit⁹ põtificiũ mun⁹ ſuſcipiens. in atriuȝ lateranenſe p̄ducit. ⁊ in ſede pe-
tri collocat. inde in equo albo ſedens ad eccl'iam ſancte marie ad p̄ſepe ductus
ieiunijs triduo ⁊ orõibus vacauit. deũ rogans vt ſibi liceret ſancte ⁊ eccleſiaȝ
ſuam integre gubernare. Certi tñ rhodoaldi portuẽſis ep̄i factõem ſecuti. ana-
ſtaſiũ a leone pontificatu deiectum p̄ferre conati fuerant. ſȝ cognito errore veni-
am petentes hominẽ ſanctiſſimũ de more adorarũt. Idem fecere ⁊ ludouici im-
peratoris legati. ad ↄfirmandam cleri ac populi elect õeȝ romã miſſi. tante eñ
manſuetudinis fuit. tante dignitatis corp̄e ⁊ animo. vt tam in magr̃atu conſtitu
tus q̄ȝ in vita priuata oĩbus carus ⁊ gratus videret. multas eccleſias vetuſta
te collabentes reſtituit. Ea q̄ inſtituit non v̄bis tantũ ſȝ re ip̄a comprobauit. ſa-
cerdotuȝ eñ funeribus ſemp̄ interfuit. egrotos preterea inuiſit. paup̄es aluit.
calamitoſos conſolatus eſt. viduas ⁊ pupillos acerrime tutabat. His artibus
vitam ſanctiſſimã continue ducebat. moriens ſuũ corpus ante fores eccl'ie bea
ti petri apoſtoli ſepeliri mandauit. pontificatus ſui anno ſecundo. menſe ſexto.
die nono. interim vō dies. xv. ep̄atus vacat.

Anno mundi. 6063. Anno xp̄i. 864

Nicolaus eius nominis primus. patria romanus. patre theodoſio. ſbene
⁊ ſancte a teneris annis educatus. primo ſubdiaconus a ſergio. mox vō
diaconus a leone creatur. qui benedicti corpus ſuis manibus nõ ſine lacrimis
tumulo collocauit. Quem poſt multas vigilias ⁊ orões in baſilica ſancti dyo
niſij pontificem licet abſentem creant. ⁊ fugientẽ in vaticanũ. cõq̄ſitum in atriũ
lateranenſe perduxerunt. ⁊ nolentem in ſolio apoſtolico collocarunt. deinde in
baſilica petri conſecratus. ſumpta de more pontifica corona. multa cum ludoui
co ceſare qui tunc aderat collocutus eſt. tũ ad pontificatum. tum ad imperiũ p̄ti
nentia. Ei poſtea michael theophili filius conſtantinopolitane vrbis imp̄ator
legatos cum muneribus romam miſit. Pontificie aũt dignitati conſulẽs ioan
nem archiep̄m rauennatem ad ſedem apoſtolicam. p̄pter obiecta crimina recu-
ſantem venire dignitate priuauit. quẽ deinde in grãm recepit. Liberatus autẽ
pontifex a varijs moleſtijs eccleſiam dei genitricis (q̄ prius antiqua nũc noua
appellat) reſtituit regem bulgaroꝝ cum omni prouincia ad fidem xp̄i litteris ⁊
ſanis admonitionibus conuertit. ⁊ eis ep̄os ⁊ p̄ſbiteros dedit. Pacem inter lu
douicum ⁊ beneuentanũ ducem compoſuit. Poſtea ludouico preſente ⁊ appro-
bante multa inſtituit. que in corpore iuris inſerta ſunt. Hic demũ in oĩ genere
virtutis illuſtratus. nono pontificatus ſui anno. menſe nono. die. xiij. moritur
Et ante fores baſilice beati petri ex teſtamento ad p̄deceſſoris ſui exemplum ſe
pelitur. Sunt qui ſcribant poſt mortem eius annis pluribus ſedem vacaſſe.

# Linea ſummoꝝ pontificum

Benedictus tercius



Nicolaus primus



Hadrianus ſecũdus



Hadrianus eius nominis ſecundus. patria romanus. patre Talaro epiſcopo ſergio pontifici familia
ris fuit. Vir quidem optimus liberaliſq̄ȝ ac in pauperes maxime munificus. Hac ⁊ alijs virtutibus
tanto in precio apud omnes fuit. vt cum de pontifice creando ſermo haberetur. certatim oẽs vnicum ha
drianum deligerent. quem ad baſilicam lateranenſem nolentem detulere. Quo audito ludouicus impera-
tor confeſtim legatos romam miſit. ⁊ huiuſmodi electionem approbans romanos admoduȝ laudauit. q̄
ſummũ pontificem ſancte ⁊ integre creaſſent. non expectato aliorum voto. Is autem pontificatuȝ adept⁹
omnia que ad honorem dei pertinebant diligenter circũſpiciebat. verbis exemplo. auctoritate. tum ſua tũ
maioꝝ vnũquemq̄ȝ ad bene beateq̄ȝ viuendum cohortatus. circũuentos etiam aliorum iudicijs ⁊ potẽtia
acerrime tutatus eſt. haberi etiam ſynodum conſtantinopoli paſſus eſt. qua ⁊ pulſus phocius vir ſeditio-
ſus ⁊ reſtitutus ignacius iam ante iniuria pulſus. a bulgaris quoq̄ȝ rogatus. vt virum vita ⁊ doctrina in-
ſignem in p̄uinciam mitteret. vt in fide retinerẽtur qui aliquos miſit. q̄ȝquã bulgari a conſtantinopolita-
nis corrupti pulſis latinis ſacerdotibus. grecos receperũt. hadrianus vero ſeſe oĩbus eccleſie hoſtibus
quoad fieri poterat obijciens. cum mortuo ludouico carolum filium inũcturus eſſet moritur: pontificat⁹
ſui anno quinto. menſe nono. die duodecimo. Et in baſilica petri ſepelitur. Et tunc ceſſauit papatus dies
duodecim.

Linea iperatoꝝ

Ludouicus ſecūdus



LUdouicus eius noīs ſecūdus. pře lothario defuncto. anno ſalutis octingēteſimo quinq̄geſimoſexto. imꝑauit ſolus annis. xxj. q̄ olim a Sergio papa in regē inūctus fuerat. Nam lothariꝰ ludouicū filiū quē regni ſociū vt premiſſum eſt, aſciuerat in ytaliā cū ingenti exercitu miſit. huic ſocios addidit drogonem metenſem epm̄ atq̄ alios viros eccleſiaſticos prudentia ꝛ auctoritate dignos. quoꝝ conſilijs vteretur. Is aūt adoleſcens nimia felicitate elatus. quacūq̄ iter fecit cedibus oīa ꝛ rapinis vaſtat. incendit ꝛ diruit. Vez cū vrbi appropinquaſſet. eiq̄ obuiā honoris cauſa romani ciues obuiā ꝓdijſſent. depoſita feritate illa gallica mitioꝛ eſſe cepit. q̄ ei ꝑter ſententiā ingredi vrbem pacato agmine liceret. Octauo aūt ex quo venerat die. videtibus oībus q̄ aderāt ludouicū regem oleo ſancto inungit. corona donat. ytalie regē decernit. templūq̄ beati petri ingreſſi. pontifex ipm̄ auguſtū declarans. imꝑij corona eum coronauit. atq̄ q̄cq̄d honeſti poſtulaſſet (quotiēs ab vrbe diſcederet) facile cōceſſit. Ceſar itaq̄ ꝛ auguſtus declaratus ꝛ coronatus. ſtatim romā egrediens pacato agmine papiā coceſſit. vbi ꝛ deinceps omnē vitā ſuā romā eūdo ꝛ redeūdo cōtriuit. Suis quoq̄ diebus ſarraceni ex affrica proceſſi beneuentanoꝝ regionē deuaſtabant. in quos imꝑator ludouicus copijs illico vndecūq̄ cōtractis lothariū fratrem in adiutoriū inuitat. q̄ cum exercitu ingreſſus ytaliā cū inique ꝛ enormiter iret. tū ex calore. tū morſibus araneaꝝ de gente ſua ꝑ multos amiſit. Ipſe vero lotharius in via morbo correptus apud placētiā obijt. carolus aūt rex gallie audita morte lotharij. regnū eius lotharingiā inuadit. ad hoc imꝑator ludouicꝰ lotharingiā cū carolo patruo habita pactione diuiſit ea conditione. vt ludouicus imꝑator aquiſgrani pallaciū cū ſua portione haberet. Tandē ludouicus ſuauiſſimus imperatoꝛ vltimū diem clauſit anno imꝑij ſui vt ſupra.



SAnguinē tribus ludouici imꝑatoris ꝑ tres dies ac noctes pluiſſe hiſtorici ſcribūt apud brixianā ciſalpine gallie vrbem.

TYbris quoq̄ fluuius hoc anno. adeo romanā vrbē vexauit. vt nō niſi lintribus de vico ad vicū tranſire liceret. Nā ꝛ eccleſiā ſancti laurētij in lucina. ꝛ monaſteriū btī ſiluestri. ꝛ totā illā planiciē q̄ a via lata ad radices tarpeie rupis ad viā argentariā ꝛ ad auentinū ducit ita occupauerat vt inſtare diluuiū vulgo putatū ſit hac inundatione ꝛ multe domus euerſe ſunt. ꝛ plures arbores euulſe. ꝛ ſata paſſim diſiecta. Neq̄ hoc ſemel eo anno. ſ; iterū decembri mēſe rome accidit. emendare hec damna vel potius delinire pōtifex Nicolaus enixus. nullū genꝰ officij ꝛ pietatis in ſuos omiſit.

BUlgaria his tempoꝛibꝰ lrīs ꝛ admonitōībus Nicolai pape ad fidē xp̄i veniēs cuiꝰ rex cū om̄i ꝓuincia cōuerſus ē. Vez nō quidē tūc primū vt multi habēt ſcriptores xp̄iani ſunt effecti. Sed cū longo prius tp̄e ſciſmatici fuiſſent catholice fidei dogmata acceperūt. Eoꝝq̄ rex regno filijs relicto monachus eſt effectus. Et Sueropilus Dalmacie rex. ſubditaq̄ illi ſclauoꝝ gente q̄ a bohemis germanis originem habuit. tūc primū ad xp̄i fidem ſunt cōuerſi. Pontifex autē ep̄os atq̄ ꝑſbiteros (vt premiſſum ē) deſtinauit. q̄ pulſo inde photino heretico. neophitos oēs in fide cōfirmarēt. Nā photinus ipſe in errore bulgaros oēs detinebat. Hoꝝ nāq̄ rex tante fuit ꝑfectōnis ꝛ ſanctitatis. vt maiore filio in regno collocato. Ipſe monachi habitū ſuſcipiēs, cū idez filius corruptꝰ ydolis ymolaret. pater zelo fidei ſucceſus. dignitatē reaſſumpſit. Et in filiū cōcitatus illū regno deiecit, atq̄ eius effoſſis oculis in carcerē cōiecit. Iunioreq̄ filio in regno collocato rurſum monachi habitū reſumpſit. Eo tn̄ mortuo bulgari nō ita multo poſt cōſtantinopolitanoꝝ ſacerdotū donis ꝛ pollicitatōībus corrupti. pulſis latinis preſbyteris grecos acceperūt. Que quidē ſeditōnes maloꝝ īcendia inter grecos ꝛ latinos multa ſuſcitarūt. Facta eſt aūt ꝑ id tp̄is regni dalmacie diuiſio. Cuiꝰ membroꝝ noīa. etate etiam nr̄a in vſu habent. Siquidē vetuſti noīs dalmacia grecie regio primo ab oriente macedoniā: ab occaſu hiſtriam: a meridie pelagus adriaticū: a ſeptētrione pannoniā habuit. Noua aūt in diuiſione a campis dalmacie hinc hiſtriam vſq̄ croaciā albam. Inde a dictis campis dirachiū vſq̄ croaciā rubeā. Et verſus montana a flumine drino trans ipm̄ flumē macedoniam vſq̄ raſciam ꝛ citra flumē boſnam vocauere. Raſſiaq̄ ꝛ boſna pro regni croacie regionibus habentur.

Berengarius quartus quē alij ꝑ tercio ponūt. mortuo lothario imperatore imꝑio potitur. ⁊ cum alberto filio imperauit ānis. xj. Vir certe digniſſimus. ⁊ acri animo ⁊ induſtria celebris. Qui cum apud vngaros exul a patria militaret audiens heinricū bauarie ducem hungaros ſupaſſe. Is em aquilegia capta. cum forte tunc hūgari ytaliam inuadere diſpoſiti iuſtinopolim aduenerīt. quibus ſeſe oppoſuit heinricus. ⁊ cōmiſſo bis ꝑlio hūgari accepta primo ⁊ iterū clade repulſi in hungariā redierūt. Inde omnē ytalie p̄tē ditiſſimā que aquilegiā papiāq̄ intercedit excurſione populatus eſt. Berengarius repente ſtationibus exercitu papiā ꝑperare cepit. Qđ cum habuiſſet exploratum heinricus. exercitum apud papiam nauibus impoſitum deduxit in padū. Inde continuato ex eo loco itinere intra auſtriā ſe recepit. Poſtea berengarius vniuerſam ytaliaꝫ obtinuit. ⁊ imperatoris nomen ſibi indidit ⁊ albertum filiū ytalie regem nūcupauit. Cūq̄ nimiū oneribus ⁊ vectigalibus ytalos p̄mere cepit. Et alundā lotharij vxorem in Garda veronenſis agri cum ſola ancilla carceri mancipaſſet. ⁊ omnia ſibi contra ius vendicare. ytali ꝑ agapitū othonē regem in ytaliā vocāt. qui eos in regno ytalie deturbauit. ⁊ alundam vxorem duxit.

Reges ytalie

Lotharius



Rudolphus



Beregariꝰ q̄rtus



Albertꝰ filiꝰ ſuus



Albertus berengarij filius apud rauēnam conſtitutus venetos mercatores multis affecit incōmodis comaclenſiū em nauigio quod illi haud quaq̄ tenue tunc habebant fretus. mare illud latrocinijs tenebat infeſtum. Id cum veneti diutius pati nec poſſent nec vellent. nauigio tumultuarie cōtracto. in comaclium ducto oppido primo impetu captum cum oppidanorū nauibus incenderūt captos autem oppidanos et iuramento ne vltra in predam cupiā aduerſum ſe obedirēt aſtrictos dimiſerūt illeſos. Otho deinde contra berengarium in ytaliam deſcendit quem tandem poſt magnas cedes victum in poteſtatem accepit. Et ſtatim alterum in conſtantinopolim. alterum in germaniam exilio relegauit. vbi demū ambo vitam finierunt.

Taxis hūgarie rex



Taxis rex hungaroꝝ. hūgaros ſuos pulſus de bauaro. quē in ytalia regnat rē opinaref vlturus. patiſſimo exercitu ytaliā irrupit. tantuſq; ytaloꝝ aīmos tūc pauor inuaſit. vt vltimū impēdere exterminiū cōtremiſceret. Berengarius vo ſiue ꝓpiciore vſus fortuna. ſiue cōſilij prudentia. Albertū mittēs filiū ſextum multa oratū puicit. Et acceptis nūmoꝝ modijs argentoꝝ (vt tradūt) decē rex cedens ytalie pepercit.

Hungari eīn poſtq; ꝑ germaniā primo poſtmodū ꝑ galliā ſatis fuerat debachati. deinde bulgaros tributarios fecerūt. poſtea barbare efferate gentis alluuio tot tantaſq; nationes ⁊ ꝓuincias ſatis ſupq; inūdauerat. ytalia ſue calamitatis pte nō caruit. ytaliāq; ingreſſi. Veneruntq; via foroiulienſi. malo ytaloꝝ ab initio mūdi barbaris patefacta. furēteſq; hungari cede incendijs ⁊ rapinis cūcta vaſtantes. Albericꝰ q̄s marchio cū ꝑ inuidiā ingratitudineq; e roma pulſus fuit. vngaros ad oppꝛeſſionē romane vrbis acceſiuit. Ea aūt gens romani agri fines qd in pmis albericus q̄ſiuerat nequaq; attigit. Etruriā vo oēm quā albericus ſaluā eſſe pactus fuerat. cōmiſſis ſumma ⁊ alias inaudita impietate cedibus incendijs ⁊ rapinis ꝓpe deſtitutā deſertāq; reddidit omes eīn mortales feminas atq; hac mares q̄ cedibus ſupfuerāt aut fuga ꝓlabi nequiuerāt in vngariā abduxit. Tandē ſub ottone primo impatore impetū in germaniam fecerunt.

Boemia añ hec tpa ad xp̄m cōuerſa. vbi worziuous vltimꝰ paganoꝝ ducū a btō methodio morauorū archiepo cū ludimilla cōiuge ad baptiſmi grām ꝑductus ē. nongēteſimo quinto anno. poſt chriſti ſaluatoris ortū. ludimilla ſancta mulier habita etiā miraculis claruiſſe ferf. Chriſtianā aūt veritatē āplexi fidem catholicam inter bohemos magnopꝑe amplarūt. ludimilla filia fuit comitis Slawiborij de caſtello Brzew quod poſtea melinca dictum ē.

Spitigneꝰ Vratiſlaꝰ Duces bohemie



Spitigneus filꝰ borziwogij primi xp̄iani ducis bohemie. poſt obitum eiꝰ principatum obtinuit. Is eīn ex ludimilla ſancta muliere tulit duos filios ſpitigneū ⁊ vratiſlaū. primus patri ſucceſſit. ſed moriens ſine filijs fratri principatum reliquit. Coniūx aūt vratiſlai drabomitia de duriſſima gente luticen. ſatis. mulier audax ⁊ ad ſcelus prona. duos pariter filios viro peperit vētzeſlaū ⁊ boleſlaū. priorem ludimille tradidit educandū. alteꝝ ipa nutriuit. aluūni ex nutribus innati mores ventzeſlaus pietatem colere. manſuetudinē pre ſe ferre: xp̄iana ſacra venerari. elargari multa paupibus. nulli obnoxius eſſe. boleſlaus ydoloꝝ ſectari culturam. honores ambitioſe querere. adulterari. rapere. occidere. in ſcelera cuncta prolabi. pr̄ ſuprema ordinās ludimille quouſq; liberi adoleuiſſent gubernationē ꝓuincie dimiſerat. Id egre drabomicie fuerat ſocrū i caſtello thetin ſtrangulari iuſſit. ipa imperiū accipiens in oīnes crudelis etiā ventzſlao filio infeſta cui preferre fratrem non dubitauit.

S. Ventzſlaus dux bohemie



Venceſlaus dux bohemie filius vratiſlai quē beata ludimilla. vt nepotē cariſſimū in fide xp̄iana glorioſiſſima matrona bohemorum prima margarita. ac ſacris litteris ⁊ eloquijs peroptime imbuebat. Quem potus cibiq; parciſſimū fuiſſe tradūt. corporis maieſtatē decoꝝ. virginitatem ad vltimū vite ſeruaſſe. diuina in templis officia diurna nocturnaq; nūq; neglexiſſe. Et noctis quidem tempe nudis pedibus ſuper glaciem ac niuem iter agentem vim frigoris minime ſenſiſſe. Iuſſe eum iubente populo (adhuc viuē te matre) principatū creuerat iam ventzeſlai nomē. miraq; populi caritate atq; admiratione celebrabaf. Sed quanto ceteris dilectioꝛ. tanto acrius ſe in odiū fratris matriſq; cōcitabat. Fit conuiuiū apud boleſlaū matre iubēte. vocaf ventzeſlaus qui ⁊ ſi mortem inſtare predixerat. facta tamē de peccatis ſuis cum ſacerdote ex more xp̄iano ꝯfeſſione, fraternā domū ingredif. Ibiq; ſtatim boleſlai manu ꝑcuſſus interijt. vētzeſlai ſanctitatem. Quo die ceſus eſt xp̄m deum teſtimoniū perſtitiſſe memorie prodiderūt. Qui regi dacie ꝑ viſum apparens. ſuo martyri edem conſtrui mandauit. ipm aūt ventzeſlaū multis miraculis claruiſſe atq; inter ſanctos martyres ab eccleſia receptum tradunt.

Otto primus rex



Otto ex mathildo filia theoderici regis ſaxonū ⁊ heinrici regis filius ei ſucceſſit in regno. Is ꝑclariſſima multa maximaq; regnis frācie ⁊ germanie geſſit. ⁊ cū eiꝰ virtutiſ fama etiā in ytalia celebris haberef. agapitꝰ pōtifex multiq; ꝓceres berēgarij alberticq; filij tirānidē exoſi. illiꝰ opem rebꝰ afflictiſ italie popoſcerūt. q cū q̄nquagita ⁊ eo vt aliq volūt āplꝰ armatoꝝ milibꝰ mouit. trita et apta ꝑ fortulij regionē via. italiā ingreſſus berēgariū impio ⁊ albertum regno ytalie deturbauit. Italiaq; potitus alundam lotharij q̄ndā vxorē carcere eductā in vxorē accepit. Reuerſus i germaniā otto ex alunda vxore anno vix dū elapſo filiū ſuſcepit. Cui ottoni poſtea ſecūdo fuit appellatio. Ottoq; rex interea boleſlaum bohemoꝝ ducem inimicos i ſe animos ꝑferentem domuerat. Quo felicitate dum omnibus in locis rex preſtantiſſimus. idemq; vir optimus otto vtif. glorioſi ⁊ ſimul ſaluberrimi facinoꝛis occaſionem eſt nactus cū hungaris bohemis vt infra patebit.

# De progreſſu imperii ac trāſlatione eius in germanos.

IMperiales tituli. imperiūqꝫ a romanis galliſqꝫ ac longobardis ablati. Et ab ottone nunc ſuſcepti. in
germaniā hic primū transferūtur. vbi ꝛ nūc vſqꝫ cōſeruantur. Et qm̄ deo auxiliante hoc in loco in ger
manoꝝ imperiū deuenimus. Nō alienū videtur pro huius excellentiſſime dignitatis cognitōne. pauca de
progreſſu ſacri imperij in medium afferre breuiſſima ex ampliſſimis altius repetentes. qđ maximi aucto-
res tam legū interpretes: q̄ ſancti doctores de ceſarea poteſtate ſentiant. ac eius tranſlatione in germanos

ROmana regia poteſtas. quā ſacrū imperium vocitant ab ipa humane nature ratione. q̄ optime viuē
di dux eſt. Cuiqꝫ oīes parere oportet. ordinem ducit. Exactis nāqꝫ ex paradiſo delitiarum primis
parentibus. Cum in agris homines atqꝫ in ſiluis beſtiaꝝ modo vagarentur. victuqꝫ ſibi ferino vitam pro
pagarent. Animaduertit homo. nā rōnis participē illum deus creauit. hominem homini ad beneuiuedū
maxime conducere. ſocietatemqꝫ fore plurimū neceſſariam. Sic ergo qui ſegregati prius vitā in ſiluis mo
re ferarum ducebant. ſiue docente natura. ſiue deo volente totius nature mgr̄o inſimul conuenere. ſocieta-
tes inſtituerūt. domos edificarunt. oppida muris cinxerūt. artes inuenerūt. ꝛ cum alter alterius cōmodis
inſeruiret. placebat mirūimmodum ſingulis vita ciuilis. dulciſqꝫ nimiū videbatur ꝛ ꝓpinquoꝝ ꝛ amicoꝝ
conſuetudo. Cuius fuerant prius expertes. Uerum ſicut ab homine multa parantur homini cōmoda. Sic
nulla eſt peſtis que homini ab homine non naſcatur. Ceperunt itaqꝫ homines violare ſocietatē: fidē fran
gere. pacem turbare. iniuriam cōciuibus vicinorūqꝫ tum opibus tū matrimonijs inſidiari. rapere aliena.
ꝓbas omne obrūpere. nec eīm pacis emula maſ litiū ſuiqꝫ prodiga cupiditas paſſa eſt diu manere ius ſan
cte ſocietatis illeſum. Cum ergo premeref ab initio multitudo ab hijs qui viribus erāt editiores. Ad vnū
aliquem confugere placuit virtute preſtantem. Qui ꝛ iniurias prohiberet. inferri tenuioribus. Et equita
te conſtituta. ſummos cum infimis pari iure teneret. Idqꝫ nedū vna in gente. ſed in pluribus factum eſt.
Atqꝫ hij ſunt qui poſtea regis nomen obtinuerunt. Quoꝝ conſtituendorū cauſam publica dedit vtilitas
iuſti prope mater ꝛ equi. Nec ſane aliam ob cauſam rege fuerat opus. nec tante dignitatis faſtigium cuiq̄
cōmittere oportebat: vt ceteris omnibus preferref. honoraretur ab oībus. ac preciperet omnibus. niſi
vt eſſet qui publica tueretur. ac iuſticiam miniſtraret. Uerū cum plurimos reges orbis haberet. Cepit (vt
fit) pluritas principum diſcordiam parere. Nāqꝫ cum modo de finibus. modo de iuriſdictione ꝯtēderent.
Nec eſſet qui lites dirimeret. niſi gladius. cum nemo minorem ſe altero reputaret. ſtrepentibus ac furenti-
bus bellis. Nec ciuitas cum ciuitate. nec ꝓuincia cum ꝓuincia conuenire poterat. dulceqꝫ illud ac ſuauiſſi
mū humane ſocietatis cōmertiū ꝓhibebaf. Sed affuit preſto benigna humane nature prouidentia. Que
ſuapte ingenio ad optima tendit. nec vult q̄ ſunt queqꝫ futura ſunt male diſponi. Hanc igitur operante ad
vnū principatum. quem greci monarchiam. Noſtri vͦo imperium vocitant reduci ſingula placuit. Nec eīm
aliter pax poterat vniuerſalis haberi. Hinc illud aſſirioꝝ imperiū exortum eſt. Hinc grecorū principatus
alexandri magni virtute atqꝫ fortuna ex europa in aſiam ac libiā ampliatus. Hinc carthagineſe. Sed cū
hec imperia nūqꝫ ſibi totū orbem ſubiecſſent. Ac ꝓpterea pacem vniuerſalem parere non potuerūt. Pla-
cuit ſiue humane nature altrici. ſiue ipſius nature domino rectoriqꝫ deo. romanū imperium excitare. Ro-
ma igitur vt premiſſum eſt ab initio per reges gubernata eſt. ſeptēqꝫ regibus paruit. Quibus exactꝭ duo
conſtituti ſunt penes quos ſummū ius eſſet. Ad extremū cū neqꝫ populus neqꝫ ſenatus ſatis ꝓbe ꝓuin-
cias vrbēqꝫ regerent data ē vni poteſtas vt ratū eſſet quiſqđ ab eo cōſtitueretur. Cui rei principiū iuliū ce-
ſarem ꝑſtitiſſe non eſt ambiguū. Conſtituto vt diximus principe lege antiqua q̄ regia nūcupatur. popul⁹
ei ꝛ in eum oīe ſuū imperiū ac poteſtatem contulit. Nec eīm vel populare regimen qđ polliticů. vel opti-
moꝝ ciuiū qđ ariſtocraticum appellaf. tam iuſtum tamqꝫ pacificū eſſe poteſt. quā monarchicū qđ in roma
no principe recognoſcimus. Quod aliquando per ytalos. aliquando per hyſpanos. Interdū per affros.
dalmataſqꝫ conſtat adminiſtratum. Peruenit etiam ad grecos diuqꝫ apud conſtantinopolim tante gloria
dignitatis permanſit. Et quāuis aliquādo duo inſimul fuerint auguſti: vt dyocletian⁹ ꝛ maximian⁹. non
nūqꝫ etiā plures. Id tamē vſurpatione magis q̄ iure contigit. In apibus eīm inquit Gregorius pꝛīceps
vnus eſt. Grues vnā ſequūtur. imperator vnus. Obuenit aūt hec dignitas nūc ſenatus electione. nūc po
puli vocatione. nūc militari fauore; nūc principis ordinatione. Demū vͦo negligentibus romā grecis: eā-
qꝫ nunc barbarorum. nūc aliorum direptioni relinquentibus. populus ille romanus qui ſuo ſanguine tm̄
parat imperium. Quiqꝫ ſuis virtutibus monarchiam fundauerat orbis: venientem in auxiliū eius Caro-
lum magnū francorum regem natione germanum. qui vrbem ſacraqꝫ loca ab omni hoſtiū concurſione de-
fendit. primo patriciū poſt auguſtum concurrente ſummi ꝯſenſu pontificis acclamauit. a carolo itaqꝫ ma-
gno imperij dignitatē occidenti reſtitutam. vſqꝫ ad ludouicū arnulphi filiū imperiū apud gallos nō par
uū habuit incrementū: veꝝ poſtea principum illoꝝ ignauia. ſplendor ille romani imperij in obſcuras tene
bras conuerſus eſt. atqꝫ imperium quod annis centum ꝛ decem franci potiti fuerāt. demū in longobardos
deductum eſt. Poſtremo in germanos duce ottone heinrici regis filio tranſlatum eſt. Taliqꝫ modo in ger
manos romanū imperiū conſtat eſſe tranſlatum. atqꝫ vſqꝫ in preſens obſeruatur. Quod per varias man⁹
deductum. Nunc ad fridericum tercium ac filiū eius regem maximilianū per legitimā electionem deriua-
tum eſt. Quibus ſuprema in temporalibus eſt ex alto cōmiſſa poteſtas. vt bella feliciter pagant; pacē de-
corent. ꝛ reipublice ſtatum ſuſtentent. Ad quas res omnes populi. omnes nationes. oīeſqꝫ reges ac ꝑn
cipes. huic imperio libētibus animis ſe ſubmittent.

Anno mundi. 6153. Anno xp̄i. 954.

IOannes duodecimus papa romanꝰ. de via lata. p̄ris Alberici potentia fretus. pontificatum occupat. Octauianꝰ is q̄dem primo vocabat̃. Albericus eñ q̄dam romanꝰ ciuis potentiſſimus per factionē cū magnatibꝰ inuitam. p̄cꝫ vim clero ⁊ pp̄lo illatam filiū ſuū octauianū creari pontificē obtinuit Qui ioannes duodecimus appellatus ē. Is vitā nedū pontifici. ſ3 cuicūcꝫ priuato turpem in pontificatu duxit. Quippe q̄ p̄ter venationis (cui ſe totum dedit) leuitatē. mulieres palā habuit cōcubinas. Erant tū rome duo conſules ex nobilitate quotannis. q̄ ad vetuſti cōſulatus exemplar ſumme reꝝ p̄eſſent. Et p̄fectus ite ex nobilitate creatus pp̄lo ius dicebat. Ex plebe aūt creati ſingulis annis. xij. q̄bus de carconibꝰ erat appellatio. ſenatꝰ vicē conſilijs deliberationibus obtinebāt. Parebant vo romanis a q̄bus ingratus annuos accipiebant oēs vrbes ⁊ oppida vicina etrurie intra vrbeuentanū tudertinūcꝫ agros in vrbē vergentis. Et quicq̄d a neapoli ⁊ a marſis reatiniſcꝫ ad vrbē pertinet vlteriora p̄tim greci. p̄tim ſarraceni occupauerāt. Octauianꝰ itacꝫ potētia i ſatis libera ciuitate fretus. pontificiū munꝰ humeris ſuis nequacꝫ conuenientes ſibi deſummi. Hac q̄dem indignitate moti duo cardinales litteris ottonē obſecrant. vt clerū pp̄lmcꝫ romanū e manibus beregarij ioanniſcꝫ duodecimi vendicare conaret̃. aliter xp̄ianā fidem cū imperio peritură. Quorū ioannes vtercꝫ noīe. diaconus vtercꝫ dignitate. ⁊ ordine erat. Similesꝫ lr̄as ad othonem multi ytalie pp̄li ⁊ potentes domi nobiles dederūt. Interim dū otto expectaret̃ re p̄ indices patefacta. Joannes duodecimus iracūdia eiꝰ erat impotens excāduit. Et cardinales diaconos naſo vnū. manu alteꝝ mutilauit. hac obrem otto in ytaliā mouens vrbē ingrediēs a ioanne honorificentiſſime ſuſcipitur. coronaturcꝫ vt q̄dem tradūt. accepto germanie pannoniecꝫ titulo. Tranſlato tū primū ad germāos impio. alij a leone hoc factū exiſtimāt. Cōpoſito aliq̄ntulū ſtatu ciuitatis cū ioanne ſecrete collocutꝰ. eū a flagitijs deterrens. ad virtutem cohortabat̃. Verū cū nequacꝫ moueri e ſentētia vbis eum cerneret. ad minas conuerſus. Is iudiciū reformidās in ſiluis more fere aliquādiu delituit. Interim poſt paucos q̄ redierat menſes obijt. Et vt multi habent ſcriptores in adulterio deprehenſus. pontificatus ſui anno nono. menſe tercio. die q̄nto Eius vo in morte ſedes dies. 12. vacat.

BEnedictus quintus papa. patria romanus. ex diacono in ſeditione pōtifex creatur. ab his potiſſimū qui ioanni cognatione factionecꝫ cōiuncti fuerāt. Cū prius otto leonē electū cōfirmaſſet. pterui tū bñdictū in petri ap̄lo ſede. p romano pontifice locauerūt. Ea cū intellexiſſet otto non vltra vbis cōminationibuſcꝫ agendū ratus. primū omni agri ⁊ ditionis romanoꝝ ciuitates. ⁊ oppida pleracꝫ capi diripi ac magna expte vaſtari curauit. Romā exinde adeo dura preſſit obſidione. vt modiū furfuris p eam tempeſtatē triginta aureis venūdatū fuerit. tantiſcꝫ coangustatos malis romanos benedictū ottoni dederunt. ⁊ leonē acceperūt. Edomita romanoꝝ proteruia. otto in germaniā reuerſus benedictum apud hamburgā relegauit. vbi poſt paucos menſes vita eſt functus Vixit aūt in pontificatu menſibus ſex dies quincꝫ. Sedes deinde diebus viginti vacauit.

LEo octauus papa. ciuis ⁊ latronenſis eccīe p̄thoſcenarius a clero pp̄lo cꝫ romano ex̄pulſo ioanne pōtifex creatus añ bñdictū. quē otto in ſede petri ꝯfirmauit. q̄ cū furētes romani ⁊ paſſione obcecati eiecisſent. agentē imperatorē ſpoleti adijſſet Otto eos vi ⁊ armis ꝯpulit leonem ſuſcipe. q̄ ſtatum romanoꝝ inconſtantiā pertesus auctoritatē oem eligendi pontificem a clero populocꝫ romano ad impatorē trāſtulit. Leocꝫ p̄iter vix ad terciū menſem q̄ reſtitutus fuerat ſuperſtes fuit. Anno eñ p̄mo. menſe quarto morit̃.

IOannes. xiij. papa. narnieñ ep̄s. p̄ria rōnus p̄e ioāne ep̄o leoni ſucceſſit. quā petrus vrbis p̄fecꝰ capitali odio pſecutꝰ ē. Acceſſitꝰ autē Jofredꝰ in cāpaniā comes potens armatis ſtipatꝰ. ioannē in pōtificem lateraneñ cepit. pduxitcꝫ i adriani molē. quā tūc ſic ⁊ nūc caſtellū ſancti angeli appellabāt. pōtifexcꝫ ibi aliq̄t cuſtoditꝰ diebꝰ in campaniā ductꝰ eſt ad iofredi libidinē retinēdꝰ. Verꝫ interfecto iofredo eiꝰ q̄ vnico filio a ioāne capuano p̄ncipe. pōtifex xj. mēſe ſui exilij romā ꝑpere redijt. otto cognita pōtificis calamitate romā perueniēs ꝯſules p̄fectū cū decarchonibꝰ i vincl'a coniecit. Inde cū otto ſenio ꝯfectꝰ obijt. nō multo poſt ioānes pōtifex ſexto pontificatus ſui āno. menſe. xi. die quinto ſubſecutus eſt.

BEnedictꝰ ſextꝰ papa p̄ria rōnus ioāni i pōtificatu ⁊ calamitatibꝰ ſucceſſit. q̄ ⁊ ipſe a cincio cinerōno. ⁊ q̄dē ꝑpotenti i caſtellū ſcī. angeli truſus. eo in loco nō multo poſt ſtrangulat̃ vel vt alij hñt fame morit̃ anno p̄io. mēſe ſexto ſui pontificatus.

Linea ſummoꝝ pontificū

Joannes duodecimus



Benedictus quintus



Leo octauus



Joannes terciuſdecimus



Bñdictus ſextus



Linea iperatorꝝ

Otto primus



OTto primus germanoꝝ imꝑator. heinrici regis nobilis heres in regnū succedens. Anno salutis. 962. poſtq̄ in germania decē ⁊ octo annis regnauit imꝑator a pontifice declaratus. imperauit annis. xij. primo in palatio aquiſgrañ. a hildiberto archiepo magūtino prim⁹ coronatus. Vir vtiq̄ xp̄ianiſſim⁹ ⁊ eccle romane amator atq̄ acerrimus defenſor. Qui domito boleſlao boemoꝝ duce poſt liberatū ludouicū francie regem pacē regno dedit. Eodem⁊ q̄ tpe Vgo magnus comes pariſienſis q̄ ſororē otton is in mſimonio hēbat. Ludouico regi francie iterato inimicari ceperat. qḋ cū intellexiſſet otto ne continendo in fide ſororio ſatis ꝑ nūcios litteraſq̄ ꝓficeret. ſecūda expeditione in franciā delatus ipē cōpeſcuit. ⁊ regi parere ac ſubeſſe coegit. Dux quoq̄ giſilbertus q̄ regis ottonis ſororē habebat in vxorē aduerſus francos vt hoſtis ad andernacū ꝓceſſit. vbi a francis victus fugiens in reno ſubmergitur. Rex aūt belgicā ingreſſus totā in deditōnē redegit. poſt hec rex ludouicus viduā giſilberti vxorē in cōiugem accepit. hungari quoq̄ ſiue q̄ꝛ vicinos ꝯtiguoſq̄ bohemos ab ottone domitos ac ſubactos indigne ferrent ſiue q̄ꝛ illum francie expeditionibus occupatū min⁹ reſiſtere poſſe crediderint. impetū in germaniā fecerūt. atq̄ ſup licum fluuiū ꝓpe ciuitatē auguſtā cōſederūt. Quibus otto ꝓcibus vdalrici ſanctiſſimi illius vrbis epī motus occurrit. Duxit vero in illos magna ſpe. nec minori cōfidentia plenus otto. ⁊ paribus animoꝝ ardoribus paribuſq̄ hincinde odijs ꝑlio. qḋ aliqḋ diebus ꝑ ſolas noctes intermiſſe fuiſſe ferūt. decertatū ē. Quāq̄ vo ottoni ⁊ germanis victoria ceſſerit cruētiſſima. Cecidit eīn in eo ꝑlio gener regis cōradus ⁊ dux wormacienſis. hūgari tamē nō fuſi ſuꝑatiq̄ potius q̄ꝫ pene ad internitionē ceſi fuerūt. Adeoq̄ tūc eneruata ē potentia hungaroꝝ vt multis poſtea tpibus ſe cōtinuerint. Tres in eo prelio reguli ad poteſtatem ottonis viui ꝑducti ſunt. quos germani ottone etiā vt ꝓhiberet adnitēte. laqueo in hungaroꝝ dedecus ſuſpēſos necauerūt. Ea tot tantarūq̄ diu ⁊ multis ꝯtinuataꝝ i loc͛ victoriaꝝ. ottonis fama rōnis ytaliſq̄ ſuaſit. vt cū berengarij albertiq̄ filij. tum etiā ceteroꝝ ytalie tyrannoꝝ malis finē quererēt. ottonē orauerūt vt romanā eccłiam liberaret. Moturus germania otto filiū ex alunda vxore ſuſceptū ottonē nomine annū etatis ſeptimū agentē in germanie regē apud aquiſgrañ. coronauit. Ottoni rome appropinquāti romanos obuiam effuſos fuiſſe. illūq̄ triūphi apparatibus in vrbem deduxiſſe multi cōcordant ſcriptores. Ioannēq̄ duodecimū ottonem in ceſarem romanūq̄ imꝑatorem auguſtum coronaſſe. Alij eā coronatōem leoni octauo attribuūt. quā opinionē Gracianū in decretis ſecutum fuiſſe videmus. Inde cum ioanne multis inſtitit vt a flagitijs temꝑans vitam pontifice dignā duceret. Et cū ſuaſiones paꝝ prodeſſe intelligeret. epiſcopos ytalie cōuocari curauit. Sed pertinax in turpitudine ioannes roma fugiens in montibus delituit. Cū magnus ad imꝑatorem cōcurſus factus. efflagitatūq̄ eſt vt quēpiam ille dignū ponteficē deſignaret. otto modeſtia vſus electū ſe iubente a clero ⁊ populo leonē cōfirmauit. quo facto ⁊ rebus vrbis rome cōpoſitis otto ſpoletū acceſſit. Is quoq̄ grecos in apulia ⁊ in calabria ſuꝑauit. Et romanoꝝ imperiū ad frācos orientales reduxit. atq̄ in goſlaria ſaxonia argentifodinas inuenit Madeburgam vbi ſepultus eſt ornamentis plurimis decorauit. ⁊ metropolim fecit. denarij item ab eo ottolini vocati in ytalia conſtituti ſunt. Alia inſuper facinora laude digna inuictiſſimus hic imꝑator ſtrēnue geſſit. Erat eīn mitiſſimi ⁊ ſingularis clementie homo. Suſcepta itaq̄ imperij dignitate ſingulis ꝓpe annis ex germania in ytaliā veniebat. Tandē ottonem filiū admodū ſenex rome imperij conſortē fecit. Quo facto in germaniā ꝓfectus. ſenio ꝯfectus. vitē ne morit͛. Cui⁹ corp⁹ in madeburg germanie vrbē delatū. in tēplo ſcti mauricij qḋ ipē ſumptuoſiſſime conſtruxerat ſepelitur.

HErūt multa ꝓdigia tū ytalia apparuiſſe. Nā ⁊ lapis de celo mire magnitudinis cecidit. ſeuiente vētoꝝ ⁊ hymbriū ꝓcella. Et in veſtib⁹ multoꝝ ſignū crucis ac q̄dē cruēte diuinit⁹ apparuit. q̄ q̄dē portenta indicare magnas clades ⁊ calamitatē eccleſie multi interpretabantur.

SCiſma quoq̄ decimū ⁊ vndecimū ſuſtulit otto magnus imperator. depoſito eīn ioanne cū populus ac clerus ro. leonem creaſſet. abſente ottone a conſanguineis ioannis leone eiecto benedictum ſubrogarunt. Indignatus otto coegit romanos abrogato benedicto leonē ſuſcipere.

Cometa



ECliſim horribilē ſol paſſus ē die veneris hora diei tercia. q̄ die in hyſpania Addamaram rex ſarracenoꝝ a Radamiro xp̄ianiſſimo rege gallicie in bello ſuperatus eſt.

IN ytalia cometes mire magnitudinis apparuit protendens famē. q̄ ſecuta eſt. Rexq̄ otto corpus ſancti Innocentij in vrbe madeburgā tranſfert. anno quoq̄ ottonis. xxxij. comes quidem eius familiaris rome a dyabolo arrept⁹ vt dentibus ſe diſcerperet ad ioannē. xiij. papā deductus. vt cathena ſancti petri in collo circūdaret. fallaces clerici aliam cathenam adhibuerūt. cū nihil remedij ſentiret allata cathena qua petrus a nerone ligatus fuerat collo appoſita dyabolus ſpumans ac clamans abſceſſit. Theodoricus metenſis epiſcopus arrepta cathena. niſi abſciſa manu. ſe non dimiſſurum ait imperator. ad ſedandam litem a papa ioanne obtinuit. vt anulum huius cathene exſectū epiſcopus obtineret. id ſummo honore obſeruauit.

Madeburga. olim parthenopolis a venere parthenia appellata: q̄ ibi colebat̄. Et vrbs v̄ginū dicta.
metropolis ac p̄maria ſaxonie vrbs. ad albim fluuiū ſita. Is fluuius in montib⁹ exoriens. qui bohe
miā morauiamq̄ꝫ diſterminat. Et ꝓuinciā mediā ferme perlabit̄. p̄mo in occidentē. deinde in ſeptētriones
verſus. vt ꝓuinciā relinquit p̄ anguſtias montiū ꝛ abrupta ꝯualliū p̄ceps ſaxoniā petit. quā duas in par
tes dirimens Madeburgā vrbem magnā alluit. Deinde in occeanū fertur. vbiq̄ꝫ a rheno flumine eq̄ terra
rum ſpacio diſtans. nō minorē illo plabēs agrū. Neq̄ꝫ romani albim ip̄m (vt Strabo tradit) trāſcenderūt
quē pleriq̄ꝫ germanie terminū ſarmacieq̄ꝫ quondā dixere. Hec inclita vrbs impatoꝝ pontificūq̄ꝫ honeſta
ſedes. Tres in p̄tes diuiditur. Eſtq̄ꝫ munita menib⁹ ac propugnaculis. turribus quoq̄ꝫ ac foſſatis excel-
lit. In eaq̄ꝫ ſunt magnifice dom⁹. ꝑpolite platee. ampla ꝛ ornatiſſima tēpla. Carolus q̄ꝫ magnus nobilem
ep̄atum ibi ordinauit. Confecto em̄ longobardoꝝ bello: potentiſſimo rege capto. nullā morā interponen-
dam putauit. q̄n in galliā cōfeſtim rediret. Saxonicū q̄ppe intermiſſum bellū eū domū reuocabat. ſaxonū
gens longe maxima erat ac etiā bellicoſiſſima pene germanoꝝ oīm. hi falſos colentes deos. cū neq̄ꝫ diui-
ni neq̄ꝫ humani iuris quicq̄ꝫ penſi haberēt. nihil eque ac religionem noſtram. homineſq̄ꝫ ei deditos ode-
runt. Proximi erant francis. cum quibus continenter bella gerebāt. Hec palma cum carolo magno qua-
ſi diuino munere reſeruata videretur. Sic renouatum eſt cum ſaxonibus bellum. Quo nec maius vllum
nec grauius diuturniuſq̄ꝫ a carolo geſtum fertur. Tres enim ꝛ triginta annos cum ferociſſimis gentibus
certatum conſtat. Tandem penitus ſaxones debellati. ſe ſuaq̄ꝫ omnia poteſtati caroli permiſere. Victis im
poſite leges vt patrijs ceremonijs. falſiſq̄ꝫ dijs poſthabitis xp̄ianam fidem profiterentur. magnū numeꝝ
obſidum darēt. modicis terminis ſepti. Erat autem carolo in bellis gerendis hic primū prepoſitus finis.
vt xp̄iane fidei legem. quantum in ſe eſſet extolleret. ideo purgata ſaxonia decem epiſcopatus in ea inſtitu-
it. ſedes prima pōtificalis ab eo fundata. eccleſia Oſnaburgeñ. ſuper haſam fluuiū in honore petri q̄ꝫ ſum
me coluit. Secunda halberſtadeñ. in honore ſancti ſtephani. que prius ī Oeſterwick fuit. Tercia myndē-
ſis ſup̄ weſarā fluuiū in caſtro wedekini. Quarta bremenſis in honore ſancti petri ſuper weſeram. Quin
ta padebornenſis fundata in honore beatiſſime virginis marie. Sexta verdenſis in loco fardan dicto ſu-



per alerani fluuium. Septimā monaſterienſis in honore ſancti pauli. Octaua hildenſemēſis quā carolus primū in aulica ſundauerat. morte preuentus incompletam reliquit. Nona bambergenſis in bāmonis id eſt iouis caſtro. que olim aquilonarium caput fuit. Decima ſedes epiſcopalis celeberrima eſt Madeburgēſis in honore diui mauricij fundata ſuper albiam in parthenopoli quondā partena dicta. Ea tamen a carolo magno inſtituta fuit primo in Styde ſuper dominio comitum de Swalenworch. qui nūc de lippia appellantur. deinde traſlata ad valerſleue. poſtea ad vreſe. Tandem per Ottonem primū imperatorem glorioſum anno ſalutis triceſimo ſupra nongenteſimū ad Madeburgam mutata. Et eius auſpicio in primatū alemānie ſublimat. Cui primus epiſcopus prefuit ſanctus Adelbertus. vir omniū virtutum plenus. habz hec vrbs inſignis in honore ſancti mauricij ex quadrato lapide templum ornatiſſimū. ottonū ceſarum nobile opus. Et in eo ſancti florentij corpus. Credunt quoq; vnam e ſex ydrijs ibi eſſe. in quibus vinū ex aq̄ factum. a domino ſaluatore euangeliſtarum tradit hiſtoria hanc plebibus oſtendunt. materia marmorea e ac perlucida. vini capax quantum equus ferer poſſit. Alteram ⁊ minorem apud hildemenſes eſſe affirmāt Vexillum quoq; ſancti mauricij hic quotannis oſtēditur. magiſtratus vrbis ius ciuile romanorum abbreuiatum ⁊ ſaxonica lingua conſcriptum. non ſine reuerentia cuſtodit. quod magni caroli auctoritate firmatum tradunt. Eoq; in deciſione cauſarum vicine genteſ recurrūt. magna ⁊ venerabilis earum legum auctoritas habetur. Extat in ea ymago perpulcra Rolandi. qui caroli ex ſorore nepos fuit. Preſtans fortitudine vir. Et poſt ingentem hoſtium cedem in prelio cū de hiſpania victa exercitum in galliam reduceret. a vaſconibus interijſſe dicitur. Hic eſt Rolandus quem (vti fama eſt) tempeſtate ſua corporis robore ⁊ animi magnitudine. longe ceteris alijs preſtiſſe. Cuius fortia facta per vniuerſum orbem celebrantur.

## Madeburga



Anno mundi. 6173. Anno xpi. 974.

Linea summoꝝ pontificū

Bonus secūdus



Bonifacius septimus



Benedictus septimus



Joannes decimusquart⁹



Joannes quintusdecim⁹



DOnus secūdus. patria roman⁹. bñdicto pontifici surrogatus. Hic multe modestie ꝛ integritatis fuit pontifex. Et si nihil in pontificatu gessit quo magnope laudaret. Non tñ vel aliqua iniuria affect⁹. vel ignominia annotatus ē. Anno aūt pontificatus sui primo morit. Et in basilica petri sepelitur. diebus tantūmodo duobus sedes tum vacat.

BOnifacius septimus papa. cui⁹ pr̄ia ꝛ cognomē ob ignobilitatē reticet Hic cū malis artibus pōtificatū adeptus fuisset. male etiā amisit. Nam iniuto mgr̄atu cōspirantib⁹ simul bonis ciuib⁹ relinquere vrbē coactus. Indeqꝫ recedens p̄ciosissima queqꝫ e basilica santi petri. subtrahēs. cōstantinopolim ꝯfugit. vbi tamdiu substitit quo ad diuendit is q̄ sacrilegio abstulerat. magnam vim pecuniaꝝ cōparasset: q̄bus tanq̄ adminiculis occupande tyrannidis fretus. vrbem repetit. ciues romanos largitione corrupturus. Obstabāt conatibus suis viri boni. maxime vo ioannes diacon⁹ cardinalis. quē captū adiuuantibus q̄busdam p̄niciosis hoībus oculis statim priuauit. atqꝫ ip̄e tantoꝝ maloꝝ auctor siue timore siue penitētia patrati sceleris in seditione turpit vitam finiuit. Vixit aūt in pontificatu mensibus septē. diebus quinqꝫ. vacat tum sedes dies. viginti.

S. Udalricus ep̄us



UDalricus ep̄s augusteñ. ex clarissima comitū de dillingen prosapia ort⁹. In cenobio sancti galli enutritus. q̄ litteris ac diuino cultu instructus. cum ꝛ habitū religionis optasset. ab inclusa admonitus ne faceret. Cū eū futurū ep̄m deñūciaret. a cōsanguineis deinde ep̄o adelberano tradit⁹. Tandē diuino nutu in ep̄m ꝓmotus. totū se diuine contemplationi ac restaurandis ecclesijs dedit. q̄ suis v̄tutibus ac orationib⁹ mira gessit. in hūgarica expeditōne p̄cipue cū otto imperator eos vicit. Amisit quoqꝫ in eo bello diopoldū frēm ꝛ regniboldū filiū soror. Inde ecciam diue affre instaurās ac eccl'iam sancti ioannis ac stephani. Tandem post multas patiētie coronas anno domini nōgentesimo septuagesimotercio. Etatis vo octuagesimotercio. Sacerdotij q̄nquagesimo migrauit ad superos. inter sanctos relatus. Sepult⁹ a diuo wolfgango ep̄o ratisponēsi i eccl'ia sancte affre. fuitqꝫ sc̄titate ac miraculis clarissim⁹

BEnedictus septim⁹ papa. pr̄ia roman⁹. Statim inito pōtificatu synodū Remensem celebrauit. vbi gilbertū seditiosum virū ꝛ nigromanticū dānans. arnulphū ep̄m ab ip̄o gilberto pulsum in integrū restituit. Hic annuēte ottone sene ottonē eius filiū cū theophonia vxore in lateranēsi eccl'ia coronauit. Vir autē optimus instabat vnūquēqꝫ rogando vt in creando impatore rei publice xp̄iane cōsulerent. Moritur pontificatus sui anno octauo. mēse sexto. Vacat atqꝫ sedes diebus quinqꝫ.

IOannes decimusquartus papa. pr̄ia roman⁹ vel (vt nōnulli volūt) papiēsis bñdicto surrogatus. Hic post assumptū pontificatum mēse tercio a romanis capit. Et in mole adriani. vt in publica custodia inclusus. Ibi tamdiu pedore carceris inedia et molestia animi maceratur. quoad vitam turpiter finiuit. Quo mortuo ꝛ in basilica petri sepulto. cessauit papatus dies decē. Benedictus ne pontificatu fuerit. vel ob impotentiā ꝛ tyrannidē vt quidā coniectāt vel ob inuidiam maliuoloꝝ ꝛ seditiosoꝝ quorundam haud satis constat adeo sunt confuse istorum tempore historie.

IOannes. xv. papa. pr̄ia roman⁹. p̄re leone p̄sbitero ē regiōe galline albe pōtificatū adept⁹. miro odio in cleros exarsit. vñ ꝛ merito ab ip̄sis cleric odio hit⁹ ē. maxīe vo q̄d diuia hūanaqꝫ oīa cognatis ꝛ affinib⁹ suis elargiebat post hito dei honore ꝛ rōne sedis dignitate. quē certe errorē ita posteris tradidit. vt ad nr̄a qꝫ tp̄a puenisse cernimus. His deniqꝫ errorib⁹ ac rapacitatib⁹ inuolutus deo volēte morit. octauo pōtificatus sui mēse. Sepeliturqꝫ in basilica petri.

S. Cōradus ep̄s



COnrad⁹ q̄z ꝯstancieñ ep̄s p̄ id tp̄s ꝛ ip̄e religiōe sc̄titateqꝫ ac doctria atqꝫ alijs v̄tutib⁹ insignissimus fuit. Is ex nobilib⁹ i germania ort⁹ pentib⁹. lr̄is erudit⁹. a notbingo ep̄o ꝯstāciēsi auditor cāꝝ inde p̄posit⁹ effect⁹. p⁹ ei⁹ obitū a. s. vdalrico ac clero i ep̄m elect⁹. inde ecciam ꝯstācie ꝛ duas añ portā ꝯstruī fec. Et cū tercia vice hierosolimā petijsset. i eccl'ia. s. mauricij sepulcꝝ dn̄i adistar hierosolimitam ꝯstrui fec. Celebrās i die pasce araneā i calice delapsam cū fiducia sūpsit. q̄ p⁹ea hora prādij sine lesione de ore ei⁹ exiuit. Plen⁹ tandē dieꝝ p⁹ varia miracl'a obijt. vj. kal. decēbris. Episcopatus sui anno. lxij.

**Linea iꝑatoꝝ**
Otto secundus



Otto secūdus imꝑator. quē ꝫ otto magnꝰ pr̄ impij̄ cōsortē fecerat. quē etiā
pōtifex cū theophania vxore i lateranēsi eccīa coronauerat. anno domi
ni. 975. solus imꝑare cepit. Vir qdē ꝛ ipe optimꝰ ꝛ eccīe ro. acerrimus defen
sor. Qui cū esset vir strenuus añ acceptū imꝑiū pacem regno grecoꝝ dedit. Et
theophaniā ioannis ꝯstantinopolitani imꝑatoris sororē in m̄rimonium acce
pit. Nam otto pr̄ filiū ottonē re i sarracenos grecosqꝫ bñ gesta, reuersum ꝯsor
tem imperij asciuit. Voluitqꝫ in iꝑatorē a romano pp̄lo ex prisca ꝯsuetudīe
acclamari, quē pontifex inunctū imꝑiali diademate insigniuit. Hic post mor
tem pr̄is in germaniā rediit. Et heinricū bauaroꝝ ducē sibi rebellem domuit.
Sed dū ea occupaꝛ expeditōe otto imꝑator. Lotharꝰ rex frācoꝝ in lothorin
giā copiosum ducens exercitū, eā romani imperij ꝓuīciaz occupauit. Et aqsgrañ. delatus agros populatus ē. in quē cū otto ex bauaria duxisset exercitum
Lothoringia in potestate facta. Lotharius in ꝑisius est reuersus. ottoqꝫ in frā
ciam ingressus laudunensiū suessionūqꝫ agros vastatis. parisioꝝ qꝫ suburbia i
cendit. Dū in patriā copias reducit. apud auxonā fluuiū nō nihil incōmodi ac
cepit. Deinde vo cōparato maiore exercitu in ytaliā ꝫ basiliū ꝛ constantinū imꝑatores grecoꝝ Joanni ge
nitori defuncti suffectos veniēs. qui iam calabriā ꝛ eas ꝑtem ytalie occupauerāt q̄ ad siciliā vgit. apud ba
sentellū supꝰatus. otto imꝑator fugiēs cum repente ad litus scaphe se cōmisisset a pyratis quis esset igno
rantibus interceptus ē. in siciliamqꝫ ꝑductus. ꝫ ibi agnitus. sese ꝓmissa siculis ingenti pecunia liberari. ro
māqꝫ ꝑduci obtinuit. Et de pyratis sumptū ē a siculis suppliciū. Cuz romā ꝑuenisset otto ꝑquirēdis ꝯgre
gandisqꝫ fracti exercitus sui reliquijs diligenter opam impendit. Et qꝛ copiaꝝ ꝑsidio destitutus. in deserto
res signoꝝ romanos animaduertere nō auderet. Irā in beneuētanos exercuit vrbē capit ꝛ incēdit. Trālla
to inde sancti bartholomei corpore romeqꝫ in insula tyberina collocato. Eo loci maxime q̄ olim iouis bo
stia lycaonia dicebaꝛ. Ferunt ottonē beneuento deleta in vrbez romā reuersum de quibusdā sumpto suppli
cio. nō multo post translatum sancti bartholomei corpus rome mortuū. Et in vestibulo. b. petri (qd̄ para
disum vocant) labro porphiretico. qd̄ adhuc introeūtibus ad leuā apparet honorificentissime sepultū reli
cto ottone tercio filio successore ac adelisia filia. Alarani montis ferrati marchionis vxore.

Bruno episcopus



Eduardus rex



Ludouicus rex



Odiolo abbas



Alpharabius phūs



Thedaldus comes



Bruno Coloniensis eps. Ottonis p̄mi germanꝰ
ob vite sanctitatē maximo in p̄cio habitus est. q̄
p̄ter doctrinā ꝛ sctitatē mōsteriū celeberrimū apud co
loniaz sb̄ titulo btī panthaleonis martyris fundauit.
ac maximis impēsis tandē ꝑfecit. Is post wifridū ar
chiepatum coloniēsiū suscepit. Huiꝰ opa a roma co
loniā corpa sctōꝝ Elysij. patrocli cū bacho sancti petri
translata sunt.

Odiolo post maiolū sctm̄ abbatē cluniacensem q̄
in cluniaco magnū sui apud posteros vita ꝛ mi
raculis exemplū reliquit. Hac tempestate floruit. q̄ ex
clerico bernacensi in mōachū ꝓfessus cluniaci fit ab
bas. Qui rexit monasteriū ꝑ annos. lvi. miro religio
nis feruore. Qui inter cetera sue sctitatis memorāda
cōmemoratiōnē oīm defunctoꝝ post festū oīm sancto
rū in burgundia primū adinuenit ꝛ instituit. Qd̄ qdē
sctm̄ institutū ad oēs eccīas ioannes. xvi. pontifex
obseruandū trāmisit ꝛ approbauit. Is anno incarna
tionis. 1048. nocte circūcisiōis spm̄ btm̄ reddidit deo.

Eduardus angloꝝ rex. Et ipe tū regno tūqꝫ sctī
tate clarissimꝰ extitit. qui postea nouerce sue do
lis ac fraudibꝰ interfectꝰ. martyrij palmā adeptꝰ. mi
raculis claruit multis.

Alpharabiū natōe arabū insignē qdē phm̄ his
dem tpibꝰ viguisse multaqꝫ scripsisse tradunt de
qbus etiā pauca apud latinos hn̄tur cōmentaria.

Ludouicꝰ q̄rtꝰ eiꝰ nōis frācoꝝ rex ꝛ vltimꝰ ex ca
roli magni genere natꝰ. pꝰ lotharium frācis regre
cepit. cū nullos ex blāca hūit filios. hugoni strēnuisse
militi ex testō regnū. ꝛ vxorē donat. Cuiꝰ genealogia
ac posteritas nūc apud francos regnat.

Thedaldꝰ Canusij regiēsis oppidi comes atho
ne p̄re comite defuncto successit. Vir aīo ꝛ rebꝰ
bñ gestis insignis. Cuiꝰ ob merita pōtifex ioānes ferrariā ytalie vrbē eidē possidendā ꝯcessit. Qui ceno
biū i agro mōtuano celeberrimū i honore diui bn̄dicti fundauit. Qd̄ postea gloriosa matildis. filia eiꝰ ce
leberrime ꝑfecit magnis adhibitis ornamentis ꝛ predijs.

IOannes ſextuſdecimus.papa natione roman⁹.pōtificatū iniſt ottone im/perāte.ſ nō dum coronā imperij adepto. fuit aūt vir tante doctrine vt multa ꝛ quidē eleganter ediderit. Agitatus deinde ſeditionib⁹ a creſcētio conſule romano impiū vrbis ſibi vendicare conante.cupiditati bonis cedēs. exulatū in hetruriā abijt.at vo creſcenti⁹ cognita Joannis indignatione.q̄ ottonē contra ſe cū exercitu in ytaliā vocabat.ipſius pōtificis cognatos ꝛ amicos q̄ in vrbe remanſerāt.ad hoīem mittit rogatum.vt omiſſa accerſendi ottonis cura.ad vrbē cū ꝑtāte redeat.pollicetur q̄ ſe ei in oībus obtemꝑaturū. Precibus igitur ſuoꝝ ꝑmotus ad vrbē veniēs.ꝓdeūte obuiā creſcentio cū oībus mgr̄atibus ꝛ vrbana multitudine. Et creſcētius cū vniuerſis ſeditioſis petita venia pedes pōtificis exoſculati ſunt.atq̄ ita in ꝯcordiā redacti vitā ſilr̄ cū q̄ete i finē traduxere. Moritr̄ aūt pontificat⁹ ſui anno.x.mēſe.vi.die.x.vacat tū ſedes dieb⁹.vi.

GRegorius ei⁹ noīs q̄ntus natione ſaxo.pr̄e ottone.Bruno añ vocatus. ottonis tercij auctoritate ob cōſanguinitatē pontifex creatur. Uerū ottone in germania exīte ſeditionib⁹ romanoꝝ ꝛ potiſſimū creſcentij cōſulis exagitatus.in etruriā ꝑmo.mox i germaniā ad imꝑatorē confugit. Quo abſente interim romani creſcentiū.denuo cū ſumma poteſtate ꝯſulē decernūt. Qui ſtatim ioannē natione grecū ep̄m placentinū nō min⁹ pecunioſum q̄ doctū pontificē creat. Cui⁹ nomē q̄dā ſupprimūt alij decimūſeptimū vocant.at creſcētius cognito ottonis cū magno exercitu ad vrbē aduentu. menia ꝛ portas q̄ dili/gentiſſime firmat. Molē adriani munit hinc poſtea creſcentij arx appellata eſt Superueniēte deinde imꝑatore vrbē oppugnare adorto populus roman⁹ cum neq̄ tātis copijs par eſſe poſſet.clemētia ottonis fret⁹ germanis portas aperit. Tū creſcenti⁹ ꝛ ioannes ꝯſilij ꝛ auxilij inopes in arce hadriani cōfugiētes ſe ſe acriter ꝯ hoſtes tuebātur. Uerū ꝓpoſita ſpe venie.dū ex arce ad imꝑatorē ſe ꝯferūt.multis vulneribus a multitudine creſcētius ꝯfodit. ioannes autem effoſſis ꝑus oculis pōtificatu ſilr̄ ꝛ vita priuatr̄. In priſtinaq̄ ſedem gregori⁹ vndecimo mēſe q̄ pulſus fuerat reſtituitr̄. Is cognita imꝑij imbecillitate ſanctionē retulit de imꝑatore eligendo.vt ſtatim patebit infra. Tandē ſecūdo pōtificatus ſui anno.mēſe.v.moritr̄. Uacat tum ſedes diebus.xv.

IOannes decimuſſeptim⁹ placētin⁹ ep̄s.vt dixim⁹ potētia creſcētij roma/ni cōſulis fret⁹.quē pecunia corrūpiſſe creditū ē.tp̄e gregorij q̄nti ꝑ factionem pontificatū occupat.quā pecuniā e cōſtantinopoli detulerat.ſciſma igitur xij.fuit inter iſtos pontifices. Uerum breui tp̄e durauit. Nā cū ignominia moritur decimo vſurpati pōtificatus menſe.vacat tum ſedes dies viginti.

SIlueſter ſecundus papa natione gallicus. Gilbertus antea vocatus. hic malis artibus pontificatum adeptus eſt. Adoleſcens em̄ ꝛ floriacēſi cenobio in aurelianā dyoceſi poſito.cū monachus eſſet relicto monaſterio ſe totum diabolo tradiderat. hyſpalim ciuitatem hyſpanie bonarum artium cauſa peruenit. Ubi cum doctrine cupidus eſſet.qua in re tantū profecit.vt breui optimus ꝑceptor euaſerit. Et vt ferunt ottonē imꝑatorem ꝛ Robertum regē francie.ac alios inſignes ꝑclaroſq̄ viros habuerit diſcipulos. Igitur ambitioſe ꝛ dyabolica dominādi cupiditate impulſus largitione primo archiepiſco/patum remenſem inde rauennatum adeptus.pontificatū poſtremo maiore conatu adiuuante diabolo conſecutus eſt. Hac tamē lege vt poſt mortē totus il/lius eſſet. Imꝑatoreq̄ non vt philoſophū ſed vt peſſimū magū cōſecrari fecit. Sciſcitatus dyabolū q̄diu in pontificatu victurus eſſet. Reſpondit. Si non attigeris hieruſalem diu viues. Dum itaq̄ pontificatus ſui anno quarto.mē/ſe vno.die decimo. In baſilica ſancte crucis in Hieruſalem rome ſacrificaret. fato ſe moriturum ſtatim cognouit. Unde penitentia motus. Et errores ſuum corā populo faſſus. Et oēs primo poſt habita ambitione.ꝛ diabolicis frandibus ad bn̄ viuendū adhortatus ē. Deinde vnūquēq̄ rogauit. vt poſt mortē corp⁹ ſuū mēbratim detrūcarēt diſiectū ꝛ laceratū.ſup currū imponerēt.eoq̄ loci ſepelirēt q̄ ſpōte ab eq̄s vectū foret. Ferūt itaq̄ dei nutu ꝛ ꝓuidētia vt ſcelerati diſcant apud deū locum venie ſibi relictum eſſe.ſi in vita aliquādo penituerint.equos ipſos ſponte ad lateranenſem baſilicam perueniſſe. Eoq̄ loci ſepultū in corpus fuiſſe.

Anno mundi.6203. Anno mundi.1004.

IOannes ei⁹ nominis decimuſoctauus papa. Cui⁹ cognomē et patria ob ignobilitatem ignoratur.quarto mēſe die vigeſimo poſt initium pontifi/catum moritur. Unde ob breuitatem pontificatus. nil ab eo vl̄ a quopiā alio geſtum memoria dignū ſcribitur. niſi q̄ illo quinquemeſtri pontificio multa prodigia apparuere futura mala indicantia. Uiſus ꝛ cometes. et terremotus multe vrbes concuſſe.

Linea ſummoꝝ pontificū

Joannes ſextuſdecimus



Gregorius q̄ntus



Joannes ſeptimuſdecim⁹



Silueſter ſecūdus



Joannes decimuſoctau⁹



Linea iperatoꝝ



OTto tercius. ſecūdi ottonis filius impator. ãno nongenteſimo octogeſimoquarto admodū puer pr̃i in regnū ſuccedēs. impauitãnis. xviij. Hic a parentibus in v̄tutibus oĩbus eccieq romane defenſione nō degenerās bella multa, etiã cū gloria ingenti cōfecit. Cū aūt poſt obitum ottonis ſecūdi de nouo impatore creãdo cōſultatio haberet. Et alij ottonē terciū ſecundi filiū. Alij henricū bauarie ducē primi ottonis ex fratre nepotē expoſceret. Inſtarētq ytali qdam vt creſcentio numentano res cōmitteret. germani ſtatim q tū freqntes rome aderāt ottonē terciū delegere. pōtifex aūt ne ſeditio aliqua oriret germanoꝝ ſententiam approbat. q poſtq impator creatus fuit. priuſq romã peteret ad cōponēdas germanoꝝ res. xj. ãnos cōſumpſit. Inde romã pfectus a gregorio ex ſaxonū gente cōſanguineo quē obtinuit pōtificē declarari. breui poſt imperij romani bn̄dictionem diademaq accepit. Eiuſq facti celebritate finita Otto impator archãgeli michaelis edem. q ē in gargano mōte. votis ſe exoluturus q pridem emiſerat inuiſit. inde romã reuerſus breui ſe cōtulit i germaniam. Tulerãt iniquo animo gregorij factã creationē quare vix dū exceſſerat italia otto. gregorius minis et maledictis exterritus impatorē adijt i germaniã deſidentē intellexerūt romani futuꝝ vt impator furens romã rediret. Ideo creſcentiū cōſulē creauerūt. Venit interim otto 7 magnis fretus quas adduxerat copijs vrbem pene in circuitu obſedit. pplus pacē impatoris ſupplex orauit. germani admiſſi. Et ioannes pontifex atq creſcentius in ſancti angeli arcē ſe abdiderūt. 7 cū ad impatorē ſe pferrēt exeūtes, i medio itinere intercipiūtur. 7 creſcētius eueſtigio cōfeſſus. Ioānes oculis orbatus ē vt pmiſſum fuit. tūc gregorius qntus ad vndecimū quã abierat mēſem reſtitutus. acerrimã de accepta a romanis iniuria vltionem ſumpſit paulo poſt eã fecit de impatoris electiōe ſanctionē. quãuis etiã pauca de vltimis ottonib' hiſtorici ſcribãt tam feroces v̄o tamq mirabiles fuerūt. vt vnus pallida mors ſarracenoꝝ vel ſanguinarius alter mirabilia mūdi cognominari meruit. De eis qdam ſcribit. Otto poſt otto regnauit tercius otto. Tandem ytalia pacata cū in germaniã redire decreuiſſet rome veneno intoxicatus obijt. Ei' corpus in germaniã reportari pcepit. vt in maioꝝ ſepulcro inferret. Certū eſt eīn romanos q ottonē ob factã eo impellente de impatoris electione ſanctionē oderent. cū ferro armatis munitū neqrent cōfodere. veneno interfeciſſe. Nec tamen auſus eſt tunc etiã romanus populus ſanctioni vt contra facerent intentare.

Adalbertus epus



ADalbertus nobili genere apud bohemos natus poſt ditimaꝝ primū pragē epūm. hoc tempore ob pcipuã eius ſanctitatē 7 doctrinã pragēſis epiſcopus maximo i precio habitus ē. Et cū ſibi facultatē regende plebis (q rapinis 7 adulterijs aſſueta) non eſſe cerneret. abijt romã. ac cū fratre ſuo beate vite gaudentio in monaſterio ſancti alexij. tamdiu delituit donec iuſſu pōtificis maximi ſuas oues repetere iuſſus ē. Quibus cū eſſet prorſus ingratus. in hungariam pfectus. Et ſtephanum hungaroꝝ regem cū vniuerſo ferme eius pplo ad baptiſmi grãm perduxit. Et poloniã ingreſſus gaudentiū frēm in eccleſia gueſnenſi pdicatoꝝ euangeliū ordinauit. Poſtremo prutenos adijt apud quos dū xp̄i legem quã diligentiſſime pdicaret. gladio ceſus. martyrio vitã finiuit. poſt cuius obitum ſanctus ſtephanus rex in honore eiuſdem adalberti ſtrigoniēſem metropolitanum eccleſiam fundauit.

MAlateſtarū vetuſtiſſima 7 regia flãminee prouīcie familia. his tpibus ex germania i ytaliã veniēs. plurimo adiutorio 9 tyrãnos romano imperio fuit. Ob cui' bñficia atq v̄tutis otto terci' ceſar arriminū vrbē eidē pceſſit. Et multis ac magnis priuilegijs 7 gratijs illam extulit. Que familia poſtmodū in ſuos creſcens ortus ex ea multi clariſſimi pricipes fortiſſimi ac grauiſſimi ſenatores emerſerūt. qui plura loca edibus ac ſacellis exornarūt.

S. wolfgangus eps



WOlfgang' eps Ratiſponeñ i ordie. xj. Is natõe ſueu' ex nobilib' ortus paretib'. in cenobio augeñ. ac i herbipoli primo ediſcēs artiū rudimēta. Cū poſtea i arte hūanitatiſ doct' euaſiſſet. ſui noī rōnem i armario poſuit ſtruxerat edicũlã mandrita lupambulus iſtã. Inde neceſſitate heinrico archipſuli treuerenſi iūctus. officiū ſcolaſtici exercuit ac i clericū ordinat'. decan' elect' clericos in oĩ honeſtate vouit. Vex archiepo rome mortuo ad tps brunoni colonienſi archiepo adheſit. poſtea relictiſ mūdialib' pompis: moñaſticū habitū induit. Et p. s. vdalricū epm fact' pſbiter. Viſiōe ſcti Othmari hita licētia ſui abbatiſ exul i norticū veniēs oriente v̄ſus pannoniã pdicatōis grã petijt. vbi heremiticam vitã in oĩ ſctimonia pegit. Fret' auxilio piligrini patauieñ epi ac anctoritate ottonis ſecūdi impatoris Ratiſponēſi eccl̄ie pficit' eps. Ubi in oĩū doctrina ſalubri ac v̄tutibus pcelſis miraculiſq p ãnos. vj. 7. xx. pfuit. Tandē anno dñi. 994. felici fine qeuit. a leone nono ſummo pōtifice ob crebra miracula ſctōrum numero additus. Diuus eīn dux baioarie heinricus deuotionis gratia accedens ad ſepulcrū ſancti wolfgangi eius monitu reperit in muro exaratū. poſt ſex. Is poſt effluxū tempus dieꝝ menſium annorū ſex arbitratus ſe moriturū. Hijs trãſactis in regē romanoꝝ meruit coronari. Ideo deo ac ſancto wolfgãgo gratias egit. Innumeriſq alijs claruit miraculis.

Racherius epiſcopus



S. Dunſtanus



RAcherius epiſcopus veronenſis prius monachus vir doctiſſimꝰ multa cōpoſuit. qui ꝯ hereſim antropomorphitarum que in citrapadana prouincia ſurrexit ſcriptis impugnauit. ſed parum durauit Iſte em̄ epiſcopus eruditiſſimus ⁊ ceteri cōprouinciales epiſcopi virili animo occurrentes exterminarũt Dicebantur aũt antropomorphite vt gracianꝰ. xxiiij. q. iij. ſcribit pro eo ꝙ qdam ruſtica ſimplicitate deum humana membra habere que ī diuinis libris ſcripta ſunt arbitrabantur. antropos em̄ grece latine nũcupatur homo. Ignorantes domini vocem qui ait. Spiritusſanctus eſt deus incorporeus ē nec em̄ membris diſtinguitur nec corporis mole cenſetur.

Ethgarus rex



Adeobaldus



DUnſtanus archieṗus Cantuarienſis miraculis magnis. ⁊ vite ſanctitate clarus fuit. Is plura monaſteria fundauit. ⁊ in die ſue defunctōnis vt ferē ab angelo antiphonam didicit. o rex gentiũ ⁊ dominator eorum

EDgarus anglorũ rex poſt echelſtanũ patrē anglis regnare cepit ⁊ regnauit annis. ix. Uir per omnia xp̄ianiſſimus. de quo habet ꝙ inter cetera virtutis ſue opera ſingulo pene anno monaſteriũ vnũ cōſtruebat

Theodoricus epiſcopus



ADeobaldus quidam vltraiacenſis epūs hiſdē ꝗbus temporibus. ⁊ ſcientia ⁊ probitate vite floruit. qui ⁊ multa in laudes virginis marie ⁊ ſanctiſſime crucis egregie ſcripſit.

Hatto archiepiſcopus



THeodoricus epiſcopus Metenſis vite ſanctitate clarus. ⁊ in ordine epiſcopatus ſeptimꝰ. Is reliqas de ytalia ad ſe deferri curauit. ⁊ ſancto fine qeuit

HAtto archiepiſcopus Magūtinus prius abbas fuldēſis. is wilhelmo filio ottonis p̄mi. quo tēpore hademarus abbas fuldenſis monaſteriũ fulde magnifico opere cōſtruxit in epiſcopatu ſucceſſit. hic a muribus deuoratus in rheno perhibetur. qꝛ multitudinē pauperũ in horreo tempore famis quaſi daturus collectam elemoſinam concremari precepit. Nomen quoqꝫ eius mures delentes a parietibus ⁊ tapetibus abraſerunt.

Odo epiſcopus



ODo epiſcopus cantuarienſis clarus vite ⁊ ſanctitate hac tempeſtate floruit. Similiter aufridus traiecteñ. epūs. ⁊ gerhardus epūs cameraceñ.

Abbates inſignes



OMnes iſti abbates venerabiles circa hec tēpora floruerunt guilhelmus diuioñēſis. richardꝰ virdunenſis. popo ſtabulenſis. oſtertus leodiceñ. berno augienſis abbas.

Monſtrũ in vaſconia



MOnſtrũ mirabile ī vaſconia apparuit duo habēs capita. ab vmbilico ⁊ ſurſũ diuiſa. habēs quoqꝫ duo pectora. ⁊ in vna parte comedēs aut dormiēs Alia neutrum faciebat.

HUgo magnus. cognomēto caputius. ludouico frācorũ rege defuncto ex ipiꝰ teſtō regnũ obtinēs regnũ vna cũ vxore annis. 4. Sũt q̄ dicũt eũ comitē piſtenſiũ vł ducē fuiſſe eius pr̄ q̄dē robertus tyrānus fuit. quē dātes florentinꝰ poeta in ſuo tractatu de purgatorio ca. 20. v. Chiamato macellariũ fuiſſe dic̄. hic tñ frācorũ regnũ nō ea āplitudine obtinuit. quo ⁊ pipinus ⁊ ceteri reges poſſedere. Tũc eteni ōis tranſalpina gallia auſtria ⁊ magna germanie pars francorum finibus claudebatur. Sed trāſlato in ſaxones īperio nō mō germania ⁊ heluecia ⁊ magna pars belgice. Quininmo burgūdia imperio ceſſit.

Hugo. ix. rex frācie



Oppida: que ſepti ſpacio perlacius extāt
Pulcras inter habet ſtructuras grāde labore ⁊
Arte atqꝫ expenſis opus eccleſiam genitricis
Sacram diuine: cui vix equabilis orbe eſt
Ampla quidem valde: grandis quoqꝫ molis in altū
Suſtentat laquearia magna: capaxqꝫ frequētis
Turbe multa inibi feſtiuo milia ſole
Conueniunt: hic magna dei veneratio crebro eſt.
Quo ſol eois exurgens montibus ignes
Spargit: vix templum parochos continet vnum
Ulma ſenatores prudentes obtinet: illi
Publica ſagaci diſponūt cōmoda ſceptro.
Unde breui creuit: locuples ex paupere ſerua
Facta hera: ꝙ multas iā opulentas cenſibus vrbes
Perpetuis ſuperat: comitatus tris fere cū in omni
Appendice ſuo retinet prompto ere coemptos
Unam inter plures: non paruo deniqꝫ fructu
Mercem agitat: panno lino lanaqꝫ parato
Veſcanicā hunc aliqui vocitant tractata frequentat
Negociū variū eſt: hoīm hinc pars maxima ſeſe.
Hic nutrit: pereunt multi ditantur in ipſo
Sunt alie laudes vlme quas promere cunctas
Mentio materie prohibet breuiata valete

ΤΕΛΟΣ · ΜΟΝΟΚΩΛΟΥ · ΑΣΤΟΥΡΑΜΜΑΤΟΣ·



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Victor ſecūdus papa gebhardus antea vocatꝰ. eccle eyſteteñ (ꝗ olim aureata dicebat) ep̄s in ordine decimuſſeptimꝰ. natione alemanꝰ ex bauaria pōtificalem dignitatē poſt leonē adeptus. magis heinrici gr̄a. ꝗꝫ quā aliꝗ ſcribāt liberis ſuffragijs. Verebat em̄ clerus pplꝰſqꝫ romanꝰ heinrici potentiā. victorē igit ꝓponūt legato Ildebrando ad heinricū ob eā rem miſſo. ꝗ oīa ex ſententia romani cleri impatoriſqꝫ ꝑfecit. at victor in ſede oīm ꝯſenſu cōfirmatus. magnā ſynodū abnuēte impatore florētie hūit. In ꝗ quidē multos ep̄os. tū ſymonie. tū fornicationis cauſa ep̄atu ꝓuauit. clerūqꝫ admonuit ꝗd maxime ad ſe ꝑtineret. ꝓpoſita pena his ꝗ leges canonicas trāſgrederent. Sūt ꝗ ſcribāt victorē ad heinricū ꝓfectū. magnificētiſſimeqꝫ ab eo habitū. alij vo yldebrandū eo ꝓfectū putant. Is em̄ heinricū impatorē. ne aliꝗ a ſe peteret iniuſta demulcere cupiēs yldebrandum ſbdiaconē ad illū miſit. ꝗ opportune cuꝫ accidit vt impator graui quo obijt morbo implicitꝰ heinricū filiū romanoꝝ regē ac ceſarē dixerit. Victor aūt pontifex pontifitatus ſui anno ſecūdo. mēſe tercio. die quartodecimo morit. vacat tū ſedes dies. xi.

Stephanus nonꝰ papa fridericus antea vocatus. natione lotharingus caſſinenſis abbas. victori defuncto in ſtephanū nonū pontificē canonice ē creatus. pontificatū adeptus ſtatim curauit. vt mediolanenſis eccla ꝗ a romana ducentis fere annis inſolenniter ſe ſubtraxerat. Inter alias eā maiorem ſuꝑioremqꝫ recognouit. Is pontifex oēm fere ytaliā atqꝫ burgundiam labe ſymoniaca inquinatā intelligens. yldebrandū archidiaconē ipis purgandis reformādiſqꝫ prouincijs legatum miſit. Qui eo munere ſicut ⁊ ceteris diligenter atqꝫ feliciter vſus. cū aūt ꝯciliū florētie ꝯuocare cepiſſet ad octauū menſem. octauūqꝫ ꝑiter diem defunctus eſt. Florentie quoqꝫ in cathedrali eccleſia honorifice ſepelitur.

Benedictus decimus natione campanꝰ. qui primꝰ nūcius dicebat. dū vix exequie pontifici ſtephano in florentia celebrate erāt. cū romani potentiores oppida ⁊ caſtella in vrbis terrā poſſidētes capitaneos tūc appellabāt. pontificē ex factione ſua creare ꝯſtituerunt. primꝰ tn̄ oīm gregorius de tuſculano ex gēte patricia romanꝰ mintiū velitrenſem ep̄m inuitis ac reclamātibus cardinalibus ⁊ clericis qui rome tunc erant. in romanū pontificē acclamari ac haberi obtinuit. quē benedictū voluit appellari. Per id vo tēpis agnes tercij heinrici impatoris relicta filij regis adoleſcētis regni curā adminiſtrationemqꝫ gerebat. Mintio igitur velitrenſe in romanū pontificatū intruſo. yldebrandus archidiaconꝰ cardinales ⁊ epiſcopi alijqꝫ eccleſiaſtici cum canonicā electionem rome nequirent facere. ſenas acceſſerūt. vbi plurimoꝝ ꝯſenſu yldebrando inſtante. Gerardus vir tanto magiſtratu dignus eiecto benedicto pontifex creatur. Benedictus itaqꝫ mēſe nono. die. xx. pontificatu deiectus. velitras exulatum abijt.

Nicolaus ſecundus papa natione allobrogus gerhardus antea vocatus epiſcopus florentinus. ob virtutem ⁊ animi preſtantiam. abrogato benedicto haud legitime creato. pontifex maximus ſenis decernitur. Iſqꝫ prudentiſſimus pontifex eo in concilio formā pontificum romanoꝝ a cardinalibus eligendoꝝ inſtituit ꝗꝫ diſtinctione vigeſima tercia iuris pontificij decreta nūc habent. Secundum quā inſtitutionem factam pōtifici. patribuſqꝫ placuit generale conciliū apd ſutriū conuocari. Ibiqꝫ anno domini Milleſimo quinquageſimonono. Cōcilio habito vbi epiſcopi ⁊ proceres interfuere benedictuꝫ abdicare coegit. inde romā proficiſcens. Secūdo apud lateranū concilio habito legem tulit vt in decretis habetur. In eodem concilio quidam reuocatum ab errore ſuo berengariū ferūt qui arbitrabatur in ſacramento euchariſtie non eſſe verum chriſti corpus niſi vt in ſigno ⁊ figura miſterioue. Sunt qui ſcribant heinricum quartum a Nicolao ſecundo coronam imperij accepiſſe. Nicolaus autem vir omni vita probatus. tercō pōtificatus ſui anno. menſe. vi. die. vi. ⁊. xx. moritur. Vacat tum ſedes dies. xij.

Alexander ſecūdus anſhelmus antea vocatus. patria mediolanēſis. epiſcopus lucenſis. mortuo nicolao ob hūanitatem benignitatem ⁊ doctrinā abſens etiam pontifex creatur. Iſqꝫ luca accerſitus in pontificali habitu romā venit. Atuero ciſalpini epiſcopi arbitrati ob dignitatem prouincie par eſſe vt e ſuo numero aliquis eligeret. Giberto parmenſi viro potentiſſimo admodū annitente ab heinrico impatore obtinuere. reclamāte agnete vt alter pontifex eligeretur. Reuerſi igit in longobardiā pſeudo ep̄i cōciliabulo ſuoꝝ coacto cadolū parmenſem i antipapā elegerūt. Cui ciſalpini om̄es obtꝑauere. ꝑter mathildim optimā feminā. Superueniente deinde cadolo in pratis neronianis ſub radicibus aurei mōtis graue pliū ꝯmittit. Repulſus ab vrbe. quē cincius rōni prefecti filꝰ poſtea egre i arcē adriani ꝑduxit. Cognito errore heinricꝰ ipator alexādro reſtitutꝰ. Veniēs ad vrbē pōtificatꝰ ſui āno. xi mēſe. vi. morit. i baſilicaqꝫ lateranēſi ſepelit.

Linea ſummoꝝ pontificū

Victor ſecūdus



Stephanus nonus



Benedictus decimus



Nicolaus ſecūdus



Alexander ſecūdus



Linea imperatorum
Heinricus quartus



Heinricus quartus heinrici tercij predicti filius. anno dñi. M.lvij. patre defuncto licz adoleſcens ab electoribus ceſar appellatus. imperauit ãnis. 48. vel vt alij hñt quinquaginta. Mortuo nanqz patre ſub cuſtodia mrís ſue agnetis imperatricis fuit. que aliquãto tpe prudenter impiũ rexit. cuz pace gubernans. Is poſtmodũ conſilio ſuoꝝ deceptus. ſpretis mrís cõſilijs ab eo alienatus. que diſceſſio maxime diſcordie ſeminariũ fuit. Impatrix autẽ religioſa mulier cum nollet fluctibus turbationũ inuolui. vitã religioſam elegit. et ad monaſteriũ fructuarienſe ſe contulit. Inde deuotõnis cã. et ab Ottonis coloniẽſis archiepi tyrãnide pulſa. cõtulit ſe romã. ibi vitã celibẽ duxiſſe oñditur. Nã locoꝝ ſanctoꝝ dulcedine capta ſanctis opibus et elemoſinis vacans. ſancto fine quieuit. Cuius corpus in eccia. b. petri iuxta altare beate petronelle ſepultũ ẽ. Nec multo poſt tpe Conradus eius filius ſecũdo genitus quẽ pr adhuc viuens ytalie pfecerat. morif et florẽtie honorifice ſepelitur. Heinricus aũt rex victorioſus rome coronatus p apuliã ducto exercitu in priam cũ honore reuerſus. Fuit longo tpe princeps admoduz glorioſus et fortunatus. ore facundus. ingenio acutus. elemoſinis largus. in re militari fortunatiſſimus. quãuis in fine impij ob recõpenſationẽ atrocitatũ et pſecutionũ. multas. ne dũ a principibus verũ a pprio filio ptulit calamitates. adoleſcentie vſus libertate ſaxoniã incolere p ceteris regionibus cepit. Verũ cũ cepiſſet nobiles opprimere et venatui ac ludo magis qz adminiſtrãde iuſticie opam dare. Gens ſaxonũ animis acerrima. eũ deſpicere ac plura in eũ romano pontifici nũciare cepit. Relicta igif ſaxonia. alias regiones imperij gubernare propoſuit. Inde cũ ſummoꝝ pontificũ auctoritatẽ potẽtiãqz diminuere ſtatuiſſet. Et contra alexandrũ ſecũdũ ſciſmata ſuſcitaſſet Cadolũ parmenſem epũm agnete eius vxore reclamãte pontificẽ creans. inde cedes exorte. Dũ hec in ytalia fierent. Heinricus rex bello ſaxonuz implicitus. Et ſi illos inſigni prelio ſupauit. tamẽ ſubigere nequiuit. Nec tñ ei victoria ceſſit incruenta. qꝛ ceſa ſuoꝝ militũ quinqz milia amiſit. Ea vero ex victoria tantũ intumuit. vt nepharia queqz in pontificem ſit auſus. primũqz illi obedientiã ſubtrahere volens. Sigifredo id archiepo maguntino iniunxit. Cuius edicto apud wormaciã cõciliabulũ conuocatũ ẽ. et epi abbateſqz regnoꝝ heinrici. ne gregoriũ in põtificem haberẽt ſunt admoniti. qua impulſus cã gregorius hos epos cõmiſſis priuauit eccleſijs. Heinrico autẽ gubernationẽ titulum et dignitatẽ regni interdixit oĩbus principibus et pplis auctoritate aplica abſolutis. Inde plati principes et ppli pars regni theotunicoꝝ maxima animis ab heinrico alienari ceperunt. primiqz ſaxones exarſerũt in bellum. Cognita itaqz gregorij cenſura heinricus p litteras ſupplex veniam precaf. Eius precibus pmotus pontifex canuſſum agri regienſis oppidũ ad mathildim cõceſſit. Illuc heinricus cũ oĩbus copijs properare pperãs. depoſito impiali ornamẽto. denegatũqz primo die igreſſum eqñimiter tollerãs. loco p noctẽ nõ mouit. et glacie ferũt cõculcataqz diu niue p aſprimũ hyemis ſydus ſolum. in quo rex ſtetit vel iacuit. obriguiſſe. Cui demũ pontifex mathildis comitiſſe adelai ſabaudienſis comitis interuentu introductũ. regẽ in ſinũ mrís eccle recepit. pace iureiurãdo firmata. impator papiam verſus iter arripuit. vbi paulopoſt pacis federa abrũpens. rebus nouis ſtudere cepit. Et quorũdã epoꝝ ſeditionibus concitatus. gregoriũ pontificem denuo deponere ſtuduit. Et habito cõuentu gibertũ rauennatẽ archiepm pontificẽ creat. eũqz clementẽ appellat. et ſecũ romã hoſtili animo adduxit. vbi pphanata baſilica petri gregoriũ in adriani mole obſederũt. qui ad guiſcardũ appulie ducẽ miſit. et cum magno impetu romaz venit. pauefactus heinricus in germaniã cũ clemẽte abijt. auguſtã vrbẽ obſedit. anno deinde milleſimo nonageſimonono aquiſgrañ. filiũ iuniorẽ heinricũ quintũ regem fecit. qui anno deinde ſexto in prẽm ira excandeſcens maximis prelijs ac probris affecit. apud leodiũ vrbẽ euz plio ſupauit. qua iniuria et dãno cõfractus cũ merore vitã egit lugubrẽ. ac demuz cuz dedecore aĩam exalauit. añ hunc impatorẽ. nullum ipatorẽ a põtifice ſummo excõicatũ ferũt. In leodio igif pmo ſepult9 inde ad ſpyrẽſem vrbẽ delatus quinqz annis inhumatus manſit. demũ honorifice ſepulture traditus.

Rudolphus rex



Rudolphus ſaxonie dux. cum heinricus rebus nouis ſtudere deſtitit. pacem federa abrũpens. eo alemanos principes in dignitate rei motos ppulit. apud forcheym i regẽ eleuaf. a quibus deductus maguntiã in medio quadrageſime a Sigefrido metropolitano i regẽ inungif. poſthabito heinrico primo pecijt heinricus a pontifice vt rudolphũ execrationibus ab occupatione regni depelleret. Id vero cũ impetrare nequiuiſſet ſumptis armis magna clade et incerta victoria vtrũqz dimicatũ ẽ. Miſſi tũ quidem ab vtroqz legati ad pontificẽ rogatũ vt in partes ſuas declinaret. Quibus nil aliud ipe reſpondit. qz vt ab armis diſcederent. ſed priuſqz ea perfererenf iuſſa. illi iteꝝ primo grauiore plio concurrerunt. Et poſtea auditis nũcijs parere dicto pontificis ſpoponderũt. Subſecuti vero erant miſſi ad res alemanie inſpiciẽdas pontificis oratores Albinẽſis epus cardinalis. aquileienſis patriarcha. et paduanus epiſcopus. quibus rñdit heinricus niſi rudolphus pontificis auctoritate excõmunicaref ſe nullatenus aſſenſuz. Heinricus igif coactis ſummo conatu copijs ad rudolphũ regem in ſaxonia agentem inuadendũ duxit. Cui rudolphus aduenientẽ ti triuis caſtris obuius eſt delatus. Congreſſi iã quarto prelio rudolphus caſu a ſuis vulnerat9 longiuſcule retroceſſit heinricus fuga plapſus loco tam abdito latitauit. ſeptimo tandem die preter oĩm ſpem fuerit inuentus. inter vulneratos rudolphus expirans in Merſburga ſepelitur.

Ordo grandimōtenſis Inicū habuit anno .1078. p Stephanū.



Ordo grādimōtēſis ſb p̄re ſtephano. Anno dñi. M. lxxvj. ortū habuit. hic fili⁹ ſtephani nobibiliſſimi viri de auernie partibus. a p̄re ſuo in puericia ductus ē beneuētum. vbi a ſancto Milone archiep̄o xij. annis educatus regulā bñ viuēdi didicit. deniq̧ diſcedens pagratis multis heremis. ⁊ de canonicoꝝ monachoꝝ ⁊ heremitaꝝ vita q̄ imitanda ſunt memorie ꝯmendans. in aqtania ꝓpe lemonicas ad montem nemoroſum. q̄ muretum dr̄ xp̄o duce puenit. vbi fontes repit et rupes terrā deſertā. ⁊ iuiā q̄ tota ſilueſtris nouo hoſpiti ſuo potū frigidiſſimū ⁊ domū ventis expoſitā offerēs. afflictionē corp̄is ⁊ requiē mētis manifeſtis indicijs promittebat. Tunc gaudēs ſtephan⁹. ibi deo ſe huiturū omi tp̄e ſpopōdit. Trigeſimū etat ſue annuz agens habitare cepit heremū in ieiunijs vigilijs ⁊ oꝛonibus ꝯtinuis ſeruiēs deo. cibus ei panis ⁊ aq̄ ⁊ interdū farine ſiliginee ſorbiciūcula atq̧ poſtq̧ diſponēte deo diſcipulorum ei⁹ numerus creuit. Inſimul nō q̄ſi vn⁹ ex illis factus eſt. ſ3 minoꝛ oībus illis. Tādem i infirmitate ꝯſtitutus in q̄ deceſſit fratribus ait. Deū vobis relinquo. cui⁹ ſunt vniuerſa. Si amādo paup̄tatem ei adheſeritis. ipſe puidētia q̄ gubernabat oīa vobis largieť q̄ nouerit expedire. Inde migrauit ad dn̄m anno etatis ſue lxxx. In ordine diaconatus cōſtitutus. Pio p̄re orbati frēs petruz lemonicenſis in p̄orem elegerūt. ſub eius regimine ꝓfecerūt frēs. monachi ſancti auguſtini locū p̄dictū mureti in quo deo huiebāt ceperūt calūniari. ꝓtendētes ad ius eoꝝ ꝑtinere. Sed q̄ potius aufferenti tunicā ⁊ palliū volebāt dimittere. hr̄e locū aliū ꝑq̄rebant. vbi caput ſue religionis inſtituerent. nulloq̧ idoneo repto. Tandē ꝯſiliū inierūt. vt locū idoneū deus oſtenderet. Et cū ter agn⁹ dei cantatū eſſet. vox celeſtis audita ē. In grādi mōte In grādi mōte In grādi mōte. Quā prioꝛ ⁊ nonni ılli frēs audierūt. Finita igitur miſſa venientes ad locum ſibi reuelatum ſatis mureto vicinū eccleſiam ⁊ domos fecerunt. Et accipiētes ſctm̄ corpus in grandi mōte trāſtulerūt. Paucīſq̧ ſciētibus ſubtus p̄sbitericiuz añ altare recondiderūt. vbi poſt paliticus poſit⁹ inſcius ſanitatē accepit. ⁊ cecus viſum. ⁊ alia miracula fecit q̄ prioꝛ ne tumultus fieret ei edicto prohibuit.

S. Stephanus



Petrus Damianus



Petrus damianuus doctoꝛ ⁊ eccie ro. cardinalis ⁊ ep̄s. in diuinis ſcripturis eruditiſſim⁹. Hijs tēporibus eas ob res multo in p̄cio hītus ē. in ytalia vita ⁊ ſcia inſignis. q̄ ⁊ nōnulla laude digna edidit opuſculā. Sermōes q̧z elegātes. ſcripſit ⁊ regulā heremiticā. ⁊ de ordīe vite heremitice. Itē libꝝ ꝯ iudeos. narrat ⁊ plura exempla q̄ ſuis tp̄ibus cōtigerūt. Erat em̄ vir religione ⁊ hūilitate ac ſapīa noīatiſſim⁹. Qui cū cardinalis ep̄s eſſet. vt ſoli deo hūilitate ſeruiret ep̄atui ceſſit. vt deo liberius vacaret. Et cū a gregorio pōtifice eā ob rem rep̄henderet librū pulcerrimū ad eū ſcripſit. reddēs roēm q̄re ep̄atū dimiſerit. Hūicus ait loꝛica ferrea veſtitus erat ad carnez. duobuſq̧ ferreis circulis cinctus in coꝛpe ⁊ duos p armos brachioꝛū.

Jo. Serapion



Ioannes medicus cognomēto ſerapion p idē tēpus claruit. Et de ſimplicib⁹ medicinis multa cōſcripſit ac libꝛuz breuiarij de moꝛbis arcendi s. Et qm̄ a ceteris medicis roſas collegit. Serapio cognomīatus ē. Soꝛapio em̄ roſeū ſonat vt teſtis ē Plin⁹ lib. 12. ca. 13.

Iſaac medicus



Iſaac Benimirā medicus celeberrim⁹ ſalomōis medici filius. Et ipſe tēpeſtate iſtac. in medicina plura ſcripſit. de dictis vniuerſalibus ⁊ p̄ticularibus de febribus de vrina. ⁊ ſtomacho. In phīa q̧z de elementis ⁊ diffinitōibus tractatus compoſuit.

Seno ⁊ Arnulphus



Seno ep̄us treuerēſis a comite treueroꝝ theoderico capt⁹. ⁊ tercio de rupe p̄cipitato. tandem gladio pcuſſus interijt.

Arnulph⁹ q̧z ſctūs cenobio ſcti medardi ſignis ⁊ ṽtutib⁹ pollebat ſua ſcītate elegit ꝯpoſitū incluſionis. Inde abbas eiuſdē monaſterij tandē iuſſu pontificis ſummi ep̄atum lugdun̄. rexit.

Ordo canonicorum regularium



ORdo canonicoꝝ regulariū. tpe gregorij pape ſeptimi ꝛ heinrici imperatoris anno dñi milleſimo octuageſimo reſtorere cepit in eccła btī q̄ntini beluacēſi. Qui primū ab apłis. poſtea a btō Auguſtino epō ꝛ doctore eximio regulariter inſtitutus ſub mgr̄o yuone venerabili eiuſdē eccłe p̄poſito. poſtea carnotenſi epō. De iſto ordine illi inſignes viri et doctores claruerūt. hugo de ſancto victore. Et richardus de ſancto victore. Et hugo de ſancto follicto. Ad iſtū q̄ȝ ordinē ptinere videt̄ ordo premōſtratenſiū de quo in ſequentibus.

yuo epiſcopus



YUo clariſſim⁹ canonicus doctor ꝛ carnotēſis epiſcopus apud gallos maximo i p̄cio habet̄. q̄ ꝛ inter cetera ſue v̄tutis et ingenij opa. q̄ edidit. p oſt yſidoꝝ hiſpalenſem epm̄ decreta collegit. Et ab breuiauit apłica. atq̄ȝ ea i vnū collegit volumē. q̄ poſt modū ꝛ q̄dā hugo cathalanenſis eps̄. Et poſt eū Gracianus in meliorē formā redegit alia q̄ȝ mēoratu digna compoſuit.

Raſis medicus



RAſis medicus celeberrimus. ac natōe penus ſeu aphrican⁹ h̄ tpe viguit ꝛ clariſſimus fuit. Cui alij bachilo p̄priū nomē fuiſſe tradūt. ħ Auicenna in tercia ſen. tercij canonis. T. 3. c. 7. meamethū eū appellat. q̄ cū in almāſoria vrbe enutritus fuerit ibidē linguā arabicā optime didicit. Et in eadē lingua ex oībus añ ſe medicine auctoribus infraſcripta collegit volumina. Et primo de medicinaꝝ correctione li. j. antidotariū lib. j. De cura morboꝝ iūcturaꝝ. Libꝝ continentē oēm medicine ſciam. Continens raſis appellatū. Librūq̄ȝ almanſoris ad regē ei⁹ nominis. Deq̄ȝ morbis pueroꝝ librū. ac diuiſionū librū vnū. In aſtrologia quoq̄ȝ aphoriſmoꝝ atq̄ȝ in alchimia libros duos ꝛ alia multa.

Mathildis comitiſſa



MAthildis comitiſſa nobiliſſima ꝛ optia atq̄ȝ illuſtris femina. p hoc tp̄s cū ro. eccła bene ſentiēs. v̄tute ꝛ rebus optime geſtis clara ꝛ inclita vbiq̄ȝ p̄dicat̄. Hec em̄ nobiliſſimū bonifaciū ꝛ magnificū virū. ꝛ beatricem heinrici filiā hūit parētes. Que cū vnica eſſet filia. poſt ipos parētes in dño luce. parme regij ferrarie. mātueq̄ȝ ac ei⁹ ethrurie ptis quā nūc p̄imoniū vocam⁹ ſucceſſit. Quāobrē i tota ytalia clariſſima fuit. Et p̄pterea q̄ndam principē noīe gotifredū in ytalia potentiſſimū duxit maritū. Cū certe illuſtris femina nō mō richardi ꝛ guilielmi apulie ꝛ talabrie ducū. ħ ꝛ heinrici potentiā ꝯ ro. pontifices exercentē magnanimiter repreſſit. et q̄ de eccleſiaſtico iure occupauerāt reſtituere coegit. Verꝝ cū heinricus filius heinrici ceſaris in ytaliā a p̄re miſſus dū apud parmā vrbem mathildim ꝛ ei⁹ virū p̄fligaſſet. ꝛ gothefridū interfeciſſet. ip̄a mulier azonē eſtenſem (q̄ prioris viri in q̄rto gradu ꝯſanguine⁹ erat ignorās) accepit maritū. Cū quo p aliquot mēſes cohabitās. tandē recognita gregoriū cōſuluit pontificē. q̄d ſup hoc agere cōſuleret. Cui pontifex impauit. vt ptin⁹ ab ei⁹ conſortio abſtineret. Ac ſic diuorcio facto deinceps orōnibus ꝛ vigilijs deo ꝛ ro. eccłe militare ſtuduit. Tandē vo āno ſalutꝭ nr̄e. .xiiij. etatis aūt ſue ſexageſimo nono in bondeno agri mantuani opibus bonis plena migrauit ad dn̄m. Teſtamentū ſuū hoc mō cōfecit. In primis nāq̄ȝ omes ſuos ꝛ ancillas liberos eſſe voluit. Deinde vaſa queq̄ȝ aurea ꝛ argentea. veſtes quoq̄ȝ oēs precioſiſſimas eccleſijs ꝯdonauit. Mantuanū inſup monaſteriū ab ip̄a p maiori pte ſua impenſa cōſtructum. ac canuſſiū frixionariūq̄ȝ mōaſteria. atq̄ȝ alias baſilicas plurimas p̄dijs ꝛ alijs donarijs innūerabilib⁹ amplauit. His geſtis in extremis cōſtituta oīa xp̄i ſacra ab anſhelmo epō deuotiſſime ꝛ reuerenter ſuſcipiens. poſtq̄ȝ etiā oīe eius p̄imoniū beato petro cōdonauit. ſanctā aīam deo reddidit. Eiuſq̄ȝ corp⁹ (nullo honoris genere qd̄ impendi magno principi poſſit non adhibito) ab vniuerſis clericis ꝛ populis ad ſanctum benedictū agri mantuani defertur. ꝛ mauſoleo quod nūc cernit̄ ſepelitur.

GIbertus antipapa hoc anno ab heinrico ceſare prim⁹ epoꝝ male ſentientiū ſynodo habita. ꝯtra gregorium papam in germania pontifex creatur. ꝛ clemens appellatur. Qui cum heinrico ꝛ eius filio coniūctis copijs in ytaliam veniēs romam profectus. leoninā vrbē mox cepit. ꝛ in vrbē deditōnē recepit. Tādem poſt multa geſta morte ſubitania correptus ſcelerꝝ penas dedit.

Anno mundi. 929 3  Anno xpi. 1094.

Linea ſummoꝝ pontificū

Paſcalis ſecūdus



Gelaſius ſecundus



Caliſtus ſecundus



PAſcalis eiꝰ noīs ſecūdus papa natione ytalus e flāminea prouincia. patre creſcentio. mr̄e alſacia. Raynerius añ pōtificatū vocatus vrbano pontifici ſbſtitutꝰ. quē gregorius ſeptimus ob virtutē ꝛ doctrinā ſcti clemētis pſbyteꝝ cre auit. In q̄ q̄dē loco clerus ip̄e poſt vrbani mortē. eūdē paſcalē vita ꝓuata ꝯtentū q̄ppe q̄ antea monachus fuerat etiā nolentē ꝛ latitantē pontificē creat. q̄ diceret humeros ſuos neq̄q̄ꝫ tanto oneri ſuffecturos. ſed expetente pp̄lo. eligente clero collaudante cardinaliū ſenatu pontificū munus ſuſcepit. maxime vō cū ter accla matū eſſet ſanctꝰ petrus raynerīu virū optimū pontificē elegit. Cui poſtea paſca lis nomen indidere. tiara capiti eius impoſita comitante pp̄lo ꝛ clero equo albo ad lateranū ꝑducitur. Inde poſt vnctionē coronā de more accepit. eccleſie poſtea labenti q̄rūdam ſeditionibus cōſulturus. copias ſuas in gibertū antipapā mit tit qui nō multo poſt ſubita morte correptus. a malis tñ eccīa dei nō ſtatim quie uit. Richardus campanꝰ comes albertū q̄ndam ſufficit attellanū ciuē q̄ ſtatim a bene ſentientibus abdicare ſe magiſtratu coactꝰ relegat̄. Cauerſes aūt agri ꝑne ſtini incole theodaricū q̄ndam pōtificē creauere. Veꝝ ij q̄ꝫ pn̄ia ducti q̄nto ꝛ cen teſimo die e pontificatu deiectū anachorite habitū induere cogūt. Pacata tandē eccīa romana paſcalis vir magni ingenij animi vrbē caſtellanā ꝛ beneuentū ab hoſtibus occupatā recepit. His ꝛ alijs plurimis facinoribus ſtrennue geſtis in ciſalpinā ꝓficiſcit̄ vbi guardaſtallū agri cremonēſis oppidū conuentu multoꝝ principū ꝛ ep̄oꝝ habito de homagijs de feudo magna habita ē rō. Rome prete rea eccl'ias. xv. cōſecrauit. Dedicataq̄ꝫ ꝑneſte agapiti baſilica romā effuſa obuiā vrbana multitudine honoris cā tandeꝫ rediit. q̄ q̄dem ex freq̄ntia inualitudinem incidens ſe paulo poſt moriturū cognouit. Quare acceptis eccl'ie ſacris cohorta tuſq̄ꝫ cleꝝ ad pacē ꝛ cōcordiā. pōtificatus ſui anno. xviij. menſe. vj. die. vij. mo ritur q̄ntodecimo kal'. februarij ſepeliturq̄ꝫ in baſilica conſtantiniana.

GElaſius ſecūdus ioannes anteā vocatꝰ pr̄ia caietanꝰ p̄re creſcētio nobili ge nere natus ingenueq̄ꝫ a teneris annis educatus ꝛ doctꝰ in mōte caſſino re ligionis fundamēta perdidicit. ſub odriſio abbate viro ſanctiſſimo hanc ob rem ab vrbano ſecūdo romā accitus. Vir ꝛ ip̄e ſanctiſſimꝰ ꝛ om̄i laude dignꝰ. ſi vitā ꝯtinētiſſimā. ſi mores. ſi doctrinā inſpicias. Nā ꝛ cōſtanter ꝛ ſancte in tantis ꝓ cellis humanaꝝ ꝑturbationū vixerat. ideo vno oīm ꝯſenſu pontifex creatur. ve rū cincius fregepanis ira ob hāc electionē ꝑcitus q̄ vnū ex ſuis cardinalibꝰ col legio ꝓpoſuerat quē pōtificē eligerēt. in monaſteriū palladij cū armatis ſatelliti bus irrūpens refractis foribus obuiū quēq̄uā ꝑcutit. pontificē obtorto collo in terrā deiectū calcibus ꝯterit in vinculaq̄ꝫ conijcit. cardinales fugā parātes ex mu lis ꝛ equis deijcit nullūq̄ꝫ genus ꝯtumelie ꝓtermittit. Nō tulit tantā iniuriā po pulus ro. cōfeſtī liberatꝰ in lateranū ducit̄ vbi de more coronat̄. Perſeq̄nte dein de illū heinrico impatore in gallias ꝯfugit vbi ab abbate cluniacēſi magnifice ꝛ ſplendide ſuſcipit̄ intereundū eccl'ias in tillano ꝛ in tornaco dedicat. tandem ad cluniacenſe monaſteriū ꝑueniens. Ibi dū multa ī eccl'ie reformatōem tutelaq̄ꝫ cū regibus ꝛ principibus molliret̄. pleureſi correptꝰ pontificatꝰ ſui anno primo die quinto moritur. Sepeli tur autem eius corpus intra limina cluniaceſſis cenobij.

Anno mūdi. 6313.  Anno xpi. 1114.

CAliſtus ſecundus guido antea vocatus natione burgūdus. vienenſis archiepiſcopus originē a re gibus francie anglie atq̄ꝫ etiā alemanie ꝓſapia ducens ꝛ vt alij habent comitiſ burgūdie frater a car dinalibus qui cluniaci tum aderant pontifex creatur. verū nō prius pontificiū habitum ſibi deſumpſit q̄ꝫ intellexit ſe ab hijs quoq̄ꝫ cardinalibus confirmari qui rome ꝛ in ytalia remāſerant. Renūcijs cognita ro mam veniens populo obuiam prodeūte vrbem ingreditur congratulantibus om̄ibus. Rebꝰ aūt ex ſentē tia rome compoſitis beneuentū ꝓficiſcitur quo principes cōuenere qui iureiurando ꝓmiſerūt ſe in pote ſtate pape ſemꝑ affuturos. Inde romā rediens legatos ad heinricum impatorem mittit. Qui pace ſine vl la ꝯtentione compoſita ad vrbem redeūtes tabellam pacis ad lateranenſem baſilicam ſuſpendere publica igit̄ leticia exorta eſt. Pontifexq̄ꝫ interea beneuentū delatus infauſta in expeditione ſua multos ſibi cariſſi mos febribus correptos amiſit. Et ip̄e mala pariter vſus valitudine lectica in vrbē eger meſtuſq̄ꝫ relatus eſt. at Caliſtus pontifex valitudine vix dum reintegrata concilium laterani nongentoꝝ patrum congrega uit. in quo cū pacem inter multas diſſidentes cōpoſuit. tū maxime eccleſiaſticum ſtatus reformauit. Et q̄d plurimi faciendū ē dn̄icum michaelem venetoꝝ ducem vt laborantibus apud hieroſolimā xp̄ianoꝝ rebꝰ ſubueniret miſſis cum vexillo eccleſie nūcijs exorauit. Tandem de deo deq̄ꝫ hominibus bene meritus pon tificatus ſui anno quinto. menſe decimo. die ſexto in dn̄o moritur.

Ordo Cartuſienſium.



ORdo carthuſienſiū in gallijs anno dñi. M.lxxxvi. in dioceſi gratianopolitanēſi a brunone theologo viro ſanctiſſimo initiū ſumpſit. q̄ poſt ſui inſtitutōnis originē auſpice xp̄o in domibus ac pſonis augmentū accepit. i°ō ab alexandro tercio ⁊ q̄rto ⁊ ceteris pōtificibus ſummis. approbatus ſic ꝯfirmatus extitit. ac varijs priuilegijs dotatus. Cū inter om̄es ordines eccl'iaſticos p̄matū non rōne tp̄is ſ; rigoroſitatis ſemꝑ tenuit. Et ꝓpterea eum ſpecioſiſſimā eccl'ie colūnā appellant. Ex h' q̄ȝ ſtupendo euentu principiū habuit. Cū i florida ciuitate pariſius gymnaſiū celeberrimū floreret. ⁊ i om̄i genere doctrinaꝝ ex varijs regiōibus ſcolares atq̄ȝ doctores clariſſimi lr̄is operam darent. Inter ceteros vnus ſingularis ſcientie claritate. probitate vite. maxime fame pollebat. Cui poſt obitū in eccl'ia ſolennes exequie parate ſunt. vbi ſepulture tradi deberet. ad quē honorandū ingens numerus doctoꝝ magiſtroꝝ ⁊ alioꝝ cōueniebat. Corpus v°o mortuū in feretro poſitū dū exequie celebrarent' ſurrexit. Et in loculo reſidens voce magna cūctis audientibꝰ clamauit. Juſto dei iudicio accuſatus ſum. quo dicto. vt prius iacuit. de qua voce om̄es territi obſtupuerūt decreuerūt ne ſepulture ea nocte traderet'. ſ; die ſeq̄nti iterū cōuenirēt. fama p vrbem diuulgata. multo plures ad ſpectaculū cōuenerūt q̄ eadē forma p̄fata v'ba dixit. Et vt exitū huius rei ſcire poſſent. Tercia die tota ferme ciuitas confluebat. Tercio doctor mortuus ſurgens clamabat. Juſto dei iudicio damnatꝰ ſum. qd̄ audientes pene exanimes reddidit. ideo eccl'iaſtica ſepultura damnatꝰ fuit. Aderat ad hoc ſpectaculū bruno q̄ diſcipulis ait. Videtis quō tam celeberrimus ac ab om̄ibus ſanctus reputatus miſere perijt. Nūq̄d ⁊ nos perire volumꝰ. ⁊ nō potius ſaluari. nō eſt locus ſalutis niſi mūdum relinquamus. Sic cōpuncti ſolitudinem queſierunt.

Bruno p̄mꝰ cartuſieñ



BRuno vir ſanctꝰ ⁊ clariſſimꝰ ph'us atq̄ȝ theologus natione theutonicus ex vrbe colonia. lr̄is a primeua etate eruditꝰ. remēſis eccl'ie canonicus ſcolariſq̄ȝ apud pariſiꝰ mgr̄ hiſdē tp̄ibꝰ cū i gallijs legēdo ſcribēdo ⁊ diſputādo clariſſimꝰ haberet'. Relicto ſeculo ⁊ pompis eiꝰ. cū ſeptē viris doctiſſimis in herenū cartuſie ſeceſſit. Ibiq̄ȝ monaſterio ſtructo ꝓpoſitū monaſtice cōuerſationis ſatis arduū ibidē inſtituit. Quē rigorē obſuantiaꝝ poſt ānos q̄dringentos vſq̄ȝ in preſentē annū ſeq̄ntes ſumme obſuarūt. habēt em̄ ꝓlixa ieiunia. om̄ibus ſextis ferijs in pane ⁊ aqua. ab eſu carniū ſp abſtinēt. etiā in grauiſſima egritudine. q̄ ad veſtitū ſp' cilicio ad carnē induūt'. q̄ ad ſolitudinē. nūq̄ȝ exeūt except̄ priore ⁊ procuratore. ac in cellis ſoli manēt cū arto ſilentio. vigilias magnas hn̄t ob officij prolixitatē. Cuiꝰ ſcti ꝓpoſiti hugo gratianopolitanꝰ ep̄s q̄ ab eodē brunone habitū monaſticū ꝑcepit auctor fuit. Ferūt ⁊ aliqui inter ceteros brunonis diſcipulos vrbanum papam vnū fuiſſe.

Hugo ep̄s granopolitaꝰ.



HUgo Gracianopolitanus ep̄s. Cuiꝰ mr̄ de eo pregnās p ſomniū elegantem pueꝝ ꝯcepiſſe ait. quē ſiſtendū dei aſpectibꝰ ſcti in q̄bꝰ erat ⁊. b. petrus deferebant i celū. ideo natus ⁊ puer factus addiſcendis lr̄is applicatꝰ fuit. Sperabat' em̄ ſingularis meriti ⁊ gratie futurus apud deū. diuīa q̄ȝ gr̄a plurima virtutū ornamenta i eū cōgeſſit. heremꝰ cartuſie calienſis. Abbatia excubiaꝝ. heremꝰ canonicoꝝ regulariū ⁊ apud ſanctū ruffenum. ⁊ apud gregoriū domꝰ. ip̄o annuente ceperūt. Ipſaq̄ȝ ſpūaliter ⁊ corꝑaliter fouēte pfecerūt. Hic i ſolitudine cartuſie deū ſue dignationi ꝯſtruētē hītaculū vidit p ſomniū. ſtellaſq̄ȝ ſeptē ſibi p̄ſtātes itineris ducatū. Et ſctitat' eiꝰ odore tracti ad ip̄m venerūt ſeptē viri q̄ oēs vno deſiderio ſucceſſi locū heremitice vite cōgruū q̄rebāt. Hoꝝ p̄mus vt p̄miſſum fuit mgr̄ bruno vir religione ⁊ ſci'a famoſiſſimꝰ alijq̄ȝ q̄tuor lr̄ati ⁊ duo laici. q̄s hugo ꝑbenigne ſuſcepit ac voti cōpotes fecit. Cuiꝰ ꝯſilio cartuſie ſolitudinē intrarūt atq̄ȝ extruxerūt. Hic āt ſctūs vir m'tis v'tutibꝰ ornatꝰ q̄ cūctis inibi hītantibꝰ inſigne ſctitatis exēplū p̄buit eccl'ie dei admodū vtil'. ep̄alē ſarcinā exuere ac q̄eti aīe vacare deſiderās. nec ab honorio nec innocentio obtinere potuit. q̄uis ſenio grauatus. Credebat' em̄ ſola auctoritate ⁊ exemplo plus ſubiecte plebi ꝓdeſſe poſſe debilis ⁊ egrotus. q̄ȝ quāuis aliꝰ ſanꝰ ⁊ robuſtꝰ. Inde cepit indies magis deficere aderāt viri de cartuſia ⁊ de calcienſi ⁊ excubiaꝝ domibus ad ſeruiendum nec vlla perſona ſecularis ad obſequiū admittebatur. Tandem anno domini. M.cxxij. etatis ſue octuageſimo conſecrationis ſue. lij. mortem obijt. qui per Innocentium ſecundū ſanctoꝝ cathalogo eſt aſcriptus.

Expeditio xpianoꝝ ꝓ liberanda hieroſolima facta tpe vrbani ſecūdi. Anno. 1094.

TEmporibus vrbani concilio apud clarūmontē habito. ſua eleganti oratione pontifex principes gal-
lie ad recuperandam hieroſolimā a ſarracenis iam diu occupatam animauit. Vox eñ oīm dictu mi-
rabile. vnico vt apparuit ore prolata intonuit. Deus vult. deus vult. ad quā vocem pontifex ſubiūxit. Vi-
ri fortes. ea que dominus in os veſtrū poſuit verba. vobis in bello pro teſſera erūt. Et ituri in expeditio-
nem pſeueraturiqꝫ in bello ſancte cruce ex rubenti panno ſagis inſuta pectus inſignibūt. Dum vo ponti-
fex cum pribus de imperatore deligendo conſultant. mlta hoīm milia in contionis loco cruce ſiguati ſunt.
paucoſqꝫ intra menſes trecenta mortaliū milia in id deuota. bellum ſe itineri accinxerant. Interea cruce ſi-
gnati principes diuerſis vijs iter ad conſtantinopolim ſunt ingreſſi. primuſqꝫ oīm petrus quidam here-
mita abſtinentie fama celeber ducem ſe multis exibens ꝑ alemaniam hungariaqꝫ perrexit. Cui gothefri-
dus euſtachius ꝛ balduinus fratres cognomine bolionij comites eñ bononie gallice. ꝛ quidā potentiſſi
mi erant ſe illis itineris ſocios addiderūt. Maiores vo preſtantiū ducū ꝛ nobiliū manus. hinc podienſis
eṗs belli dux. ꝛ Raymūdus ſancti egidij comes. Inde hugo magnus philippi frācoꝝ regis frater. Et ro
bert⁹ flādrie. ꝛ ſtephan⁹ carnoti comites. trāſmiſſis alpibus ꝑ ytaliā iuerūt. primo romā ꝑuenere. alme vr
bis locis deuote viſitatis. Et vrbani pontificis bñdictione habita. Tripartito ꝓfecte copie. vna brundu-
ſiū. barulenſem portū alia petit. Et tercia ydrūtum. boemūdus aūt relicta melphi cū. xij. milib⁹ electoꝝ ho
minū ytalice iuuētut in eādē expeditionē ꝓficiſcit. Peruenerat iam cōſtantinopolim petrus heremita et
in ſuburbijs caſtrametatus. Et nec eos ex gallijs alemānoſqꝫ ductos adeo continere ſciuit. quin in conſtā-
tinopolitanos fecerūt hoſtilia ſacris ſpoliatis. ꝑmotus itaqꝫ ſuoꝝ malis alexius imꝑator petrū compulit.
negato cōmeatu ante tempus boſphoꝝ traijcere. q nycomediā primo. mox niceā ꝑueniētes ciuitatē ipām
natura ꝛ preſidio ſarracenoꝝ munitā oppugnare adorti ſunt. Turci vo nō mō tunc. ſꝫ priuſqꝫ a claramōte
diſceſſum eſſet. quid chriſtiani mollirentur intellexerant. qui nicea defenſoribus obſidioniqꝫ perferēde ne-
ceſſarijs cōmunita. Verum cum ob ſidentibus cōmeatus deficerent. dilaberēturqꝫ paſſim milites xpiani.
Cui⁹ rei cauſa a ſarracenis inſidijs oppreſſi. relinqre obſidionē coacti. Tantā in fuga detrimentū accepere
vt Raynaldus dux alemānoꝝ abnegata fide xpi cū aliquibus militib⁹ deditōem fecerit. Et petrus conſtā-
tinopolim redierit. Que res alexio grata. aperto marte repellere conatur. Tum boemundus alexium par-
tim minis. tum pollicitationibus ad pacem ineundam compulit. vt iter tutū per loca imperij facere liceret
ꝛ cōmeatū ꝓberet. Iterūqꝫ ad niceā ventū ē. difficile erat vrbē oppugnare. Cū ſupplementa militū ꝑ lac-

Nicea vrbs



cum ſubmitti vrbi adiacentem cõtinuo poterāt. Verū ſuperuenientibus e conſtantinopolim lembis non paucis. in lacūq; miſſis. rex oīm inopia oppidani preſſi: dies poſt duos ⁊ q̄nq̄ginta ab initio obſidionis deditionē fecere. Inde munita nicea. iter p̄ loca deſerta facere neceſſe erat. bifariā copias diuiſere. Cū autē boamūdus herbidū ſolum ad riuū quendā inueniſſet. equos ⁊ iumenta reficere conſtituit. Subito euz ſarraceni adorti ſunt. quē oppreſſiſſent ni hugo ⁊ gothifred⁹ cum q̄draginta milib⁹ eq̄tū ꝓfeſtim opē tuliſſent Pugnatum ē vtrūq; acriter. Eo aūt prelio quo medi turci ſyrij caldei. ſarraceni arabes interfuere ad q̄draginta milia hoīm cecidiſſe ſequēti die cognitum ē. Solimānus aūt eoꝝ dux effuſa fuga inde abiens. Inde xp̄iani ſegetibus iam matureſcentibus adiuti ſine vllo incōmodo ycomū primā lycaonie ciuitatē ꝑuenere Qua in poteſtatē dedentibus ciuibus redacta. pari felicitate heracleam tarſumq; cepere. Tum balduin⁹ preſtantis animi ⁊ ingenij vir primus oīm in aſia dominatū adeptus ē. Tarſo donatus. flexit inde in ciliciam maioꝛ exercitus q̄ minoꝛ armenia vocat̄. Capta deinde ceſarea capadocie i anthiochiā mouere: trāſmiſſis altiſſimis mōtibus. Aliquot inde ꝓgreſſi milia paſſuū xp̄iani ad flumē ꝑuenere vrbi antiochie ꝓpe cōtiguū farfar noīe. qđ vado trāſiri ſine periculo nequit. caſtris firmatis duces vrbē ꝯtemplati. captiuos ſciſcitati ſunt. q̄ eſſet ciuitatis forma. Rńderunt regē illius eſſe caſſianū. Ea vrbs ſicut hebreoꝝ monumenta hn̄t. Reblata prius inde ab antiochio oriētis dn̄atoꝛe eius nominis primo. dicta ē antiochia. dupliciq; circūdatur muro. pars cuius iterioꝛ latericio. exterioꝛ q̄drato lapide ſtructa ē. Eaq; ſuperbaz p̄ ſe ferens ſpeciē. turres q̄dringentas ſexaginta habet. colles q̄tuoꝛ vrbe includunt̄. In quoꝝ celſioꝛ ad orientē ſolē ſpectant̄ cacumine arx ē. natura loci munita. vt oēs ſit machinamētoꝝ conatus. oīa oppugnantia ingenia facile fruſtratura. regionē incole appellant celiſyriam. ſituſq; vrbis fluminibus fontibuſq; irriguus. agros habet fertiles. ⁊ glebe maximā vbertatē. viciniuſq; lacus optimis habūdat piſcib⁹. Recedit a mari cilitio vrbs. xij. milia paſſus. vbi farfar fluuius portū efficit. nauiū etiam ceteraꝝ capacem. Accepit aūt ea ciuitas maxima ab eccleſie primitiue exordio ornamēta. Qđ petrus apoſtoloꝝ princeps primā in eam patriarchalē inſtituit. tenuitq; ſedem. Theophiluſq; ad quē euāgeliſta Lucas eadē oriūdus ciuitate act⁹ apoſtoloꝝ inſcribit. Septimus a petro antiſtes in illa cōſtitutus vt xp̄ani regis antiochi nomē aboleret. Eam de ſuo nomine theophiliā appellauit. adeo ſub xp̄i nomine floruit vt ep̄os tres ſupra q̄nquaginta ⁊ centū patriarche ſuffraganeos. Et ſexaginta ſupra trecentas eccl̄ias vrbs habuerit. Cum itaq; xp̄iani ad eam vrbem natura loci denſiſſimo ſolimiq; muro munitiſſimā diu ſedendum eſſe intelligerent. multa in concilio agitata ſunt a ducibus prouiſa. anno igit̄ ſalutis noſtre milleſimo nonageſimoſeptimo vrbs antiochia magnis operibus obſideri cepta ē. Et aboamūdo normāno roberti apulie ducis filio viro vtiq; clariſſimo. poſt duriſſimā obſidionē capit̄ pyrrho antiocheno ciue admodū potente vrbis ingreſſum prebēte. Qui boamūdi ꝟtutem admiratus. deditur ū ſe illis vrbem ſpopondit. Si reliqui xp̄iani eidem cū imperio preeſſe boemūdū paterentur ingreſſi vrbem xp̄iani oībus fere pepercere i p̄ſidio ſarracenoꝝ tātū mō ſceuitum ē. Caſſianus aūt rex ad loca montana confugiens ab armenis trucidatur. Sola arx ſuperat. quā dum boemūdus acerrime oppugnat femur ſagitta traijcit̄. Uer ſuperueniēte corbane perſaꝝ regis militie principe. cum Senſadolo caſſiani filio antiochiā recuperaturis. Boemūdus iam ex vulnere integer pugnandi copiam facit. Penuria rex oīm vrgente decertare inſtituit.

Lancea domini



Cum res xp̄ianoꝝ in antiochia ꝑfecto afflicte erant. vt appareret oīa deſperationis. plena in ꝓxē diem futura. niſi deus noſter xp̄ianoꝝ ſalutem tutelamq; ſibi eſſe cordi miraculo oſtendiſſet. Nanq; lancea q̄ ihū xp̄i latus in cruce apuit per ſpiritalem viro religioſo factam reuelationē. in ſancti andree eccleſia eſt reperta. Quo diuine profectionis ſigno in magnam ſpem erecti animis. duces cū hoſtibus confligere ſtatuerunt. Perlata itaq; lancea illa tanq̄ vexillo optimo. Qua chriſti latus transfixus a longino fuit. hoſtes primo acriter reſiſtentes ſupat boemūdus. ac cedit. Quorum de numero ad centum milia periſſe conſtat. Et quindecim milia camelos ceperūt. inde xp̄iani tantā predam abduxerūt vt ab extrema inopia ad ſummā oīm reꝝ vbertatem ob lancee ipſius miraculum peruenerunt.

Hildebertus ep̄us



Hildebertus cenomānorum gallie epiſcopus. vir ingenio ⁊ ſcientia diuinus. hac tempeſtate elegiaco carmine plurimū valuit. Is multas tribulatōnes ac carceres ac vincula apud romā pro chriſto ⁊ eius eccleſia ſuſtinuit. Ubi ⁊ epiſtolas plures elegantes edidit: ac verſus quoſdam elegancioꝛes de ſuo exilio. libruq; perpulcrum. de tedio huius vite querimoniamq; ſui ipſius partim metrice. partimue proſaice compoſuit. atq; orationem deniq; ad trinitatez pulcerrimā ac aduerſus quoſdam de euchariſtiā. multa alia edidit.

Sanctus quoq; Maurilius epiſcopus Rothomagenſis ſanctitate preclarus. eo tempore vixit.

Ordo Ciſtercienſium



ORdo ciſtercienſiũ anno dñi millesimo nonageſimooctauo. in burgundia a roberto religioſo ac venerabili molinenſi abbate in heremo ciſtercij pmo ortũ habuit. Quē ordinē vrban⁹ papa ſub diui benedicti abbatis regula. multis tñ additis cõſtitutionib⁹ ↄfirmauit. Et plurimis priuilegijs dotatus. augmentũ in toto orbe ſenſit. Cum in epãtu lingonenſi monaſteriũ religione ↄſpicuũ ac fama celeberrimũ nomine moliſin⁹ fundaſſet. Et varijs deinde poſſeſſiõib⁹ atqꝫ viris illuſtribus auctũ fuiſſet. Cũ diuturna ac copioſa ſocietas v̄tutibus deficere cepit. celeſtium amatores. Hec vberrima ſpernẽtes ac paupertatem eligẽtes. vn⁹ ꝛ viginti mõachi cũ pře roberto egreſſi. poſt abrupta cõualliũ. ac itineris difficultates varias. Tandem ad cyſterciũ in cabilonẽſi dyoceſi locũ vaſte ſolitudinis. horrendi aſpectus deuenerũt. Gratũ igit̃ a deo pordinatũ locũ acceptant. Ibiqꝫ nouũ locũ religionis ꝛ ordinē inſtituit. a q̃ loco ciſtercienſiũ ordinem nũcupare voluit. Freti deinde conſilio oddonis ducis burgundie. Et hugonis archiepi̅ lugdonẽſis ſedis aplice legati. ac walteri cabilonẽſis epi̅. heremũ in abbatiã extruere ceperũt. Qui breui in oĩbus mirũimmodũ creuit. ac viros innũerabiles doctrina ꝛ ſanctimonia illuſtres protulit. In latere ſiniſtro eius eccleſie viginti q̃tuor ſanctoꝝ abbatũ ſepulcra cernũtur. in dextra magni alani cũm ſuo epigrãmate.

ROBertus vir ſanctus abbas molinenſis ex campania ortus primo monaſteriũ beati ſtephani in parrochia trecacenſi ingreſſus. Inde relicto monaſterio cũ alberico. odone iohanne. ſtephano. letaldo ꝛ petro monachis heremũ petijt. ciſterciũ auxilio ac auctoritate fret⁹ hugonis archiepi̅ lugdunẽſis ac odonis burgũdie ducis vt diſtrictius maioꝝ inſtituta obſeruaret. In cabilonẽſi dioceſi monaſteriũ fundauit. Inde ad moliſinũ reuocatus. Albericus vir deuotione clarus in eius locũ ſucceſſit. Cu⁹ induſtria in ſctã religione ac laudabili cõuerſatione profecit. Et a paſcali ſummo põtifice priuilegijs exẽptõibuſqꝫ dotat⁹ fuit.

Robertus abbas



Stephanus abbas



STephan⁹ abbas ciſtercij religionis paupertatis ac diſcipline regularis amator. anno. M.cviij. tpib⁹ heinrici q̃nti cartam caritatis auctoritate ſigilli apoſtolici cõfirmatã pfecit. Is ob paucitatē ingredientiũ aĩo afflictus verẽtes obſuantiã admodũ rigidam. in nocte p ſomnũ vidit ingẽtē m̃ltitudinē hoĩm clauſtrũ adĩſſe. Illico ſeq̃nti die bernardus cũ fratribus ꝛ comitibus ingreſſus ordinē ciſtercienſiũ plurimũ auxit ac decorauit vt infra patebit.

Hieroſolimoꝝ recupatio. ꝛ regni eius apud xpianos principium.

DUces chriſtiane expeditionis ad kalendarũ octobriũ diem antiochie cõuenerunt. Boemũdus princeps antiochie declaratus. Interea vo mortuo hugone magno reliqui duces Raymundo excepto q̃ ceſariã cappadocie obſidebat proficiſci hieroſolimã cũ exercitu inſtituere. in liciam ſimul cõuenĩẽtes. Tortoſam oppugnare adorti. tribus menſibus fruſtra ↄſumptis. ſoluta obſidione tripolim mouere. Et pacem ſupplici illius regulo dederũt. Poſtera die nonaꝝ maij quarta. breuiore licet aſperiore p montes via hieroſolimã petere ceperunt. Primiſqꝫ caſtris bethelon oppidũ arduo in monte ſitum eſt peruentum. Secundis ad vrbem zebarim in cuius finibus ab aqua laboratum eſt. Tercijs ad flumē beraim; Inde per calles arduũ ſuperãtes montē. Poſtero die quintis caſtris baruthum vrbē maritimã puenere. Et ſb inde ad ſagittã poſt ad ſurrũ dehinc ad acrũ ſingulis caſtris ē deſcẽſum; perẽteſqꝫ p diē q̃ ſecuta ē itineri initi. nonam oppidũ cayphas noĩe tandē decima die ad ceſareã applicuerũt maritimã vrbē inclitã paleſtine: quã beatus aſſerit hieronimus birgos olim. id eſt ſtratonis vrbem appellatam. herodē ꝫ maritimos inſano extructaꝫ opere. de auguſta ceſaris octauij noĩe ceſareã appellaſſe. Moratĩ apud eã dies duos. tercio ramolas adeũtes. eã inuenerũt metu a turcis ſarraceniſqꝫ desertã. Exinde moꝝ de tercia vigilia caſtris ſex progreſſi paſſu-

um milia. ſole vix dū orto primū vrbis hieroſolime menia proſpexere. Videres vo tūc varios ſummo in gaudio motus. pars clamores in celū attollere: iubilis pars ꝛ canticis optimū maximū iheſum venerari. pars lacrimis vbertim in genas fluentibus. in facieq̄ꝫ pſtrata ſanctam vrbē. ſanctū venerandūq̄ꝫ ſepulcrū dñi ſalutabat. Ea aūt vrbs (vt pmiſſum ē in ſupioribus) in paleſtina ſirie regione arduo in monte ſita: mōtibus pariter arduis circūdatur. nec flumina intus. aut pximo in agro. nec fontes habet pter vnicū ſyloe amnē tenui ꝛ qñq̄ꝫ p eſtatem nulla fluentē aqua. Qui montē ſyon radens. vallem ioſaphat mediam ſecat. quā ob aquaꝝ neceſſitatē. ciſternas aquā ptinentes pluuiā intus ꝛ extra ager multas et pe infinitas habet. ptinet aūt eius ager ad varias gentes xpiani nois inimicas. Nā arabes moabitide ꝛ amonite ab orientali plaga. Sedumei egiptij ꝛ philiſtei a meridionali plaga. Et maritime ciuitates ptolomaida q̄ ꝛ Acon Tyrus ꝛ Tripolis. ab occidentali. tyberiaſq̄ꝫ ceſarea philippi regio decapoleos ꝛ damaſcus a ſeptētrionali in hieroſolimitanos fines ſpectāt. Itaq̄ꝫ ꝙ primum ad hieroſolime menia portaſq̄ꝫ ventū ē. nihil antiquius duces duxere ꝙ vrbe in circuitu luſtrata. metandis ꝙ oportune caſtris. loca ducibus exercituiq̄ꝫ diuidere. Chriſtiani igit̄ compato omifariam cōmeatu. qtuor locis oppugnare vrbē magnis virib⁹ adorti. eā hieroſolimitanis acriter defendentibus. ydibus iulij vi cepere. precipua tn̄ in recupanda tanta vrbe laus gothifredi fuit. q̄ partē muri ei ac fratribus ad oppugnandū aſſignatū primus conſcendit balduinoq̄ꝫ poteſtatē fecit. vt in vrbē deſcendens xpianis portas recluderet. quibus certe irrūpentibus tanta cedes facta ē. cū in vrbe vel maxime in templo vt morietiū cruor tales hoim ſupgrederet. Cepiſſent eadē quoq̄ꝫ die templū. niſi nox ſupueniſſet. Poſtridie cū ad ſuperiora templi expugnanda reditum eſſet ciuibus. miſerabili voce planctuq̄ꝫ ſupplicantibus. Et per eos pſidiorū primoribus ē cōceſſa vita. In hūcq̄ꝫ modum hieroſolima a xpianis capta ē. ydibus iulij nono ꝛ nonageſimo ſupra milleſimū ſalutis anno. Poſtq̄ꝫ heraclij impatoris tpibus ea ciuitas a ſarracenis fuerat poſſeſſa. Potiti templo duces vrbis. ꝛ illius purgatione a cadaueribus ſarracenis inuicta. exuerūt arma. Et ad ſanctū dñi ſepulcrū cernui vel poti⁹ repentes perrexere. idem fecit omis xpianoꝝ multitudo. Petiti poſtea latebris pdeūtes xpiani numero pauciſſimi hieroſolimis habitare cōſueti. Quibus oſtendentibus vbi dominus iheſus in horto captus. vbi verberat⁹ vbi paſſus vbi deinde obſeruatus. ꝛ demū aſcendit in celos didicit omnis populus

Gotfredus primus rex hieroſolime



His per octo dies ſumma deuotōne obitis ſpiritalibus gaudijs. de rege vrbi dando agi ceptum eſt. Quā ad creationē cū ois cōueniſſet xpianoꝝ exercitus. nec vota ſcrutari. nec ſuffragia iniri oportuit. Qd illico gotfredū bolionū regem non magis multitudo omnis. ꝙ ipſi duces acclamauere. Geſtatus itaq̄ꝫ ducū humeris ad ſacroſanctū dñi ſepulcrū gotfredus inter miſſaꝝ ſolemnia accuratiſſime celebrata. rex hieroſolimitanus eſt appellatus. Sed is vir eximius dominiū vrbis qd tanta principū populorūq̄ꝫ xpiane expeditionis concordia oblatum erat accepit. regni vo titulū ꝛ inſignia ideo ſe nolle dixit. ꝙ indecēs nephariūq̄ꝫ duceret diadema aureū peccatorē homūtionē capiti imponere. ea in vrbe in qua ſaluator mundi eternus rex ſpineam ſuo ſacratiſſimo madētē ſanguine coronam geſtaſſet. Inde arnulphus pſbyter. Sed nihil in humanis reb⁹ qd ad felicitatem pertineat diuturnū ē. Anno em̄ vno poſt captā tot laboribus hieroſolimā gothifredus febri correptus moritur.

Balduinus rex ſecūdus hieroſolime



Balduinus frater cum gotfredus febre correptus obijt. magno oīm xpianorum qui terram incolebant ſanctam conſenſu. non ſicut frater dominus ſed rex hieroſolime eſt creatus fuit. is annus xpiane ſalutis ſupra milleſimū centeſimus primus. quo in anno ſecūdus vrbanus pontifex romanus tanq̄ꝫ re ab ſe inchoata dominici ſepulcri liberationis feliciter abſoluta carnis humane carceribus ꝛ ipe liberatus eſt. Balduinus annis. xviij. regnauit cum ſarraceni magnos exercitus recuperande hieroſolime eam conduxerunt. In quos paꝝ pſulte intulit conflictus. tandem vocauit genuēſes ꝛ venetos ꝛ acon vrbem terram mariq̄ꝫ oppugnās obtinuit. ac ſarracenos fudit atq̄ꝫ fugauit. indeq̄ꝫ egiptios ſecundo prelio ſuperauit ꝛ caliphā eorum regem interemit.



Stella inſolita hoc anno prima qdrageſime hebdomada. feria ſexta circa veſperū in auſtrū ꝛ occidentē lucere viſa ē. Et per dies. xxv. eadem hora ſemper ſplenduit. Cui ingens trabes viſa eſt ex oriente occurrere. Poſt hoc in cena dñi. viſe ſunt due lune parum ante diem. vna in oriente ꝛ altera in occidente. Non multo poſt Cometes longos ꝛ flāmeos crines per mane ducens apparuit. De qua quidā monachus malmaberie elmerus nomine. Veniſti inquit Veniſti multis matribus lugendum. dudum eſt quod te vidi. Sed nunc multo terribiliorem te intueor patrie huius excidiū minantem.

Anno mundi.929.3 Anno xpi.1094.

Linea ſummoꝝ pontificū

Paſcalis ſecūdus



PAſcalis eiꝰ noīs ſecūdus papa natione ytalus e flāminea prouincia. patre creſcentio. mr̄e alfacia. Raynerius añ pōtificatū vocatus vrbano pontifici ſbſtitutꝰ. quē gregorius ſeptimus ob virtutē ⁊ doctrinā ſcti clemētis pſbyteꝝ creauit. In q̄ q̄dē loco clerus ipe poſt vrbani mortē. eūdē paſcalē vita p̄uata ꝯtentū q̄ppe q̄ antea monachus fuerat etiā nolentē ⁊ latitantē pontificē creat. qꝫ dicerat humeros ſuos neq̄q̄ꝫ tanto oneri ſuffecturos. ſed expetente pplo. eligente clero collaudante cardinaliū ſenatu pontificū munus ſuſcepit. maxime vo cū ter acclamatū eſſet ſanctꝰ petrus rayneriū virū optimū pontificē elegit. Cui poſtea paſcalis nomen indidere. tiara capiti eius impoſita comitante pplo ⁊ clero equo albo ad lateranū p̄ducitur. Inde poſt vnctionē coronā de more accepit. eccleſie poſtea labenti q̄rūdam ſeditionibus cōſulturus. copias ſuas in gibertū antipapā mittit qui nō multo poſt ſubita morte correptus. a malis tñ eccīa dei nō ſtatim quieuit. Richardus campanꝰ comes albertū q̄ndam ſufficit attellanū ciuē q̄ ſtatim a bene ſentientibus abdicare ſe magiſtratu coactꝰ relegat᷑. Cauerſes aūt agri p̄neſtini incole theodaricū q̄ndam pōtificē creauere. Veꝝ ij q̄ꝫ pnia ducti q̄nto ⁊ centeſimo die e pontificatu deiectū anachorite habitū induere cogūt. Pacata tandē eccīa romana paſcalis vir magni ingenij animi vrbē caſtellanā ⁊ beneuentuꝫ ab hoſtibus occupatā recepit. Hijs ⁊ alijs plurimis facinoribus ſtrennue geſtis in ciſalpinā ꝓficiſcit᷑ vbi guardaſtallū agri cremonēſis oppidū conuentu multorū principū ⁊ epoꝝ habito de homagijs de feudo magna habita ē rō. Rome preterea ecclias. xv. cōſecrauit. Dedicataq̄ꝫ p̄neſte agapiti baſilica romā effuſa obuiā vrbana multitudine honoris cā tandeꝫ redijt. q̄ q̄dem ex freq̄ntia inualitudinem incidens ſe paulo poſt moriturū cognouit. Quare acceptis ecclie ſacris cohortatuſq̄ꝫ cleꝝ ad pacē ⁊ cōcordiā. pōtificatus ſui anno. xviij. menſe. vj. die. vij. moritur q̄ntodecimo kal. februarij ſepeliturq̄ꝫ in baſilica conſtantiniana.

Gelaſius ſecundus



GElaſius ſecūdus ioannes anteà vocatꝰ p̄ria caietanꝰ p̄re creſcētio nobili genere natus ingenueq̄ꝫ a teneris annis educatus ⁊ doctꝰ in mōte caſſino religionis fundamēta perdidicit ſub odriſio abbate viro ſanctiſſimo hanc ob rem ab vrbano ſecūdo romā accitus. Vir ⁊ ipe ſanctiſſimꝰ ⁊ oīmi laude dignꝰ. ſi vitā ꝯtinētiſſimā. ſi mores. ſi doctrinā inſpicias. Nā ⁊ cōſtanter ⁊ ſancte in tantis ꝓcellis humanaꝝ ꝑturbationū vixerat. ideo vno oīm ꝯſenſu pontifex creatur. verū cincius fregepanis ira ob hāc electionē ꝑcitus qꝫ vnū ex ſuis cardinalibꝰ collegio p̄poſuerat quē pōtificē eligerēt. in monaſteriū palladij cū armatis ſatellitibus irrūpens refractis foribus obuiū quēquā ꝑcutit. pontificē obtorto collo in terrā deiectū calcibus ꝯterit in vinculaq̄ꝫ conijcit. cardinales fugā parātes ex mulis ⁊ equis deijcit nullūq̄ꝫ genus ꝯtumelie p̄termittit. Nō tulit tantā iniuriā populus ro. cōfeſtī liberatꝰ in lateranū ducit᷑ vbi de more coronat᷑. Perſeq̄nte deinde illū heinrico imꝑatore in gallias ꝯfugit vbi ab abbate cluniacēſi magnifice ⁊ ſplendide ſuſcipit᷑ intereundū ecclias in tillano ⁊ in tornaco dedicat. tandem ad cluniacenſe monaſteriū ꝑueniens. Ibi dū multa i ecclie reformatōem tutelāq̄ꝫ cū regibus ⁊ principibus molliret᷑. pleureſi correptꝰ pontificatꝰ ſui anno primo die quinto moritur. Sepelitur autem eius corpus intra limina cluniacenſis cenobij.

Caliſtus ſecūdus



Anno mūdi. 6313. Anno xpi. 1114.

Tripolis, vrbs aſie inſignis ſcḋo pontificatus quarti nicolai anno obſidione ⁊ viribus facta eſt in ſoldani babilonie poteſtatẽ. quã quidẽ vrbem ditiſſimam poſt commiſſaꝫ in mortalibus cedem maximam. poſtq; abactã. aſportatã omifariam rex predam igni primũ. poſt ferro abſumi diruiq; curauit. Progreſſuſq; eodem furoris impetu barbarus. tyrum. ſydonem. barutum ⁊ ea rũ vrbiũ oppida intra terciũ pontificatus nicolai annũ cepit. ⁊ ſicut tripolim incenſam diruit. Iſq; princeps aſtu ⁊ prudentia eque ac viribus ⁊ potentatu pollens. ne ea clade accepta nois xp̃iani principes occidentales in aſiam conciret. induciaꝝ federa in duos annos ptolomaide habitatoribus xp̃ianis ꝯceſſit Nicolaus tamen pontifex p̱ crucem de more aſſumendam edicto ſtatuit afflictis aſie rebus ſubueniendũ mille q̇ngentos ipe equites ex publico eccłe fiſco curauit cõportari. quos ⁊ multi in magnũ exercitũ ſine certo ꝯſtantiq; duce ſecuti ſunt. qui quo plures eo ꝑniciosiores. ptolomeida vrbs populis tunc frequentata innumeris. q̃tos nunc nõ temere alat aliqua vrbs italie. E ſeptem diuerſis magiſtratuũ gentiumq; generibus premebat᷑. Ea militũ multitudo cedibus rapinis ⁊ incendijs aliq̃diu debaccata. in agris ſoldani. tulit patienter diſſimulauitq; diutius. q̃re ſoldanus tandem anno ipo exacto centum q̇nquaginta armatoꝝ milia in ptolomaidã duce filio ſuo immiſit. ipe morbo implicitus tenebat᷑. Filius p̱ etateꝫ ardẽtior ampliſſime vrbi obſidionem admouit. Inde genitori defuncto ſoldanus ab exercitu eſt ſuffectus. quo elatus ſucceſſu vrbis ptolomaide predam exercitui donauit ⁊ accurratiori ſolito vſus oppugnatione. ad eamq; paulopoſt animoꝝ ꝯſternationem eſt ventũ vt publico omnes ꝯſilio mulieres primũ ꝑuulos ⁊ debiles cum ſuppellectile emiſerint. Deinde ꝯſtituerint duodecim milia armatos in vrbe retinendos. manſerunt ex primoribus rex cipri. qui paulopoſt multitudinẽ eſt ſecutus. patriarcha iheroſolime. templariorumq; magiſtri. qui nõ prius vrbem deſtruere q̃ ſoldanum viderũt. Saldanus tandem ptolomaidam a paucis q̇s nauigij carentia detinuerat xp̃ianis male defenſatã vi cepit ⁊ mortalibus in ea reptis ad vnum ceſis. Sꝫ tanto tenebat᷑ illius excidende vrbis deſiderio. ſuppoſito eo incitante ignis maximã partẽ abſumpſerit. Menibus inde ⁊ vrbis parietibus paſſim ſolo eq̃tis. Annus erat ſalutis nonageſimus duodecieſq; centenꝰ quando tandẽ reliquias amiſimꝰ victorie illiꝰ celeberrime. quã anno añ q̃rto de ducẽteſimo vrbani pon. auſpicijs expeditio inchoauerat. Salue tamen manſerunt ad tempus cyprus inſula ⁊ armenia minor dicta prius cilicia.

Ordo celeſtinorum



Ordo celeſtinoꝝ a celeſtino ꝓdicto papa eius auctore cognominatꝰ tempeſtate hac ſub regula diui benedicti initiũ ⁊ mirũ incrementum ſumpſit. eo q; ipo ſanctiſſimo viro in carcere defuncto. ꝑpter eius crebra miracula multi nobiles ⁊ doctiſſimi viri ſpretis ſeculi bonis ⁊ pompis ordinẽ ingreſſi cito ⁊ virorum nũero ac cenobioꝝ ꝯſtructiõe mirabilit᷑ ordinẽ auxere

## Ordo Seruorum

Ordinis q̇ſ ſeruoꝝ virginis marie philippus vir religioſiſſimus primus inſtitutor fuit. q̇ nõ lõge a florentia vrbe quieuit. Hanc aũt religionem ſub diui patris auguſtini regula excitauit. atq; ipam verbo et exemplo aliquibus additis cõſtitutionibus in formaꝫ redegit. quẽ ordinem a multis improbatuꝫ benedictꝰ poſtea vndecimus ⁊ bonifacius atq; vrbanus ſextus et alij priuilegijs ⁊ exeptionibꝰ munierũt. ⁊ inter mẽdicãtes ꝯnumerauerũt q̇ ordo viris doctiſſimis ⁊ in declamationibꝰ clariſſimis ac locoꝝ multitudine multo habetur in precio.

Linea ſummoꝝ pontificū

Bonifacius octauus



Benedictus vndecimus



Bonifacius octauus papa natione bernicus vel cāpan' pria anagnin'. benedictus caietanus antea vocat'. neapolim pontifex creaṫ in vigilia natalis dñi milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. vir quidē doctrina ꝛ experientia reꝝ inſignis. diu em̄ in curia verſatus fuerat ꝛ ꝑ oēs dignitatis gradus ad pontificatū ꝑuenerat. nā cū eſſet ſancti martini in mōtibus ꝑſbiter cardinalis adeo pontificatus dignitatē exoptauit vt nil ambitione ꝛ fraude ꝑtermiſerit qđ ad eā ꝯſequendā ꝑtinere arbitrareṫ. Aūt clanculū quoſdā ſuboꝛnaſ qui in cubiculū celeſtini hoīs ſimplicis ei ꝑſuaderēt vt pontificatū dimitteret ſi ſaluus fieri vellet. Suſcepto aūt pōtificatu oēs contemnere cepit. Gibellinos omnes odio ꝑſequebaṫ. Ideo petrū ꝛ iacobū cardinales colūnenſes vna cum ſara eoꝝ patruo paternis caſtellis priuauit. hoc tn̄ laude dignū ꝙ duplicē celebritatem ꝛ aplis ꝛ euangeliſtis ꝛ q̄tuoꝛ eccie doctoꝛibus gregoꝛio. auguſtino iheronimo ꝛ ambroſio ſtatuit. Idē dū in vrbe veteri eſſet beatū ludouicū ex regia francoꝝ ſtirpe oꝛtuꝫ ex carolo ſcđo oꝛdinis ſancti franciſci ꝓfeſſum in ſctōs retulit. Erat annus ſalutis de tredecies centeno ſcđs. Sextū edidit codicē iuris pontificij celeberrimū. vrbem q̄ꝫ eugubiū que gibellinoꝝ auſpicijs ab eccia defecerat breui recupauit. Alberto duci auſtrie imperij cōfirmationē bis terq̄ꝫ petenti negauit. Iubileū q̄ꝫ idem retulit anno milleſimo tricenteſimo quo plenaꝫ delictoꝝ oīm remiſſionem his ꝑſtabat qui limia aploꝝ viſitaſſent. ad exemplū teſtamenti veteris. Iubileū nāq̄ꝫ q̄nquageſimo q̄ꝫ anno repetebat. Idem etiaꝫ centeſimo q̄ꝫ anno obſeruari mandauit. Ob hanc rē eo anno tanta vndiq̄ꝫ hominū multitudo romā venit vt vix incedere ꝑ vrbem amplam quidē ꝛ ꝓuaſtā liceret. Francoꝝ regnū ꝓpter violatū iuſgentiū alberto impatoꝛi ſubiecit ꝛ titulū imperij romani prius multotiens denegatū ꝯceſſit vt rex q̄ꝫ francoꝝ fieri pateret. qđ cū albertus conſenſiſſet pontifex vna eadēq̄ꝫ celebritate hinc philippū francie regno priuatū inde albertū romano ꝛ illo oꝛnatū ꝓnunciauit. Philippus interim a ſara edoctus guilhelmū roma petere iuſſit. ſarā q̄ꝫ in latinā redierat regionē. qui anagniā clam noctu ingreſſus adiuuantibus Gibellinis quos bonifatius diu multūq̄ꝫ vexauerat pontificem nil tale metuentē in domo paterna capit. ꝛ in eodem in quo genitus fuerat cubiculo valuis vi fractis obſtupeſcentē. ꝑductū romā pontificē intra quartū vigeſimū diem doloꝛe animi confectus perijt. pontificatus ſui anno octauo menſe nono die decimoſeptimo. Sepelitur q̄ꝫ in baſilica petri ſepulchꝛo a ſe antea extructo qđ adhuc extat in ſacello a ſe condito.

Benedictus vndecimus papa natione taruiſinus nicolaus antea vocatus cardinalis hoſtienſis rome kalendis nouembris pontifex creaṫ. Territi em̄ eo pōtificis caſu cardinales peruſiā acceſſere vbi ad duodecimū mortis bonifacij diē benedictū oꝛdinis ꝑdicatoꝝ pontificē creauere. qui ab ineūte adoleſcentia oꝛdinē ꝑdicatoꝝ ingreſſus tantū valuit vt ad generalis dignitatē ꝑuexerit. Uir quidem pontificatu digniſſimus qui magnū breui tempoꝛe virtutis ſue documentū ꝑſtitit. ita ei vixit vt poſt moꝛtē inter beatos merito cenſeaṫ. Is guilhelmū cū q̄nq̄ꝫ ciuibus ananinis excōicatos ꝓnuncians. Regi francie tituluꝫ. libertates ꝛ priuilegia reſtituit. Iohannē ꝛ iacobū cardinales de colūna in gratiā recepit. Inde mens ſanctiſſimi viri fuerat pacata italia tartaros ſyriā ꝛ paleſtinā ingreſſos xpianos iuuare a quibus lris ꝛ nuncijs ad tantaꝫ rem conficiendā ꝯtinuo inuitabaṫ vt comodius efficeret ſtatim cū curia peruſiū ꝓfectus eſt. vbi infirmitate coꝛreptus nonis iunij diem obijt pontificatus ſui menſe octauo die decimoſeptimo rē deſtinatā omittit. Sepeliṫ aūt magna pompa in eccia fratrū ꝑdicatoꝝ milleſimo triceteſimotercio. vacauit tū ſedes menſes .xi.

Sextū pontificij iuris librū his annis bonifacius ipe pōtifex edidit. quē a tribus doctiſſimis viris ex q̄buſdā nouis decretis a ſe editis cōpilari mandauit. ꝛ publico edicto obſeruari. ꝛ ī publicis gymnaſijs legi debere ꝑcepit. quem ſtatim archidiaconus bononienſis explanauit.

Ludouic' eps tholoſan' oꝛdinis minoꝝ



Ludouicus felix ſanctus ex regali ꝓgenie. patre carolo ſcđo rege ſicilie. matre maria regina ſicilie ꝛ hungarie oꝛiginē habuit. in etate tenella religioſum ꝑceptoꝛem habens. ductus in cathelonā cū duobus e fratribus ſuis dat' obſes ꝑ liberatione regis caroli genitoꝛis vbi ꝑ ſeptennū a fratribus oꝛdinis minoꝝ liberalibus ac diuinis artibus inſtructus doctus euaſit vt publice ac priuatiꝫ diſputaret clero ac populo verbū dei manifeſtaret. Fuit in oꝛōnibus ſedulus. factus ſacerdos ferme ſingulis diebus celebꝛabat. caſtitatis amatoꝛ vt excepta matre ac ſoꝛoꝛibus cū ſola nunq̄ꝫ loquereṫ. coꝛpus caſtigabat aſſidue. Inde ad petitionē bonifacij pōtificis prius oꝛdinem minoꝝ ꝓfeſſus ꝛ habitū ſuſcipiēs epiſcopatū tholoſanū regendū accepit vbi mira opera pietatis ꝑfecit. Demū in infirmitate vltima conſtitutus ſuſceptis deuotiſſime ſacramētis reſolutus in moꝛtem ad celum feliciter euolauit. quē dñs magnis miraculis magnificauit. conſummatis em̄ operib' bonis tēpoꝛa multa expleuit.

Albertus huius noīs primus dux auſtrie rudolphi olim imꝑatoris filius Anno .1298. adolffo imꝑatore opreſſo ac interfecto germanorum imꝑator declarat̄. ⁊ imperauit annis decē. Verū cū in prima electione non omnes electores conſenſiſſent. ius electionis in manus eoꝝ reſignans ne de violenta regni vſurpatione notaret̄. Iterato electores cōmuni voto ceſarem declararunt. ⁊ poſtea aquiſgrani coronā regni accepit. vir vtiqȝ bello ⁊ armis ſtrennus. licet quidā eū monoculū ⁊ agreſtē aſpectu auariciaqȝ ſuſceptū ſcribent. cū liberorū ſuoꝝ cōmuni vtilitati comodū propoſuit. Qui ſuſcepto imperio a pontifice imperij cōfirmationē expoſtulauit. quā ab arrogantiſſimo obtinere nō potuit. Cū a bonifacio pontifice vt eū de more cōfirmaret miſſis terqȝ quater oratoribus impetrare nequiuerunt. Verū cū inter philippū francorum regē ⁊ bonifaciū ip̄m (vt erat animo ambitioſus) poſtmodū ſuborta fuiſſet diſſenſio eo ꝙ philippus apud pariſius magnū ꝯgregaſſet conuentū vbi bonifacij ꝯmemoratis iniurijs ſibi illatis. ac etiā eius fraude in papatu occupando ꝯmemorata ad futuꝝ ꝯcilium appellauerit. Bonifacius ira ꝑcitus ꝯcilio habito nō ſolum albertū ꝯfirmauit ſ etiam philippi regnum alberto huic ſubiecit. Que res multas diſcordias et occiſiones inter chriſtianos ſuſcitauit. Huic Alberto frater rudolffus imꝑatoris rudolffi filius erat. cui wentzeſlai regis bohemie ſoror noīe agnes nupſit. q̄ prage moriens ibi ſepultus iacet. Ex ea nat⁹ ē iohannes qui paterne hereditatis diuiſionem ab alberto patruo petijt. q̄ ei ſertum viride in obprobrium miſit. Deniqȝ hic albertus cū multa ſtrennue geſſiſſet. et rhenū fluuium tranſiſſet iohānes p̄dictus albertū patruū ſuū circa reinfelden nō lōge ab oppido pruck vel vt alij habent ſciaſuſa dum ſimul amice iter agerent ſua manu interfecit. deinde penitentia ductus clementem quintum pōtificē maximū qui ſibi purgationem indulgeret apud auinionem adijt. Pōtifex imperatoris occiſorem ab imꝑatore iudicandum ait. venit g̊ piſas iohannes. vbi cum ceſar heinricus. vij. eius nominis imꝑator ꝓſidebat. a q̊ iuſſus religionem ingredi heremitaꝝ ſancti auguſtini. in eaqȝ perpetuo penitere nō recuſauit. Mortuus eſt in eadem vrbe ⁊ in ede ſui ordinis ſepultus. Mater eius ioannis cordata mulier fuit ⁊ ingenio feroci. que cū accepiſſet germanum ſuū wentzeſlaū contentum regno bohemie oblatum imperiū recuſaſſe. At ego inquit ſi regno potior glebaqȝ vna mihi modo deſit. aut quod reliquū eſt ſubijciam. aut imperio excidam.


Linea impatoꝝ
Albertus primus

Erant eo tp̄e ſecundo carolo regi neapolitano nati poſt ſancti ludouici mortē ſupſtites ex maria vxore regis hungarie filia mares ſex. femelle quinqȝ. eorūqȝ maior natu carolus martellus hungarie regnum materna. ſecundus robertus calabrie dux neapolitanū paterna hereditate expectabant. Terciuſqȝ philippus tarentinū obtinuit principatum. Nataꝝ prima clementia nomine carolo philippi regis frācie primogenito nupta erat. Scd̄a nomine blancam iacobus arrogo ſicilie rex dimiſſis anno ſ ante q̄nto Carolo martelloqȝ ⁊ ludouico poſtea ſancto quos tenebat obſides in matrimoniū acceperat. Cum eo itē ex pacis federe leonorā terciā Frideric⁹ arrago iacobi frater titulo ⁊ ipſe regni ſicilie ornat⁹ vxorē habuerit.


wentzeſlaus tercius

Wentzeſlaus tercius rex bohemie ſeptimus filius p̄dicti wentzeſlai. qui cū ebrietate ⁊ turpiſſime parti corporis dies noctesqȝ indulgeret ⁊ aliorum bona diriperet. alioꝝ vxoribus illuderet apud demutium morauie ciuitatem dū ſolus in domo decani pontificalis edis ꝑambulabat tribus vulneribus cōfoſſus duo de viginti natus annos interijt. Ignoratus eſt necis auctor q̄uis conradus eques turingus cruentam geſtans pugionem exire regiam viſus fuit. nā is prius obtruncatus eſt populi tumultu q̄ crimen confiteret̄. Venerat eo tempore pragam dux carinthie heinricus. cui altera ex ſororibus regis nomine anna natu maior iam pridem nupſerat. hunc bohemi regem ſibi deligunt. Id egre fert albertus imꝑator. qui repente coactis copijs bohemiam ingeſſus heinricum regem deturbat. rudolphumqȝ filiū ſuū regē conſtituitus Elizabeth ſenioris wentzeſlai relicta in matrimoniū ei tradita quo regnū eius ſolidius eſſet. qui cum magna bohemoꝝ ſpe regnare cepiſſet ſubitaneo morbo correptus primo regni ſui anno abſqȝ liberis deceſſit. Ob eius obitum diſſidentes inter ſe bohemi. alij fridericum rudolffi fratrem. alij heinricū quem delecerant petiuerunt. vicit heinrici factio trucidatis alterius partis auctoribus. Et q̄uis albertus imꝑator cum magnis copijs bohemiā ingreſſus regionem longe lateqȝ afflixerit. heinricum tn̄ regno eijcere non potuit prius a nepote, vt ante diximus occaſus q̄ meditata in bohemos exequeretur.



Cometes future maxime cladis indiciū hac tempeſtate in celo apparuit. afflictionem xp̄ianoꝝ indicans. quo anno in ſolennitate ſancti andree tantus repente terremotus exortus eſt q̄tus antea nūqȝ qui et multis diebus ꝑ interualla ꝑdurans multa diruit edificia.

Cum eo tpe quidam electores imperij. pcipue eccleſiaſtici principes ob diuerſa diſcidia in albertū regē varias cōiurationes ac ſimultates attemptarunt. dicentes adophum dñm ſuū in bello pemiſſe. ideo eū regia dignitate indignū cenſebant. Quā ob rem ceteri principes primarij in regno germanie Rudolphum palatinū rheni imperij iudicem ſtatuerunt vt deinceps futuris temporibus ſua induſtria hoc officium gagere deberet. Ex qua conſuetudine reges romanoꝝ mouerent ne aliquod malū vituparione dignū in regno molirentur. ac indigni imperio iudicarentur.



Seductor ac doloſus quidaꝫ oſtentabat ſe fore fridericuꝫ impatorē indicijs varijs. quē olī pditū fuiſſe ac nullui poſtea inuētum fuiſſe dixerūt. Is ſua aſtutia cū multos ſibi adherentes acquiſiuiſſet ab impatore ɔphenſus de tectis fallacijs igne ɔbuſtus fuit.

Iudei q̄ꝫ anno primo alberti īpatoris aucti in pleriſqꝫ locis ob male geſta nurmberge in Herbipoli. rotenburge. ac in pleriſqꝫ locis finitimis igni traditi ſunt. ñ ſexui nō etati parcentes. infelicē gentem aliq̄t milia perijſſe ferunt ſeruati infantes baptiſmi gratia.

Cū āno vndetricteſimo ⁊ milleſimo iacobuꝫ arragonē ſiculū regē obijſſe diē icrebuiſſ; robert⁹ calabrie dux. caroli genitoris iuſſu in ſiciliā traductis copijs cathina vrbe potitus eſt. Philipp⁹ q̄ꝫ tarentinus dux frater ſuus cū pauciſſima claſſe illico eſt ſubſecut⁹. Siculi interea correptis populariter armis ſeſe aduerſus exoſum gallicū nomē vt tuerenf terra mariqꝫ parauerant. ⁊ fridericū arragonē eavocauerunt ratione vt regnū trinacrie ſibi etiā tardiuſcule adueturo ɔſeruādū eē. plene cōfiſus copias ex hiſpanis traducendas. vel adhibita longiore mora contraheret. Nauigauerat interea ſulutiore diſciplina claſſis philippi principis tarentini eā p̄ ſe ferens ſecuritatem quā ne excepta a roberto fratre omni ſicilia debuit oſtētare. quin etiā roberti claſſis ex cathinenſi portu ſoluens illi q̄ primū e longinquo apparuit abſqꝫ bellici apparatus armatura obuiā eſt ,pgreſſa. in vtrāqꝫ igit claſſem pari ſocordia ſed motu ventoꝝ diſpari viciſſim ſe petentē ſiculoꝝ claſſis magno ordine. maioriqꝫ apparatu. maximo animoꝝ ardore delata eſt. primaqꝫ impetito que poſterior nauigare ceperat roberti ducis claſſe armamētiſqꝫ deſtituta nullo ſiculoꝝ labore diſſipata eſt. partim demerſa partim intercepta eſt. partim ad hoſtiles portus adducta eſt. adeo vt pauci triremes remigio vſe acceleratione cathinata ad robertū fuerint reuerſe. Durius poſtea fuit ſiculis cū philippenſi claſſe pliū his duobus incomodis robertus dux animi anxius in fugā ſententiā inclinauit. Cathina itaqꝫ in ciuiū poteſtate relicta cū paucis que ex vtraqꝫ claſſe ſupfuerant triremibus in italiā eſt reuerſus.

Dinus iuris doctor



Dinus mugelan⁹ iuris vtriuſqꝫ periciſſim⁹ doctor hoc tpe claruit. ⁊ primū locū inter doctores in italia obtinuit. eo q̄ in dicendo. diſputando. decidēdoqꝫ tantā loquēdi vim habuit q̄ eo pſente vniuerſalis legalis phie ſynodus adeē videref. ⁊ ,pterea copioſe eleganterqꝫ totū ciuile ius multis voluminibus declarauit. nā ſup inforciato digeſtoqꝫ veteri ac nouo pulchre ſcripſit. Inſup ⁊ de mandato bonifacij pape ⁊ poſt archidiaconū bononienſem in iure pontificio ſextū declarauit. ſcripſit etiam conſilia elegantiſſima.

Petrus de bellapta natione burgūd⁹ pdicti dini pfeſſionis ⁊ doctrine ɔſlis hiſdē tpibus floruit. q̄ ⁊ ipo dino nō min⁹ docte ⁊ accurate ſup toto digeſto codiceqꝫ ac inſtitutis ſcripſit. Habenf etiā eius centū diſputationes a ſe edite ⁊ in maximo pcio apud doctos habite.

Jacob⁹ de arena iur. ɔſult⁹



Ann⁹ aduenerat ſalutiſ millen⁹ terdecieſqꝫ cēten⁹ iīq̄ octau⁹ bonifaci⁹ pō. ro. vt pmiſſū ē prudēti pioqꝫ vſus ɔſilio prēs inutat⁹ ve. te. annū inſtituit iubileū. cēteno inde quoq̄ futuꝝ āno. cui⁹ ea fuit rō vt q̄ ex trāſalpinis vltra mariniſqꝫ veniētes octo. q̄ ex italia ⁊ ex⁹ inſul. xv. dieb⁹ ſacra vrbis loca orādo obirēt plenaria pecaminū venia donati eēnt. Magnū ea ſūmi pon. indulgētia alicubi fructū attulit q̄ diffidētes aliq̄ ⁊ acerrimis etiā capitalibuſqꝫ inimicicijs publice ⁊ priuatim vſi in pacem beniuolentiāqꝫ conciliati ſunt.

Iacob⁹ de arena natōe pormēſis iuriſ ɔſult⁹ ꝑitiſſim⁹. cui⁹ opiniones ī explanādis legib⁹ vt bartol⁹ teſtaf ſp de mēte iuriſ extiterūt. his tpib⁹ breuif vtilif qꝫ ſup digeſto toto ⁊ codice ſcripſit. itēqꝫ diſputatiōes pulchras ac tractatū de excuſſione cōpoſuit.

Nicola⁹ de neapoli his ɔtēporane⁹ exiſtēs ſup prima inforciati ⁊ toto volumie copioſe ⁊ pulchre ɔſcripſit. ac q̄dā alia edidit.

Jo. ſcotus or. minoꝝ



IOannes ſcotus ordinis minoꝝ theologus ſubtiliſſimus. Anno dñi. M.ccc. vel circa. velut alter apollo floruit. Et p̄ ceteris theologis ſubtiliſſima q̄dam opa edidit. Et ſup librum ſententiaꝝ pcipue ſup q̄tuor ſententiaꝝ quē ipſe (vt aiūt) in ordinē redegit multa ſubtilia ſcripſit. Unde ꝛ doctor ſubtilis dr̄. Quodlibeta etiā plurima diſputauit. In diuinis etiā codicibus cōmentarios ꝛ alios tractatus edidit. Qui q̄tem cōmentarij q̄d valeant abſqꝫ nr̄o teſtimonio ipi oſtendūt. Sup libros Areſto. qꝫ maxime. methaphiſice q̄ſtones putiles diſputauit. ꝛ alia cōplurima cōpoſuit. Hūc aūt lacte ſue ſapiētie multos enutriſſe diſcipulos tradunt. ſ qui maxime pficere hos fuiſſe dicūt. Franciſcū maronē Antoniū Andream Joannē grandonē. Ocham burleū atqꝫ alios cōplurimos. Quoꝝ ingenijs mirūmmodū phia creuit. Deniqꝫ apoplecticus interijt. q̄uis a pleriſqꝫ putetur quod viuus fuerit defoſſus.

Raynerius or. pdicatoꝝ



RAynerius pyſanus ordinis pdicatoꝝ magr̄ egregius doctrina et eloq̄ntia grauis. Uir optimꝰ ac ꝑe modū ſanctus. vt ex eius opibus habemꝰ. ſumma in veneratione hac tempeſtate habet. Et ſummā copioſiſſimā multaꝝ lucubrationū ꝛ vigiliarū plenā cōſcribere orſus ē. In qua certe quātecꝫ litterature ac ſanctimonie vir fuerit. vl' ex hoc percipi pōt quod cū in ea quicquid vtilitatis difficultati ſue neceſſariū ē. diuinarum ſcripturaꝝ ſtudio pleniſſime inueniat. ſine ſui laude ꝛ p̄fatiōe (vt plerūcꝫ fieri ſolet) abſolute ſic incipit. Abſolutio ꝛc̄.

. Nicolaus de Lyra



NIcolaus de lyra minoꝝ ordinis theologus eminentiſſimus in ordine claruit. Qui cū ꝯ iudeoꝝ ū impietatē ꝛ diſputatōnibus ꝛ ſcriptis diu aduerſatus fuiſſet. Etiam nouū ꝛ vetus teſtamentū in eoꝝ cōtumeliam ꝛ obprobriū plurimis voluminibus diligenti cura cōmentatus eſt. ꝓpter quod nomē eius in toto mūdo celeberrimū effulſit. Cū ſatis vtile ꝛ dilatatū opus edidit. Et ſm ſenſum lr̄alem bibliam expoſuit reprobans opiniones hebreoꝝ falſas. ꝛ extortas exponens ex eoꝝ libris cōfutans. Addidit quocꝫ aliud volumen magnū in quo ponit expoſitiones hyſtoriarū ſm ſenſum miſticū vel moralē vel allegoricum. ferunt hūc primo iudeorū doctorem fuiſſe. Et ꝓpterea eorū linguā optime agnouiſſe. Qui ex hebreo peritiſſimo i doctrina iudaica conuerſus ad xp̄m ꝛ habitum minorū ſuſcepit.

Alanus doctor



ALanū aūt doctorē celeberrimū. cognomento vniuerſalē. nō nulli hijs tpibꝰ aſcribūt. Qui cū in omī ſcia admirādus eſſet pcipue tn̄ in theologia ac philoſophia excedēs vniuerſalitatis vocabulo inſigniri meruit. Cuiꝰ ſepultura i loco Cyſtercij oſtendit. Exeūtibus de oratorio eccl̄e ad dexteram. in ſepulcro marmoreo. Cuius alani magni doctoris vniuerſalis hoc epigrāma extitit. Hic iacet alanus quē breuis hora breui tumulo ſepeliuit. Qui duo qui ſeptē qui totū ſcibile ſciuit.

Clara v̄go Eremitarū



CLaram oppidi montiſfalconi oriūdam auguſtiniane religionis eremitarū alūnam. v̄ginē vtiqꝫ inſignē ꝛ ſinceritate vite clariſſimā. anno. 1299. apud eūdem montiſfalconi ſpoletane vrbis oppidū animā celo reddidiſſe ferūt. Que ſanctiſſima virgo tant certe extitit decorata meritis ꝛ miraculis. vt ſanctorū cathalogo pie aſcriptam putari poſſit. De cuiꝰ ſanctitatis pconio hoc vnū referimus teſtimoniū quod apertis oculis videri poteſt. quodcꝫ de quouis ſancto nūcꝫ lectitatum vel repertum eſt. Ea ſiquidem defuncta in eius corde ſtatim crucifixi ymago clara ꝛ aperta viſa eſt. Cum ipius paſſionis inſignibus in quo etiam tres lapilli eiuſdem pōderis inuenti ſunt eminentiſſimū ſanctitatis indicium.

FRaticelli de opinione ꝛ hereſis eoꝝ. a bonifacio pontifice damnat. ꝛ vbicꝫ diligenti cura perq̄ſita exterminari iubet. vn̄ hermāni corpus eiuſdē ſecte auctorē apud ferrariā. xx. annis ſepultū. q̄ p ſancto colebat exhumari ꝛ exuri fecit. Qd̄ malū tpe ioannis xxij. diffuſum ē. q̄ ſuis ꝯuenticulis clam initis ſummis pōtificibus aduerſari ceperūt. In antris noctu cōuenientes clerici laudes xp̄iano ritu cantabāt. Quibꝰ media nocte finitis alta voce admonebāt maſculuꝫ ꝛ feminā carnali copula cōmiſceri. Lumibꝰ illico extinctis quēcꝫ virū ꝓximā mulierem ꝓſternebat. Et execranda cū infantulo poſtea nato exercebāt p ſingulas manus tradebat baiulandus. quouſcꝫ aiam exulabat. inde aſſabāt collectoſcꝫ cineres in vaſculū mittentes. vinū ſuperinfundebāt. Quo nouicios ꝛ execrabilibus hmōi conſecrandos epotabant. Extant adhuc hmōi crudeliſſima ꝛ diabolica hereſi aliquibus in locis abditis ꝛ vallibus nonnulla conuenticula pertinaciter in ſua perfidia permanentes.

Linea imperatorum
Heinricus octauus



Heinricus eius nois octauus. vel vt alij ſcribūt ſeptim⁹ (q̄ heinricum lantgrauiū thuringie inter imꝑatores nō numerāt) Comes lucēburgēſ (quē ytali comarchū vocāt) cū albertū imꝑatorē ioannes ex fratre nepos interfeciſſ Electores germani apud franckfordiā ꝯueniētes i romanoꝝ imꝑatorē āno domini. M.cccviij. eū delegerūt. quē ꝛ aquiſgrani germani regni corona ꝛ inſulis decorarūt. Legatiq̄ ipi⁹ regis. dux baioarie cognat⁹ ei⁹ et dñs guido de namurco frater comitis flandrie cū romanū pontificē auenione agentem adiſſent petitā romani imperij ꝯfirmationē. Ea impetrarūt ꝯditiōe. vt intra bieniū italiā ingreſſus roma coronādus accederet. Nō aūt ꝑfixi termini finē expectauit heinricus. ſ ꝑmiſſis in ytaliā oratorib⁹ ad ꝓpinqua alpib⁹ regni germanie loca ytalie ꝯtinētia venit. Primiq̄ ex ytalis aditi ſunt ab imꝑatoris oratoribus florētini. quos imꝑator creatōnis ſue initio apud franckfordiam dedicerat nois imꝑatoriꝫ in ytaliaq̄ ceteris oībus hoſtes eſſe. Nā multos ꝯſtat ytalos patria pulſos. ꝑſertim gibellinos non etrurie magis quā oīm ytalie regionū. q̄ noua deligēdi creatione etiā apud electores expectata illū magnā victorie ꝛ amplitudinis ſpem erectū. quid agēdum ꝓuidendūq̄ eſſet ſubito edocuerūt. Fuit aūt heinricus imperator vir ſapiens iuſtus ꝛ gracioſus. i armis ſtrēnuus catholicus ꝛ honeſtus. ꝯſilio ꝛ animo iuxta potens. Is interea elizabeth alterā wentzeſlai regis bohemie ſororē. viij. ꝛ. x. annos natam clam iuſſam ad ſe venire. apud Spyram ioanni filio ſuo quatuor ānis minori mrīmonio ꝯiūxit. Eodē tpe tribus ꝯpatis exercitibus vnū ipe in ytaliā adduxit aduerſus brixienſes. quos armis cinctos imꝑata facere ꝯpulit. longobardoſq̄ oēs in ꝑtātem accepit. Alterā aduerſus comites wirtenbergenſes direxit. ſacro imperio rebelles. quibus ex. lxxx. caſtellis ac munitiſſimis oppidis q̄ obtinebant duo. ꝛ. lxx. armis expugnata ademit. Terciū ex frāconibus ac baioarijs ꝯparatū duce petro archiepō magūtino. cū filio i bohemiā miſit. Tranſgreſſo interim alpes heinrico thaurinēſes ad q̄s primū deſcenſurus erat. populariter obuiā ꝑfecti ſeſe ꝛ vrbem eius arbitrio ꝑmiſere. Pariter fecerūt aſtenſes q̄bus vrbibus rex vicarios dedit. Exinde papie comes ſymon collubianus vercellāꝫ antonius laude vrbiū primarij ciues heinrico occurrētes vicarios acceperūt. Et ſcaligeri veronēſes obedientiā polliciti ſunt. mediolanū vrbem familie due turriani ꝛ vicecomites potentatu pares gubernarūt: guido turrianus guelfe. matheus vicecomes gibelline factionum ꝑncipes erāt. Heinrici aūt exercit⁹ vrbi appropinquās vtroſq̄ terruit. Ea intelligēs heinricus pacis ꝯſtituende auidus vrbē ab vtriſq̄ publico ꝯſilio in dñatum accepit. Leupoldúſq̄ auſtrie dux cū germanoꝝ cohortibus vrbi ꝑſidio eſt impoſitus. Heinricus interim ferream imperij coronolā nō modeste vt debuit ſ mediolani recepit. Interea dū heinricus primū oppugnāda poſt euertenda brixia occupatus eſt. Oratores quos ad venetos miſerat redeūtes paratam eſſe retulerūt. eam rempub. nauigiū quod poſtulaſſet ꝑbere. quo ad regiones vrbi rome ꝓpinquiores cū omni exercitu tranſportaretur. Per q̄d item temp⁹ veronēſes vicentini ꝛ patauini ꝛ taruiſini miſſos ad ſe vicarios acceperūt. Ipe deducētibus q̄ apud eum aſſidui erant amedeo ſabaudie comiti ꝛ piſanoꝝ genuenſiūq̄ oratoribus ꝑ placētinos genuā ſe contulit. At heinricus cum menſem terciū genue egiſſet maris quā expectauerat tranquillitate oblata triremibus quadraginta genuenſiū ſaonenſiūq̄ piſas petijt. Equitatu terra per lucenſ premiſſo. Rome deinde coronat⁹ tres eiſi cardinales dicūt hiſtorici a clemente romano pontifice legatos romā veniſſe. Heinricū apoſtolica auctoritate coronaturo. a cardinali hoſtienſi ꝛ pratenſi coronam accepit. Renitente Roberto rege neapolitano. florētiā inde obſidiōe artiſſima cinxit. Piſas ſenaſq̄ in ꝑtāte habuit. robertum regē priuatū regno ꝓnūciauit. Et hinc claſſem in illū nauigare iuſſit. Tandem imꝑator incidit in egritudinē. ex qua vt conualeſceret. medicoꝝ conſilio balnea adijt maceratenſia. cū autem ea balneoꝝ lotione minus recreari ac conualeſcere videret. medicis item conſulentibus purioris aeris loca petere voluit. Itaq̄ eſt honcōuentū q̄d oppidū duodecimo a ſenis miliario diſtans. dum obſidione incipit premere diem obijt. Signa veneni in cadauere apparuiſſe multi ſcripſere. Ptolomeus vo lucenſis affirmat veneno eū periſſe a ꝑdicatoꝝ ordinis fratre in eucariſtia dato. Aliuſq̄ addidit id florentinorum induſtria factum eſſe. quicq̄d ei rei veritas habeat. ſatis ſupraq̄ certum eſt. non magis florentino ꝛ lucēſi ac ceteris eius ſecte etruſcis. quā roberto regi ſalutem in ea morte queſitam eſſe. Multis vo econtra ea mors incomoda perniciemq̄ attulit. cui⁹ corpus in vetuſto ac nobili piſaꝝ templo ſublimi loco poſt aram maiorem amici condiderūt. Fuit aūt animo magnus. ꝛ non infima (ſi lon giori vita functus fuiſſet) egiſſet. imperauit ſolum annis quinq̄ ꝛ menſibus octo. quo mortuo vacauit imperium anno vno.

Fecerat romani imperij ante hūc heinricum quo ad rem ytalicam vacatio. vt omnes pene vrbes ſolite imperio parere tyrannis eodem pene capitaneatus titulo appellatis ſubeſſent. Nanq̄ tres ātea imperatores ab acceſſu in ytaliam abſtinuerant. vt nō ab abſurde imperium vacaſſe ytali dicant. hinc verona ſcaligeros. mantua paſſerinos. padua carrarienſes habebat. Et marchiones aſtenſes quos anno aū ſexageſimo ſalinguerra eiecto ferrariam pro eccleſia adminiſtraſſe ferunt.

Ordinis templariorum extinctio



Ea tempeſtate cum adhuc Clemēs pontifex cū curia morā hēret in ciuitate pictauiēſi. rex frācie ſeductus (vt fertur) ab officialibus ſuis. pōtifici denūcians mgr̄m templi ꝛ manſionis ſui oſqꝫ frēs qbuſdā erroribus infectos. ꝛ ſcelerib⁹ inuolutos eē. Maiores ei mali fomes tēplariȷ̄ mul tis añ ānis in aſie bellis q̄ aduerſus īfideles geſta ſunt cōuicti oīm pniciosiſſimi. xp̄iani em̄ ſpernentes blaſphemāteſqꝫ ac penitus terrentes ꝓ q̄ pugnare ꝯſueuerāt. eos turcis ꝛ ſarracenis ꝯſenſiſſe. ꝛ nrōrū expeditionib⁹ fuiſſe aduerſatos ꝯſtitit. Vn̄ multis eorū vario affectis ſupplicio ceteri oēs ꝑliȷ̄s redditibuſqꝫ ꝛ bonis q̄ poſſidebāt ampliſſimis ſpoliati ſunt. q̄ ptim cōceſſa ſunt rhodiȷ̄s hieroſolime hoſpitalariȷ̄s. ptim ſ nouis attributa religionibus in hiſpania aduerſus ſarracenos beticā olim nūc granatā incolētes a pontifice inſtitutis. Quātū aūt ordo templarioꝝ (vt in ſuperioribus p̄miſſum ē) augebat̄ tantū nūc minuebat̄ ꝛ ſanctitas. iacobus burgūdus origine ꝛ ex dominis molay genit⁹ ingentis animi ad templariorū militiā ſe cōtulit. In qua p̄fect⁹ prioratui ditiſſimo moriēte mgr̄o interuētu principū in magiſteriū ſublimatus enicuit. Actūqꝫ ē vt philippi frācoꝝ regis ei⁹ filiū ex ſacro fonte ſuſceperat indignatōem incurreret. Quo eo ventū ē. vt pmittente clemente pōtifice ſummo tēplarioꝝ primates oēs. vna ꝛ eadem die. philippi iuſſu. ꝑ omne ſuū regnū capti detinerent̄. vna cū iacobo ordinis tā ingentis mgr̄o. Et inde preſidiȷ̄s regis occupata oppida. theſauri ornatus oēs. cū oīm ſuppellectili ī regiā ptātem redacti. captiuiqꝫ deducti pariſius. Quibus diu ſeruatis in vinculis cū varia ꝛ obſcena obiecta eſſent. ꝛ fruſtra cūcta negātib⁹ Rex iratus magiſtro cū tribus ſociȷ̄s reſeruato. ceteri dānati incēdio. Nā palis alligati ꝛ añ oculos ſtaret ignis ꝛ carnifex. quāto cruciatu paterētur miſeri voces ī celos oſtēdebant. ſe veros xp̄ianos aiebāt ꝛ ſanctiſſimā coꝝ fuiſſe religionē. Iacob⁹ deī cū tedio diuturni carceris eſſet attrit⁹. lugdunū deduct⁹ ꝛ exortationibus variȷ̄s ſuaſus. Quedā ex oppoſitis clemēti ſummo pōtifici ꝯfeſſus ē. Ideo retract⁹ pariſius dū corā duob⁹ legatiſ ex latē ſnia legeret̄. Ipe cū vno ex ſociȷ̄s q̄ delphini vieneñ frater erat. ſe mori dignū ꝓteſtatus. nō q̄ vnqꝫ q̄ legebāt ꝑpetraſſet. hinc tm̄ in deletōem tēplarioꝝ ſnia ſbſecuta. Iacobus cū frē delphini ad ſuppliciū deduct⁹ q̄ ambo rege ſpectāte intrepide ꝛ ꝯſtāter ſbire. nil aliud q̄ꝫ q̄ dudum occubuere teſtātes.

Truſianus medicus pluſqꝫ cōmentator



Truſian⁹ medic⁹ florētin⁹ thadei medici auditor. tēpeſtate hac. q̄ pluſqꝫ cōmentū ſup tegni galieni mira doctrina ꝯſcripſit. Hic q̄ꝫ cū in practica artis medicine (vt multi ferūt) infortunatū ſe ꝯſpiceret. religioni ſe totū dicauit. Et carthuſienſiū ordis hitū accipiēs. corthuſin⁹ effect⁹ ē monachus.

Richardū aūt de media villa theologū erudituſſimū ordis mioꝝ iȷ̄ſdem tpibus nōnulli aſcribūt. Cui tanta ingeniȷ̄ magnitudo fuit. vt nulla lr̄atura ei in diuinis codicibus latuerit. Qui ꝛ iter multa ingeniȷ̄ ſui monimenta. quatuor ſniāꝝ libros optīe ꝛ vtiliſſime explanauit. Extāt q̄ꝫ ꝛ mlte ei⁹ poſtille ꝛ alia mlta

Iacobus de viterbio ordis heremitaꝝ ſancti Auguſtini ſacre pagine celeberrimus ꝓfeſſor. ꝛ neapolitane eccleſie archiepus digniſſimus. ꝛ virtutū oīm decoratus. ꝑ hoc tp̄us in precio exn̄s tractatum de regimine xp̄iano ad Clementem iſtum pontificem dedit. ac magiſtrū ſentētiarū egregie expoſuit. Et quodlibeta quatuor determinauit. Qui cū acri ꝛ torſo ingenio habitus eſſet. ſpeculatiuus doctor appellatus eſt.

Richard⁹ de media villa



Anno milleſimo. ccc.xiiȷ̄. Tres ſil' lune in celo apparuere. Et fulgor quē dicūt Cometēqꝫ aqlone viſus apparebat q̄ſi ad finē ꝟginis trib⁹ mēſibus. Et eodē āno eo deficiēte in mēſe nouēbri obȷ̄t rex francie philipp⁹ q̄ ānis. 29. regnūit. Cū ī venatōe aper iter crura eq̄ quē rex eqtabat ſe īgeſſit. ex q̄ de eq̄ cadēs paulo poſt mortu⁹ ē. Hic fuit pulcerrim⁹ hoīm ſui tpis. ſtatura magn⁹, optīe ꝯpoſita hn̄s mēbra. Nā dedit⁹ corporeis oblectamētis precipue venationibus curā regni ſuis relinquēs, quibus nimiū credens. mlta in regno incōmoda ſunt ſecuta. Is poſt ſe reliquit tres filios ſcilicet Ludouicum regem nauarre. Philippum co-

Cometa



mitem pictauieñ. ⁊ carolū comitē marchie. omnes hij tres pauco tpe reges francie fuerūt. viri pulcherrimi ⁊ in vxoribus eoꝝ male fortunati. Ludouicus habens vxorē filiā ducis burgundie quā ſtrangulare fecit. Philippus vxorē quā repudiauerat reaſſumpſit quia multū eā amabat. Carolus vxorē in carcere detinuit. Ad hanc infelicitatē peruenisse opinant quia in gradibus ꝓhibitis ꝯtraxerunt. vel ob iniuriā genitoris philippi ꝑpetratā in captura bonifacij pape.

Ordo rhodioꝝ militum principum



Rhodus inſula cuius deſcriptionē ſupra pfecimꝰ licie oppoſita hoc anno. 1308. in xpianoꝝ ptātē deueniens religioni btō iohāni dicatiſ auctoritate pōtificis ꝯmendat. Hij nempe religioſi cū iheroſolima omnino deperdita eſſet ⁊ templarij in magnos errores ꝓlapſi a romano pontifice fuiſſent extincti in eam inſulā ſeſe recipientes turchos eius dños eiecerūt. neqꝫ vllo pacto turchoꝝ viribus hec inſula reſtitiſſet. niſi religioſi milites. qui vt dictū eſt beato iohanni dicati eius inſule curā ſuſcepiſſent. ⁊ vrbē pene dirutaꝫ inſtaurantes ⁊ deſolatā xpianoꝝ ſuffragijs inſtaurauerunt. naualiaqꝫ ⁊ claſſes reformātes. nō ſolū inſulam ipam tutati ſunt ꝯ cipris ⁊ alijs finitimis xpm colentibus magno pſidio fuerunt. quoꝝ virtute quicqd in oriente noſtre religionis eſt xpo ſeruatum fateri licet. Ipis igit militibus fide ⁊ gratia ac religione clariſſimis xpianam fidē ꝓfeſſionis voto ingēti virtute tutantibus templarioꝝ bona p pōtifices ⁊ alios orthodoxe fidei principes addita ſunt. Poſtmodū deuotione pmoti etiā regulam beati auguſtini ꝓfiteri ſponte voluerunt. quā ob rem ⁊ a ſummis pontificibꝰ romanis ⁊ priuilegijs ⁊ beneficijs plurimis eccłiaſticis honorati ſunt. Soldanus egypti dñs toto quinēnio armata claſſe cū eos vexaſſet maiora ptulit qꝫ intulit dāna. Turchi etiā quatuor vicibus diuerſis temporibꝰ eorum agros inuaſerunt. ſed maximam cladem reportauerunt. Nouiſſime mahumetus turchoꝝ imperator grauiter aggreſſus. de quo in ſequentibus mentio fiet. ferunt rhodios quoddā caſtellū ſancti petri nominatū munitiſſimū habere quod magno ſumptu cuſtodiunt. vbi xpiani de manibus turchoꝝ fugientes ſepe ſaluant. in quo milites canes nutriunt ⁊ noctu extra caſtra emittunt. de quibus dicitur qꝫ chriſtianos odore cognoſcant. eoſqꝫ aduentantibus blandiunt turchos aūt latratu prodant ⁊ morſibus inſectentur.

Johannes rex bohemie



Johannes heinrici imꝑatoris filius. cui genitor elizabeth alteraꝫ wentzeſlai ſororem matrimonio ꝯiunxit. regno bohemie deinde potiri meruit. eoqꝫ regno ſuſcepto .35. annis regnauit. vir certe bonus ⁊ multe beniuolentie inſignitus. ⁊ potenti manu regnū gubernauit. ⁊ patre in ytalia agēte apud germanos vicario nomine adminiſtrauit imperiū. Patre vo defuncto cū plurime ytalie ciuitates ei ſeſe dediſſent. penetrauit alpes cū exercitu. eaſqꝫ nō paucis annis tutatus eſt. Brixia em̄ bergamo. luca. parma. regio ⁊ mutina atqꝫ alijs vrbibus potitus eſt. quibus in ꝓtectiones ſuſceptis illas ⁊ arcibus ⁊ menibus munire ſtuduit. ⁊ in bergamo arcem munitiſſimā adhuc extantem edificauit. Poſt hec egra a iohanne recepta eſt. ⁊ vratiſlauienſiū ciuitas quam dux ſleſie occuparat heinricꝰ. ⁊ alie ciuitates ſleſie ei ſubijciūt. Gerit ⁊ aduerſus auſtrales belluꝫ in quo victor iohannes ſuos milites preda nō modica ditat. A rege francoꝝ poſtremo aduerſus anglicos in auxiliū vocatꝰ prelioqꝫ memorabili ſe immiſcuit in q̄ cū multis militibus ceſus interijt. Relicto filio carolo qui tū vnum ⁊ .xxx. annos agebat.

Dantes poeta



Dantes aligerius patria florentinus vates ⁊ poeta ꝯſpicuus ac theologorū pcipuꝰ tempeſtate iſtac claruit. Uir in ciues ſuos egregia nobilitate venerandus. qui licet ex longo exilio damnatus tenues illi fuiſſent ſubſtātie ſemper tñ phiſicis atqꝫ theologicis doctrinis imbutus vacauit ſtudijs. vnde cū florētia a factione nigra pulſus fuiſſet pariſieſe gymnaſium acceſſit. ⁊ cum circa poeticam ſcientiam eruditiſſimus eſſet opꝰ inclitū atqꝫ diuinum lingua vernacula ſub titulo comedie edidit. in q̄ oīm celeſtiū terreſtriūqꝫ ac infernoꝝ ꝓfunda cōtemplatꝰ ſingła q̄qꝫ hiſtorice allegorice tropologice ac anagogice deſcripſit. Aliud q̄ꝫ de monarchia mōi. Hic cū ex gallijs regreſſus fuiſſet friderico arragonēſi regi et domino canigrandi ſcaligero adheſit. Deniqꝫ mortuo cane principe veronēſi ⁊ ipe apud rauennam Anno dñi. 1321. etatis ſue quinquageſimo ſexto diem obijt.

# Geſta ea tempeſtate in italia

Marchio eſtenſis qui ferrariā ꝑ eccl'ia adminiſtrauit. mutine ⁊ regio vrbibus poſt annū iubileū frena i poſuerat ad tātū deuenerat potētatū vt ſcd's carol' rex neapolitan' beatricē filiā ex maria regina vxore ſuſceptam Azzoni tunc marchioni dederit in vxorē. Cuius matrimonij honore ⁊ letitia azzo haud q̄ꝗ diu gaudere potuit. Anno eīm quinto a iubileo ⁊ eius matrimonij primo friſcus quidā adoleſcens que ex aliena vxore ſibi filiū eſſe dicebat cū dolo captū in carcere mori coegit. ⁊ ferrarienſib' nōnullis epoꝝ in p̄mis adnitētib' ferrarie mutine ⁊ regij dominiū obtinuit. Rogatiq̄ȝ veneti copias friſco auxiliares cū nauigio immiſerunt. caſtellū eīm thealdū noīe ponti erat impoſitum quo padus ab vrbe in ripā tranſmittit vie cōtinentē bononiā ꝑducenti. quod caſtellum abſq̄ȝ nauigio capi poſſe friſcus diffidebat. Eos motos cum intellexiſſet cardinalis cognomīe pelagura quē clemens pontifex bononiā legatuȝ miſerat venetis ſub anathemathe cōminatione vt a re ferrarienſi abſtinētes copias inde deducerent. Hijſq̄ȝ machinis interea caſtello thealdo appulſis ⁊ nauibus ferrarienſiū qui ꝑpoſito de vulgi conſuetudine mutato populi ⁊ eccl'ie dominiū acclamabant vbiq̄ȝ incenſis. partē q̄ȝ vrbis ponti contiguā ceperant. nec prius exaudiri inter ꝑlij tumultum legati iuſſa potuerunt q̄ȝ pons a venetis igni ferroq̄ȝ interruptus ⁊ caſtellū thealdū fuerit occupatum. Friſcus interea populū ſibi rebellem domare agreſſus rinaldo quodā de marcharia equitū ductore opa crudeliter nauante fretus ferrariā pene mediam incendit. ſedato parumꝑ a venetis tumultu deditionē illis excluſo friſco facere conſenſerunt. Tuncq̄ȝ ferrarienſes tanq̄ȝ in ſubiectionē accepti a motib' temparunt. Pelagura legatus interim cruce ſignandos propoſitis auctoritate ap'lica vite eterne premijs venetos ferrarienſeſq̄ȝ bononiā cōuocauerat. ⁊ pontifex clemens q̄ntus venetis publice apud auinionem excōmunicatis interdixerat ſacris. quos vbicūq̄ȝ reperirent capi iuſſit pro ſeruiſq̄ȝ venundari. quā ob rem factū eſt vt apud londonū flandrenſeſq̄ȝ ⁊ gallioꝝ loca multi valoris venetoꝝ mercimonia in predā a locorū dn̄is fuerunt direpta. Miſerat item clemens pontifex romanus p̄ter pelladurā legatū duos q̄ȝ in ethruriam cardinales vt eius prouincie motus bellaq̄ȝ cōponerent.

Robertus rex



Robertus caroli ſecundi ſicilie ⁊ apulie regis filius. patre defuncto in regnū ſuccedens regnauit annis. 33. rex certe inclitus ⁊ virtutū omniū ſingulare decus. quiq̄ȝ ⁊ a multis tū oratoribus tūq̄ȝ poetis titulis plurimis fuerit decoratus. Eo ꝙ p̄ter equitatū ⁊ rei militaris diſciplinā quibus plurimū valuit. etiam inter ceteros ſui temporis egregius theologus ⁊ ph'us. ac ſingularis medicine p̄ceptor haberet. ⁊ nō modo his cōtentus ſ; etiā cū eſſet etate grandeuus ⁊ ſenex etiā in poeſi franciſcū petrarcham audire voluit. Hic regni titulis a clemente papa in auinione rite ſuſceptis ex gallijs bononiā ad legatū pelagurā profectus quē eccl'ie nomini tumultuanti ferrarie p̄fecit. inde neapolim iturus virū inſignē p̄ſidio reliquit. Verū cū iohannē fratrē cōtra heinricū imꝑatorē romā miſiſſet heinricus ira ſuccenſus robertū maieſtatis reū fecit ⁊ regno priuauit. que res a clemente pontifice improbata fuit. Deinde genuenſium vrbem in poteſtatem recepit. Tandē nullo ſupſtite ſibi filio moriēs andreā hūgarie regē nepotē ſuū poſt ſe regnare p̄cepit. licet ioanna ei' ſoror regnū ſemꝑ adminiſtrare voluerit.

Canis ſcaliger

# Scaligerorum dominii principium



Canis ſcaliger qui ex rebus ſtrennue geſtis magnus cognomento appellat' eſt. Alberti ſcaligeri capitanei filius. Vir vtiq̄ȝ magnus ⁊ rebus bene geſtis clariſſimo p̄conio inſignitus. Verone ſibi dominiū vendicās regnauit annis fere vigiti. quā certe tāta iuſtitia ſapientiaq̄ȝ ac pietate gubernauit vt etiā picenū ſiue romandiolam omnē potius bonitate ſua q̄ȝ alijs armis aut miſſilib' ſibi ſbegerit. Erat nanq̄ȝ multe eloquentie princeps comeſq̄ȝ ꝑhuman' necnō ⁊ in omnes liberalis atq̄ȝ doctoꝝ viroꝝ tū eccl'iaſticoꝝ tūq̄ȝ oratoꝝ ⁊ hiſtoricoꝝ ac poetaꝝ aſſidua familiaritate coniunctus. Inter quos dantē florentinū poetam ob eius doctrine p̄ſtantiam magnis honoribus ſẽꝑ proſequi voluit. Tandē cū vrbē veronam maximis edificijs illuſtraſſet Anno dn̄i. 1329. die. 22. iulij ſine virili prole deficiens duobus nepotibus alberto ſcilicet ⁊ maſtino fratribus vrbis dominiū conceſſit. Eius corpus cunctis collachrimantibus cū maxima funeris pompa apud templum iuxta vrbis forū ſepultū fuiſſe conſtat. vbi ſupra templi ipſius valuas adhuc ꝑmagnificū extat ſepulchrum ſua ymagine ⁊ epigrāmate notatum.

Ludouicus rex



Ludouicus philippi regis francoꝝ filius poſt patrem regnare cepit ⁊ regnauit annis duobus. vir quidem catholicus ⁊ xp'iane religionis amator. qui ſuſcepto regno poſt annū p̄ſentiens ſparſos ꝑ diuerſa gallie oppida diu delituiſſe. eo ꝙ in conclaui apud carpenteratum de pontifice deligēdo ſeditiōe orta duo ex cardinalibus interfecti fuiſſent ſtatim eos in vnū coegit. ⁊ vt lugdanū congregarent pro futuro pontifice deligendo ſuaſit. cuius ſanis conſilijs annuentes iacobuȝ portuenſem ep'm elegerunt. quo quidem anno cū pontifex eſſet elect' ipſe rex finem vite ſue fecit. relicto in regno Iohanne filio paruulo. qui puer diebus tantum viginti regnauit.

# Carrariensium regni principium

Marſilius carrarienſiũ princeps



Marſilius carrarienſiũ nobiliũ princeps. cũ patauiũ dñatũ deſumpſiſſet ⁊ in ea nõ tirannice ſ; paterne pluribus annis regnaſſet. magni canis ſcaligeri veritus potentiã eidem vrbis dñatũ ſponte ceſſit. ſed ⁊ ſequenti anno cane ipſo defuncto poſt tridiẽ ab integro vrbem ingreſſus dominiũ reaſſumẽs. x. annis regnauit. vir certe manſuetiſſimi animi ⁊ regie vrbanitatis inſignitus ac multiſ virtutibus decoratus. qui cũ ſine virili prole deceſſiſſet vbertino patrueli ex teſtamẽto omnem ſuam hereditatem reliquit.

Anno dñi M. ccc. x. ciuitas ipa veneta tumultũ ſenſit. Cũ buiamons rex nouaꝝ cupidus vna cũ quirinis ⁊ baſilijs regnũ affectans maximũ tumultũ in vrbe excitauit ꝯ petrũ grandenigũ ducẽ. ſ; ei⁹ ꝓuidentia cito vrbi quies data. illi de domo quirinoꝝ cũ eorũ ſequacib⁹ e ciuitate pulſi deſtructis eoꝝ domibus. hec fuit prima deſtructio familie facta venetijs ex partialitatibus. Principaliores cũ duobus florentinis decapitati ſunt. ideo cõſiliũ decẽvirale in vrbe inchoatũ fuit. Deinde cũ iohannes ſorantius ducatũ venetoꝝ rexit iacobus quirinus et marinus barocius viri ꝑpotentes ⁊ domi nobiles rempublicã ſubuertere tẽptaſſent. ꝓditione coniuncti capitali ſñia puniri fecit. quibus ceſis ad ꝑcauenda in futuꝝ malũ ſex ꝓcuratores ſancti marci ex ſenatus conſilio cõſtituti ſunt qui rẽpublicã diligẽter curarẽt. Hic dux prudẽtiſſim⁹. et timorate conſcientie vir ſciens venetos omnes ꝓpter ferrarie occupationẽ vt ꝑmiſſum eſt anathemate notatos. dimiſſa ferraria abſolutionis beneficiũ ſibi ⁊ omnibus impetrauit.

Arnald⁹ de villa noua



Arnaldus de villa noua ꝓuincialis magnus philoſophus. pariſius dogma ſuũ exercuit. ⁊ ꝑ ꝓphetiam danielis ⁊ ſibille erithree ꝓbare nitebat aduẽtũ antixpi ⁊ ꝑſecutionẽ ecclie futurã eſſe. inter M. ccc. ⁊ M. cccc. dñi annũ ferme in M. ccc. lxxvi. anno adeſſe. Sup ea re librũ edidit. cuius titulus de ſpeculatione aduentus antixpi. Is tñ reprobatus ⁊ quaſi hereticus reputatus. Cũ magros pariſienſes cõplurimos aduerſarios haberet verens ne ad manus inquiſitoꝝ deueniret clam auffugit ⁊ ꝓfectus in ſiciliam. qui tandẽ miſſus a friderico rege ſicilie ad papam in mari mortuus eſt. Dixit eni xps. Nõ eſt veſtrũ noſſe tpa vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Vñ omnes volẽtes determinatũ tẽpus in his aſſignare aduentus ſcꝫ xpi vel finis mundi erronei reperti ſunt.

Philippus ludouici francoꝝ regis frater. Iohãne eiuſdẽ ludouici filio defuncto i regnũ ſuccedẽs regnauit annis qnq;.

Petr⁹ de abano ꝯciliator



Petrus apponus ſeu de abano paduenſis patria patauin⁹ medicus celeberrimus ⁊ philoſophus oĩ etate admirandus ⁊ peripateticus italicoꝝ oĩm illuſtriſſimus. pariſienſi ciuitate doctor celeberrimus librũ ibidem diſcolias in medicina ſedantem. inchoantẽ. conciliatorẽ fama cognitũ tandẽ in ꝓpria euganea vrbe feliciter terminauit. Hic anno legis gratie. 1310. ꝓfundiſſimũ illud proplematũ ariſtotilis cõmentariũ edidit. ꝓpter cuius intentũ conſtantinopolitanã vrbem vt grecã diſceret ꝑmeauit. quo tandẽ inſtructiſſim⁹ multa galieni volumina nõ parũ medicis accomoda ex ydeomate greco tranſtulit in latinũ. Hic ſub regie vrbis padue cõmuni ꝑploꝝ regimine floruit. liberaliũq; omniũ peritiſſimus. pater in aſtronomia. in qua plurimũ enituit. Lucidatorẽ inquã op⁹ grauiſſimũ ꝯpilauit. ſcripſitq; iohãni pon. ro. librũ de venenis pulchrum. Ac meſue librũ in medicinis mancũ a corde vſq; ad calcẽ ꝑfecit. ferunt quidẽ hunc magicum maximũ fuiſſe ⁊ multa ꝑ eandem artem oſtendiſſe.

Dynus medicus



Dinus de garbo medicus florentinus his temporibus claruit. qui cũ brunũ patrem in arte cyrurgie medicum habuiſſet illum in phiſica erudiendum thadeo florentino medico tradidit. qui adeo eruditiſſimus euaſit vt vtiliſſima in auicennã ediderit ꝯmentaria. Scripſit ⁊ in galienũ de malitia complexionis diuerſe. Atq; in hypocratem de natura fetus. qn ⁊ in philozophia ac medicina varias ⁊ pulcherrimas queſtiones.

Gentilis medicus



Gentilis fulginas peruſinus ꝑſtabilis ſapientie medic⁹ hoc ipo tpe diui ꝑteriti medici nõ inferioris ingenij aut fame fuit. qꝛ potiſſimũ eius accuratiſſimi cõmentarij in auicenne libris teſtimoniũ ꝑhibẽt. fuit eñ ſubtiliſſim⁹ rimator verboꝝ auicẽne. Hic etiã ꝑter ꝑdictos cõmentarios ꝯſilia varia etiã cõtra peſtem compoſuit. ac queſtiones ꝑcipue de gradibus medicinarum ac alias ſubtiliſſimas diſputauit.

Matheum aũt ſiluaticum medicũ mantuanum genere nobiliſſimum hiſdẽ temporibus floruiſſe conſtat. eo qꝛ ad robertum ſicilie regem ⁊ medicum diuinum op⁹ de oĩbus ſimplicibus medicinis ⁊ earuꝫ ꝓprietatibus dederit. ac alia quedam edidit.

Linea ſummoꝝ pontificū

Johānes vigeſimuſſcds



Benedictus duodecim⁹



Anno mundi. 6516. Anno xpi. 1316.

Johannes vigeſimus ſecundus papa. iacobus caturcenſis antea vocatus. epūs portuenſis poſt longā vigintitriū cardinaliū altercationē lugduni in monaſterio fratrum predicatorum pontifex creatus. Quo anno ſalutis decio ſexto terdecieſq́ꝫ centeno ro. eccie cardinales philippi pictauoꝝ comitis lodo-uici francoꝝ regis germani fratris opera vel potius violentia apud lugdunū incluſi pontificatus vacationi ſupra duos annos ꝯtinuate finē impoſuerūt. et nonis ſeptēbris in eccia cathedrali coronā pontificatus accepit. Inde vo aue nionē cū curia profectus octo cardinales in ieiunijs quatuor tpm. aduentus dñi creauit. quoꝝ de numero fuit iacobus caturcenſis eius ex ſorore nepos. ⁊ iohānes caiectani e gente vrſina. qui primo pontificatus anno requiſitus lo-douicū bauarie ducē in regē electū cōfirmare ideo recuſare dixit ꝙ pter admiſ ſum in conſobrino ſecū in controuerſia electo ſcelo multa pſumpſerat facere ⁊ concedere. Impatoris ro. legittime p gradus oēs inſtituti excedentia poteſta tem. Uir vtiq́ꝫ doctiſſim⁹ ⁊ multa prudentia decoratus ⁊ doctoꝝ viroꝝ amā tiſſimus. Eccleſiā toloſanā quā vnice dilexit ad archiepatū tranſtulit. Cui⁹ ꝗ dem caſtella ſex in ciuitates erexit. Adeo pterea rebus nouis pontifex ipſe ſtu duit vt ſimplices epatus bifariā diuiſerit ac diuiſos in vnū redegerit. ⁊ abba tias in epatus ⁊ epatus in abbatiā viciſſim trāſtulerit. Hac tn̄ gratitudie vſus eſt ꝙ clementinaꝝ editionē confirmauit. Ordinē grandimontenſem quorundā improboꝝ factionibus labefactatā in meliorē formā redegit. amputatiſ his que ordini obeſſent. additiſq́ꝫ inſtitutionib⁹ quibuſdā quib⁹ tanta religio cō ſtaret. Ceſarauguſtanā eccl'iam cū admodū diligeret in metropolitanā erexit quiq́ꝫ cathedralibus eccleſijs ex vndecim que tarraconenſi ſubſunt huic aſſi gnatiſ. Inſtituit ⁊ nouū ordinē militū. Et cū multa probe egerat rē ecclaſticaꝫ cōcernentia. thomā vnū erphordenſem epm. ⁊ alterū thomā aqnatē pdicatoꝝ rū ordinis anno pontificat⁹ ſeptimo in numerū retulit ſanctoꝝ xpi dñi confeſ ſoꝝ. Eo qui ſecutus eſt anno ſalutis duo de trigeſimo terdecieſq́ꝫ centeno lodo uici bauarie ducis electione abrogata in illū tanq́ꝫ eccie rebellē ac ſciſmaticum cenſuras exercuit. multos deniq́ꝫ hereticos damnauit. Et pſertim gloſulā quandā fratris petri qui ꝯuē tum ad imitandā xpi paupꝫtatē aiauerat. affirmātes xpm eiuſq́ꝫ diſcipulos nihil priuati vel cōmune ha buiſſe. de quoꝝ numero multi damnati ⁊ exuſti ſunt. Tandē anno etatis ſue nonageſimo morit auenīōe pontifitatus decimonono anno mēſe q̄rto. relicta in theſauris tāta vi auri q̄ꝫtam nullus ante ſe pontifex.

Anno mundi. 6554. Anno chriſti. 1335.

Benedictus duodecimus papa pātria tholoſanus ordinis ciſtercienſis iacobus antea vocatus ſctē priſce cardinalis. Cū iohānes pontifex anno ſalutis quarto triceſimo terdecieſq́ꝫ centeno defunct⁹ eſt ad dieq́ꝫ abinde ſextū decimū in pontificē ē aſſumptus auenione. Qua celebrata legatione cardinalis vrſinus auintonē applicuit. Benedictuſq́ꝫ in pontificatu nihil duxit antiquius q̄ꝫ pmulgatas a iohāne in ludouicū cenſuras obrogationēq́ꝫ repetere ac cōfirmare. Per que tpa principes ppliq́ꝫ in italia bello ſocij hinc pōtificiſ morte audita in vrbis bononie ad ſuas ptes acceſſione elati oīa pſumebāt. Qre vrbes quatuor qs ſolas in romane eccie reuerentia iohānes bohem⁹ rex pſidijs cōſeruabat. inter ſe ꝯſtituq ſe denbus ſunt partiti vt parma ſcaligero. regiū gonzage. mutina eſtenſi. luca cederet florentino. At pōti fex veritus ne vacante imꝑio italia ab aliquo externo hoſte inuaderet. Luchinū vicecomitē iohannemq́ꝫ eius fratrē archiepm mediolanenſem. mediolani aliarūq́ꝫ vrbiū quas poſſidebant vicarios inſtituit. pa riq́ꝫ forma maſtinus ſcaliger verone ⁊ vincencie. Guilhelm⁹ gonzaga mantue ⁊ regij. Albertinus carra ria padue. Et opizo eſtenſis ferrarie mutine ⁊ argente vicariatū auctoritate aplica habuerūt. Et quia por cio eſtenſi data iuriū eſſet romane eccie cenſum illi decē milia aureos impoſuit annis ſingulis pſoluendū Semel aūt in toto pontificatus ſui tpe ſex pſbiteros cardinales creauit. viros egregios nō de ſua ſtirpe. ſed vndequaq́ꝫ ad tantā dignitatē vocatos. Tante pterea conſtantie fuit vt dimoueri a recto vel vi vel p̄ cario vel pollicitationibus nunq̄ꝫ potuerit. bonos em̄ diligebat ⁊ viciſſim malos ac ſceleratos aperte o dio habebat. Componere item pacē inter philippū francie ⁊ eduardū anglie regem ſepe temptauit p le gatos ac fruſtra. Pontifex aūt rem ſepius temptatā omittens edes pontificias cū turribus ⁊ pometis i choauit ac pfecit. ſuoq́ꝫ iuſſu impenſaq́ꝫ baſilice ſancti petri tectum reſtituit. quēadmodū epigramma ad ei⁹ ſtatuā i eadē baſilica poſitū idicat. Morit aūt pōtificat⁹ ſui āno. vij. mēſe. iij. die. xvij. Multā vi auri nō cognatis ſuis affinibus ſed eccie reliquit. In morte aūt optimi pōtificis ⁊ doctiſſimi omnes vere col lachrimarunt. Eius tales fuerunt ſententie. Talis eſto filius quales gnatos habere cupis. malus mortē bonus aūt magis viciū formidat. Que ſcis legendo ſerua. que neſcis legēdo diſce. Eque turpe eſt carere amicis ⁊ eos ſepe mutare. Optime conſeruant amici ſi pces eoꝝ cogitant.

Linea imꝑatorũ
Ludouicus bauarus



Fredericus



Ludouicus quartus filius lodouici ducis bauarie. anno dñi M.ccc.xv. a quibuſdã electoribus ꝑ cõtentionẽ electus imꝑauit annis.xxxij. Heinrico eñi mortuo in germania electores aquiſgrani ↄuenientes duos in controuerſia ad imperiũ delegerunt inter ſe conſobrinos. Ludouicũ bauarie ⁊ fridericũ auſtrie duces. Bello qꝫ inter eos orto. id durauit annis octo. tandẽ copijs de repente contractis ꝓlio inter muldorff ⁊ ottingen ĩ quodã prato ↄcurrerũt in quo cedes vtrinqꝫ ſ in auſtralibus maior fuit. fridericuſqꝫ ſupatus ⁊ captus in carcerem eſt coniectus. Deinde benignitate lodouici dimiſſus ea cõditione vt decetero nullus ducũ auſtrie ꝓ adipiſcẽdo imperio ↄtra duces baioarie ſe opponat. Verũ ꝓmiſſi imemor a titulo regni nõ abſtinuit. Ludouicus quoqꝫ ea elatus victoria ꝓ ĩpatore illico ſeſe geſſit multa diſponens concedenſqꝫ que confirmatũ coronatũqꝫ decuit ro.pon. conſilio iudicioqꝫ ſbijcere. Ardentibus eñi diſſidijs atqꝫ bellis italie ciuitatibus faces imperatorie auctoritatis addidit. nulla põ.ro. autoritatis habita ratione. Primũ tamen omniũ ex lombardis matheũ vicecomitẽ galeaciũqꝫ marcũ. Luchinũ iohãnẽ ⁊ ſteffanũ filios ita fouit vt ab vrbis mediolani tirannidẽ tũc primũ ĩpudẽci⁹ ceperint aſpirare. Romã igiꝭ profectur⁹ vicecomites oĩno ſibi beniuolos fecit vt eis adiuuantibus imperij titulos facilius cõſequi poſſet. At Johannes pontifex vicecomites ⁊ ludouicum imꝑatorem cũ guelphos opprimebant anathemathe notauit. Reuerſus ludouicus in germaniam ad exercitũ congregandum paulopoſt cum maximis copijs denuo ex germania ꝓfectus tridentum venit vbi rurſus mediolanũ petijt atqꝫ ibidem a guidone petramala epõ corona ferrea coronatus eſt. Inde cũ in brixianos duxiſſet ⁊ in graciã ſuſceptos in ethrurã acceſſit. vbi a caſtrucio lucenſi dño magna humanitate exceptus eſt. Romam tandem peruenit vbi ingenti exultantiqꝫ rome acceptus fauore coronationẽ tã diu diſtulit. quoad ꝓceres ⁊ vrbium ytalie oratores qui ↄtinue confluebant oẽs aduenirent quoadhuc pompa pridem ad omnia templa baſilicaſqꝫ vrbis deſtinata. Et ad ei⁹ acceſſum inchoata laterani die ꝑfixa quieſceret. quo die kalendarũ iunij nona nõ quidem ſarra colũnenſis quod florentinorũ habent monimenta. Sed ſteffanus ſenior ⁊ ſarre tunc pueri genitor iuſſu cleri ac populi. anno domini.1327. corona illum inſigniuit. Vrbem eñi romani duo primarij nobiles ex ijs quos nunc barones appellant ſeſe regis romanorũ vicarios dicentes gubernabant. Eratqꝫ is annuus magiſtratus a romano ſenatu creatus. geſſit tamen magiſtratũ illũ qñqꝫ vnicus. qui dum abeſſet alius ſuſtinebat. Ea ornatus imperij corona ſuaſu romanorũ aggreſſus eſt rem nephariam. Erectũ in antipapam petrũ corbarienſem ordinis minorũ debita romano pontifici reuerentia adorauit. Jõ romani hiſtorici eũ inter ĩperatores nõ numerãt ⁊ cognomito bauarũ appellãt. Johannes igiꝭ pontifex a cõmunione eccie eum interdixit ⁊ varijs cenſuris publice condemnauit. Fuit aũt vir prudens ad regnum ydoneus. latinã tamen linguam ſuo damno nõ intellexit. Ferũt igiꝭ huius diſcordie inter papam ⁊ imꝑatorem vlricũ de auguſta ſecretariũ ſuũ extitiſſe. Js ob diffamatiões nurmberge ꝑ.xv. ꝑlatos ſe inſontem reddens. In vindictã lr̃is regis inſeruit ſummũ pontificem beſtiam ortam a mari ⁊ alia conuicia eo ignorante ſcripſit que in vltima etate fatebaꝭ. de qua re imꝑator admodum doluit. Tandem in venatione conſtitutus a duciſſa auſtrie deforma ex vaſculo in quo duplex potus erat hauſtum ſumens illico de equo cadens in nemore ꝓpe furſtenfelt in ſinu cuiuſdam ruſtici obijt. Anno dñi.1347. ĩpo die gereonis ſepultus in prochiali eccia virginis marie in vrbe monaco. inde filij ſui in landſperg regiones diuiſerũt. Senior ludouic⁹ ⁊ ludouic⁹ roman⁹ in roma nat⁹. ⁊ dux otto iunior baioariã cũ omnibus attinencijs obtinuerunt. Sed ſteffanus wilhelmus ac albertus baioariam inferiorẽ poſſederunt. Hannoniam. holandiam. ſelandiam ⁊ friſiam. Habuit quoqꝫ ludouicus imꝑepator fratrem rudolffum comitem palatinũ. Js elector imperij. in electione friderico duci auſtrie adheſit. Repulſus deinde a ſuo dominio in anglia vitã finiuit. relinquens tres filios ruptum. rudolfum ⁊ albertum. quos ludouicus imꝑator ſumma beniuolentia fouit ⁊ terrã equa portiõe diuiſit. Ab his principes palatini ⁊ duces baioarie eorũ deinceps originẽ habuerũt



Stella crinita quam cometam vocant vltimo anno ludouici quarti imperatoris duobus menſibus viſa eſt.

Fames quoqꝫ ingens ꝑ vniuerſam ytaliam. in qua mendicantium turbe vel inhumano quoqꝫ cibo vix ſuſtentate fuiſſe traduntur.

Robertus apulie rex nullo ſibi ſupſtite filio moritur ⁊ andream caroli fratris ſui atqꝫ hungarie regis neptem vxorem dederat poſt ſe regnare iubet. qui regnauit annis tribus.

Andreas deinde apulie rex laqueo necatus eſt conſentientibus agnatis eius regno inhiantib⁹. poſt quem ſeptem annos ſub varia ꝑicipum contentiõe. id regnum in armis fuit.

Monacum vrbs ſuꝑioris germanie ad rippam Iſare fluminis ſita. Inter vrbes principū in germania ꝑcla-
riſſima in baioaria noīatiſſima. Etſi inter nouas eſſe cenſeat̄ nobilibus tñ edificijs tū publicis tū pri-
uatis ceteras ciuitates antecellit. habet eñ edes pulcherrimas. plateas amplas. baſilicas ornatiſſimas. Et
q̄q̄ꝫ temporibus ottonis primi imꝑatoris cōditionis ſue initiū ſumpſit. A ludouico tñ quarto iam ꝑſcripto
imꝑatore ampliata ꝛ edificijs ornata fuit. Otto primus cū in germania imperiū anno dñi. 962. aſſumpſit.
in baioaria partē regionis heinricus brunſuicenſis materna hereditate poſſedit ꝛ in arce vering domiciliū
habuit. Quo tꝑe publicus tranſitus ſuꝑ Iſaram in eo loco extitit. Is dux heinricus pontē vltra flumen ꝓ-
pe curiam monachoꝝ fieri fecit. in eo loco vbi nunc vrbs monacū ſita eſt. cōmuneq; iter ibi fieri ordinauit cū
oppidulo paruo. Super ea re antiſtes albertus friſingenſis querelas apud ottonē ceſarem mouit. cū in ſuis
theolonijs ꝛ immunitatibus damnū ſentiret. Imperator antiquā conſuetudinem itineris obſeruandā pro-
pe vering mandauit. Interea obijt dictus heinricus relinquens filiū erneſtum nomīe. pauloq; poſt vxor Ot-
tonis odyecia filia regis anglie mortua fuit. Inde otto relictam heinrici ducis baioarie dñam adelheidē ac-
cepit vxorem. Cuius filius erneſtus (ob egregia facinora apud exteros in pleriſq; locis geſta) ottoni gratiſſi-
mus euaſit. Petijtq; imꝑatorem obnixe vt ex oppido vrbem cū publica via facere poſſet. qui poſt varios tra-
ctatus conſenſit ea conditione vt quotannis. 50. lb. dñ. ad friſingam ꝑſoluerent. Ea forma hec vrbs initiū
cū regijs priuilegijs ac immunitatibus ortū habuit. Cū itaq; hec vrbs ꝑ erneſtum initiū ſumpſit indies au-
gmentū in ꝑplo ac ſtructuris ſenſit vſq; ad tꝑs ſalutis xpi ſeptuageſimū ducenteſimū ſupra milleſimū. dū cō-
radus ep̄s friſingeñ. eccie ꝑfuit diuiſa in duas ꝓrochias fuit. Cū prius ſub vna baſilica ſancti petri extitit ꝓ-
uiſa. qui baſilicam alterā beate marie virginis cōmuni vtilitati adiunxit. Tandem tꝑibꝰ ludouici quarti du-
cis baioarie ac romanoꝝ imꝑatoris incremētū ingens habuit. qui ꝑ muros ſuburbiū ꝛ alia edificia pleraq;
addidit. ꝛ arcem antiquā cū monaſterio fratrū minoꝝ ordinis diui franciſci. ꝛ cenobiū heremitaꝝ ſancti Au-
guſtini in vrbe extruxit. ꝛ poſt obitum in eccia diue virginis marie ante ſummum altare ſepultꝰ fuit. vbi co-
rona imperialis cuꝫ ſuo epitaphio cernit̄. Condita eſt igit̄ vrbs monacum in loco ameno prope ripas yſare
vbi trāſitꝰ nōnunq; negociatoꝝ ex ytalia ad germaniā frequētat̄. habetq; nūc arcē ornatiſſimā. ꝛ edē pricipū
ampliſſimā. in qua aule ꝛ camere ſplendidiſſime. q̄s qui viderit nec ornatiꝰ aliquid nec munitius in eo loco
vnq; fieri potuiſſe fieri putauerit. Teſtitudinata loca plura habent. mirari ergo potiꝰ q̄ ꝯmendari poſſunt.
Cū vo hec inclita vrbs varios ſucceſſu tꝑm ſortita ſit dños. nunc hac tempeſtate vrbis dñium inclitus prin

Monacum



ceps albertus gener friderici tercij romanoꝝ imꝑatoris baioarie dux poſſidet. qui ſua magnificentia plures nutrit leones. Et q̄ꝙ̄ꝫ plinius ſcribat in europa inter acheloū tantū ꝛ neſum amnes leones eſſe ſ lōge virib⁹ p̄ſtātiores ijs q̄s affrica aut ſyria gignant. In ea tn̄ vrbe leenā catulos parere cōpertum eſt.

## Foreſtorum nobilium priuilegium

Mapheus bergomenſis ex nobili vetuſtaqꝫ foreſtoꝝ familia natus nō mō iuriū ciuilis ꝛ pōtificij abūde doctus. ſ ꝛ eloquētia ꝛ reꝝ gerendaꝝ prudētia inſignitus tēpeſtate hac ꝓpter eaſdē p̄clariſſimas virtutes apud ludouicū bauarū imꝑatorē maxio in p̄cio habitus eſt ꝙ ꝛ indultis ꝛ priuilegijs eiſdē gratis conceſſis optime ꝯteſtatus eſt. Nā eidem ſucceſſoribuſqꝫ ſuis ob grata foreſtoꝝ familie obſeq̄a in ip̄m exhibita. munificentiſſimū priuilegiū immunitatis ꝛ exemptionis liberaliſſime conceſſit. cōſtituens eum ſucceſſoreſqꝫ eius ſuū palatinum eximens eū ab omnibus oneribus. dans eis libertatem notarios ꝛ tabelliones creandi. Illegittimos ve naturales legittimandi. Inſup etiā cōcedit eis iudices ordinarios et regios miſſos legittime poſſe cōſtituere ꝛ ordinare. Id priuilegiū datū fuit in ciuitate tridentina die. xx. ianuarij anni. 1330. Approbatumqꝫ habetur per potentatus.

Raynaldus eſtenſis marchio aldromandrini eſtēſis filius hoc anno poſt fratrem ferrarie dn̄atum accipiens regnauit vna cum nicolao fratre annis quatuor. Mortuo eīn azone in carceribus a friſco eius filio captiuato. Atqꝫ inde friſco a cōciuibus pulſo ꝛ interfecto. Aldromandinus fratri ſucceſſit. qui moriens raynaldum hunc ꝛ nicolaum forma elegantes ꝛ ſtrenuos reliquit filios. qui vrbis principatum reſumentes ſtatim galloꝝ p̄ſidia eiecerunt. ꝛ vrbem ab eorum faucibus liberauerunt. Vrbe itaqꝫ in ſua poteſtate redacta regnandi cupiditate allecti vt firmo p̄ſidio ſtabilirēt argentū rauennatis ecc̄ie oppidū regno adiecerunt. Cuncta deinde ꝑ circuitum depopulati ſunt. Cum vo carolus ꝛ mamphredus cū beltrando copiarum ecc̄ie duce eos hoſtes adoriunt ꝛ in fugam vertunt. Inde legatus ferrariam obſideri cepit. Raynaldus vrbe erupit ꝛ ecc̄ie exercitum diſſipauit. Tandem cum bona pace mortem obiens obizonem nicolai fratris filium regni reliquit ſucceſſorem.



Ordo militū Jhesu christi



ORdinem nouū militū ihesu xpi his tpibus Johānes pontifex summus instituit. qui militare sub xpo diceretur. in lusitania (que portugalia dicit) q sarracenis resisterent circūquaqz discurrentibus. ⁊ bethicam atqz afficam incolentib⁹. Bethica apud antiquos ea pars hispanie dicebat que ad mare mediterraneum vergit nostris temporibus granate nomē obtinēs. cocco (vt arbitror) quo ea pars hispanie maxime abundat Coccū aūt nunc granam vocant vnde lane inficiuntur. Huius aūt ordinis (quē diximus a pontifice cōstitutū) caput in marino sylnensis diocesis oppido repositū ē vbi principalē domū constituit. militibusqz omnia bona templarioz annuente rege portugalie concessa sunt. quo liberius militie xpi vacarent. Cuius censor ⁊ moderator est abbas alcobasiani monasterij cisterciēsis ordinis vlixbonensis diocesis. qui ⁊ conscribendi ⁊ exauctorandi militem facultates habet.

CLementinaz codicem etiam his tpibus iohannes pōtifex. xxij. cōfirmauit. ⁊ per gymnasia legendum transmisit. mandauitqz doctoribus omnibus publicorum gymnasioz vt librum ipm publice legerēt. Clemēs eīn pdecessor apud viennam gallie vrbē trecentoz patrū vt premissum est conciliū celebrauerat. in quo cōstitutiones plurimas religiosoz statum concernentes cōstituerat. vt habet eo in libro de statu monachorū ⁊ in agro mendicantiū. quo ad pdicationes ⁊ confessiones et sepulturas. vbi dat forma seruanda. Illas igit laudabiles ⁊ sanctas constitutiones approbans iohannes colligere fecit ⁊ in vnum volumen redigens clemētinarū codicem ab ipo auctore clemente appellare voluit. In ipo etiā beati Frācisci regulā ad verbū declaratam conscripsit. vt in. c. Exiui. de paradiso.

## Scisma vigesimum primum

PEtrus natione picenus corbariensis reatine diocesis ex corbario oppido natus ordinis minorū professor hoc anno cō iohannē pontificē iubente ludouico impatore vel fauente in antipapam pphanat. ⁊ nicolaus qntus appellat. Hunc rusticum hominē. qui vxorem habens iuuenē renitentemqz pseudo religiosus debita romano pōtifici reuerentia adorauit. ⁊ vt verus xpi vicarius a pluribus salutat. Nec defuerunt flagitiosi ⁊ illi similes apostate damnati capite. ⁊ alia pditorū turba qui ⁊ secuti sunt ydolum ⁊ ab eo adulterinas cardinalat⁹ presulatusqz ⁊ sacerdotij dignitates acceperint. Qui cornua erigentes iohannē pōtificem publico edicto hereticum dixerunt. ⁊ cū fraticellorum de opinione hic auctor ⁊ fautor extitisset eandem scolam sathane p viribus augere annixus est. Affirmabant eīn hij ad coopimentum sue iniquitatis xpm ⁊ eius discipulos adeo paupes extitisse vt nil priuati aut cōmuniter habuerint. Propter quod ⁊ iohannes pontifex creatis septem cardinalibus viris doctissimis etiā theologoz multoz cū eis synodo cōgregata. reqz diligenti disputatione discussa edictū pposuit. quo eos declarauit ptinaces hereticos. qui hoc decetero affirmare temptassent. quā ob rē pontifex tres extrauagantes cōposuit ⁊ ad gymnasia publica transmisit. deniqz cū petrus ipe a bonifacio pisano captus ⁊ ad romanū pontificē in auinione pduct⁹ fuisset venia petita in carcere p trienniū mansit vbi ⁊ mortuus est.

Augustin⁹ de ancono



Augustinū etiā ancontanū ordinis heremitaz diui augustini pfessum virū sane ⁊ doctrina ⁊ vite integritate celeberrimū floruisse hac tempestate cōstat. Qui et ipe librū de ecciastica ptāte ad iohannē pontificē pdictū inscripserit. ⁊ vltra cum omnes sue etatis theologos sine cōtradictione excesserit a matheo exordiens totū nouū testamentū accuratissime declarauit. Inter que cōmentaria in pauli epłas admiratione digna habent. Et ⁊ sup act⁹ apłoz sup apocalipsim ⁊ epłas canonicas ad instar beati thome opus edidit aureū. Tractat⁹ qz sup magnificat composuit.

Albert⁹ patauin⁹ or. here.



Albert⁹ sitr patauin⁹ eiusdē heremitaz ordinis ⁊ beati egidij romani auditor eruditissimus theologus p h tps in declamationib⁹ ad papā princeps pdicatoz habitus ē. q cū esset doctissim⁹ complurimos smōes tū qdragesimales tū dñicales festiuos ad clerū ppłmqz erudiendū edidit. Sz ⁊ pentatheucū ⁊ pauli epłas sup oēs cōmentatus est. Propter eius doctrine pstantiam in palatio patauino honoratus fuit.

Bonauentura patauin⁹ item ordinis pdicti olim generalis prior ⁊ tituli sancte cecilie cardinalis pariter his temporibus doctrina ⁊ eruditione maximo in precio fuit. qui cum acerrime eccie libertatem contra tirannos tueretur a carrariensi domino tandem sagitta transfixus martirio coronatus est.

S. Rochus



Rochus natione narbonensis confeſſor xp̄i apud montē peſſulanū oppidum narbonensis gallie. agatha olim ſiue apathopolis appellatū. ex patre iohā ne. matre ꝟo libera (eius oppidi dn̄o) originē duxit. qui cū. xij. attigiſſet annū cibo ꝛ potu parciſſimo vti cepit. mortuoq̄ȝ patre ac matre hereditatē amplaȝ egenis prorſus diſtribuere cepit. ꝛ principatu ſe abdicans patruo ſuo oppida paterna ꝯmendauit. ꝛ abiectis reb⁹ omnibus breui veſte indutus cū pileo ꝛ pera ꝛ baculo ex gallia in ytaliā peregrin⁹ ꝯuenit. vbi plures ciuitates ꝛ caſtella vic ȝ romā aquā pendentē. ceſenā ꝛ alia plurima loca truci peſtilentia vexatas crucis impreſſione ſanaſſet. Qui cū omnē vere togatā galliā morbo correptā ꝑluſtraſſet. placē tiam trāſpadanā vrbem morbo infectā ſe cōtulit. ꝛ ad quoddā hoſpitale diuertit ꝛ egrotantes omnes ad vnū videt ſignat ꝛ ſanat. Labore igit̄ ſomnoq̄ȝ grauat⁹ a deo ꝓmonitus ꝙ cruciatus corporis pati debebat. ſtatim acuta febre ꝛ ſagitta ſiniſtra coxa tranſfixus fuit vt eo dolore ardoreq̄ȝ nullā qui etē inueniret. expulſus ab vrbe ad nemus vrbi vicinū repſit vbi bonā valitudinē a deo conſecutus eſt. Indeq̄ȝ digreſſus in galliā longis itineribus delatus eſt. que armoꝝ ſtrepitu vexabat̄ ac bello. in paterno denicq̄ȝ oppido quod patruo donauerat exiſtens a lictoribus tanq̄ȝ explorator ꝯphenſus in vincula cōiect⁹ ad principē deducit̄. inde in carcere quinquēnij tempus conſumpſit. quo exacto cū maxia patientia ꝛ vite auſteritate a patruo incognitus detentus velut alter alexius romanus. Anno dn̄i. 1327. ſumptis diuiniſſimiſ ſacramentis anno vite ſue. xxxij. migrauit ad dn̄m. prius orando ad dn̄m vt qui deinceps nomē ſuū innocarent a peſte ꝓtegerent̄. Ad latus eius tabella his ſcriptis inuenta eſt. Peſte laborātes ad rochi patrociniū confugientes contagionē illā truculentiſſimā euaſuros ſignifico. Quod vbi ad patruū principē delatū fuit cognoſcens illū ſuū eſſe ex fratre nepotē in lachrimis ꝓuolutus ſanctiſſimū corpus ſumma pompa ad templum deferri fecit. ac templū extruxit vbi ꝑ multos annos ſignis ꝛ miraculis effulſit. Cuius viri ſancti merita diu apud italos latuiſſent. Tandē anno. 1415. ad ipſos ad ex germania nomē rochi delatū fuit. eo ꝙ conſtantiā germanie vrbē vbi conciliū generale celebrabat̄ a peſte maxima liberauerit. vbi nūc ſacella ꝛ are per vrbes ꝑ vicos ꝛ caſtella extruunt̄. ad que confugientes eius merita experiunt̄. cuius feſtū. xvi. kalend. ſeptembris celebrat̄. Eius corpus anno. 1485. venetias furtim delatum a ſenatu ꝛ populo ſumma gloria exceptum eſt. ꝛ templū celeberrimū ingenti impenſa conſtruere ceperunt.

Johannes andree



Iohannes andree patria bononienſis iuris cōſultus etatis ſue celeberrimus ꝛ pōtificij ꝗ̄maxime vberrimus fons tempeſtate iſtac floruit. ꝛ nouellas ſuꝑ decretales edidit celeberrimas. ac ſextum clementinaſq̄ȝ accuratiſſime gloſauit. Atq̄ȝ in ſexto alias nouellas ꝯpoſuit. Inſuꝑ ꝛ opus mercuriale. ꝛ in aditionibus ſpeculi aliud ꝑegregiū edidit. ꝛ in laudē diui iheronimi opus iheronimianū appellatū compoſuit. Ipſius aūt clariſſima geſta ꝛ alia ad eū ꝑtinētia ex additionibus ipſius extra de vita ꝛ ho. cle. in titulo de filijs p̄ſbiteroꝝ optime colligunt̄. Obijt aūt anno dn̄i. 1348 bononie ex peſte. ꝑ vt eius diſcipulus iohannes calderini meminit in. c. noſtra de cohabitatione cle. ꝛ mulierum

Cynus piſtorienſis ex nobili ſimbaldoꝝ familia nat⁹ dini auditor ꝛ p̄dicti iohānis andree amiciſſimus. ciuilis iuris p̄ſtantiſſimis ſui ſeculi doctor ꝑ id temp⁹ lecturā putilem ſuꝑ codice caſtigata ꝛ accurata doctrina cōſcripſit. atq̄ȝ ſuꝑ primo digeſti veteris ꝑte vſq̄ȝ ad ti. Si ex noxali cā agit̄. Et in ſcd̄a ꝑte ſuꝑ titulo de re. cre. Suꝑ reliquas aūt ꝑtes ꝑ viā additionū cōpoſuit

Oldradū aūt de laude conſiſtorialē aduocatū dini diſcipulū ꝛ iohannis andree familiarē doctrina legū et moribus optimis inſignē ꝑ ipm̄ tempus floruiſſe conſtat. Qui ꝛ ipe in iure ciuili poſt ſe multas reliquit lecturas ꝛ conſilioꝝ ꝑegregium opus.

Iohannes calderini ciuis bononienſis iohannis andree p̄cipuus filius ꝛ diſcipulus eruditione ꝛ ſanctimonia inſignis. ꝛ ipe ꝑ idē tempus pontificiū ius tū legendo. diſputando atq̄ȝ ſcribendo plurimū illuſtrauit. eo ꝙ ipſius in decretalibus plurimi extēt ꝯmentarij ac ꝯſilioꝝ in ea facultate ꝑegregium opus.

Johannes de monte villa



Iohannes mandena qui a ceteris de monte villa appellat̄ nominatiſſim⁹ doctor medicine fuit. ac miles ſiue eques armatus natione anglic⁹. hic magnaȝ partem orbis terre peregrinando ꝑagrauit. ꝛ maximus orbis circulator mirabilia mundi. p̄cipue aſie ꝛ indie varijs linguis ad oblectationes ꝯſcripſit. ꝛ ꝑ hec tempora felici fine quieuit.

Franciſcus maronus ordinis minoꝝ theologus doctiſſimus ꝛ ipe eodem tēpore multa opuſcula ad xp̄ianā religionē ꝑtinētia edidit. ꝛ ꝗ̄maxime in ſacris codicibus poſtillas memoratu dignas compoſuit.

Michael de ceſena ordinis minoꝝ generalis miniſter hiſdem temporibus cū ſuꝑ ezechielem ꝛ ſuꝑ ſententiaꝝ librum ꝑpulchre ſcripſit. a iohanne pontifice errore quodam notatus generalatus officio ꝓuatus. dixit em̄ xp̄m ac diſcipulos nil priuatim habuiſſe. ipe tamen ſcriptis ꝛ rationibus ſe innocentem oſtendit. ꝛ propterea ſuis ſcriptis in iohannem pontificem plurimū inuectus eſt.

Bellum atrociſſimum inter philippum regem francie ⁊ eduardū regem anglie initiū ſumpſit. philipp⁹ eciā francoꝝ rex triū regum frater ſcȝ ludouici philippi ⁊ caroli patruelis regnare francis anno.1328. cepit ⁊.xxij. annis regnauit. hic cum eduardo angloꝝ rege ſepe pugnauit. a quo etiā ſepius vict⁹ fuit. et cū multa ꝑdidiſſet tñ vienenſium principatum emit ⁊ regno ſuo adiecit. Benedictus q̄ȝ.xij. componere itē pacem inter philippū francie ⁊ eduardum anglie regem ſepe tentauit ꝑ legatos ac fruſtra. qui maximis cladibus cōſepiſſime inter ſe concertarūt. nā eduardi claſſis ſupra ſcluſas nō lōge a portu flandrie tanta vi cū gallis dimicauit ⁊ vicit vt ad trigintatria milia galloꝝ vna pugna interfecta referant. Et vt alij habent tantus effuſus eſt ſanguis vt mare flandrenſe ſanguine tinctū videretur,

Franciſcus petrarcha



Franciſcus petrarcha natione etruſcus. Florentinus origine. ex antiqua familia honeſtiſq; parentib⁹ fuit. qb⁹ ꝑria pulſis vt ea ciuitas factioſa arecij i exilio nat⁹ eſt. Anno huiꝰ etatis.1304. die lune ad aurorē kalend. auguſti. ingenio ꝓ ſublimi ⁊ ad omne bonū ⁊ ſalubre ſtudiū apto. ſ; ad moralē ꝑcipue philoſophiā et ad poeticam prono. corpus iuueni nō magnaꝝ viriū obtigit ſ; dexteritatis eximie. forma illi elegans fuit ⁊ maieſtas quedā ingenita. ſtatura mediocris aut paulo ſuperior. plena facies. rotundiora membra ⁊ in ſenectute ad craſſitudinē corp⁹ vergens. colore erat viuido inter candidū ſubnigrū ⁊ viſu ꝓlongū tempus acerrimo ita vt ad.lx. annū minutiſſimas quaſq; lr̃as ſine adminiculo legeret. ſaniſſimū ꝑ omnem vitam corpus habuit ꝓterq; in extrema ſenectute. Js aretij natus ꝑmū vite annum nec integrū ibidem egit. ſex ſequentes anchiſe in rure paterno reuocata ab exilio genitrice. octauū piſis. ac deinceps in gallia tranſalpina ad leuā rhodani in vrbe cui auenio nomen eſt. ibi puericiam ſub parentibus egit. primas litteras aggreſſus in carpentoras vbi liberales artes didicit. inde ſtudio legū nō ſponte addictus quadriennio in monte peſſulano. triennio bononie fuit. pater audiens negligenter eū iuris ſtudium ſequi. poetas colere ⁊ i eo negotio delectari tandem ſuo arbitrio eū reddidit. inde poeta inſignis ⁊ orator facundiſſim⁹ euaſit. Poſt hec gallias ⁊ germaniam pagrauit in qua pariſius vrbem ⁊ plura regna vidit. inde reuerſus Romam a ſtephano de calumpna in multo honore habitus. vbi in capitolio a ſenatu approbante roberto ſicilie rege laurea corona inſignitus ē. Poſt hec auinionē redijt ⁊ in valle ꝑ exigua amena q̄ clauſa dr̄ buccolicū carmen ſcripſit. ⁊ vite ſolitarie duos libros. Neapolim deinde accedens ad robertū ⁊ verone cū dn̄is de la ſcala verſat⁹ vbiq; car⁹. iacobi de carraria beniuolētiā adept⁹. patauinū veniēs ⁊ a venet cū magnis honoribus accitus. tandem in agro patauino arquade rure montano ſedem fixit vbi meditando ſcribēdo temp⁹ contriuit. Poſtremo labore confectus anno dn̄i.1374. apoplecticus ſanctā xp̄o reddidit animam. corp⁹ ibidem in ſepulchro marmoreo quatuor columnis ſuſtentato ſepultum fuit. Vixit aūt.70. annis vna minus die. vir omnibus ſeculis admirandus. a quo eloquencie ſtudia excitata ſunt. ſcripſit etiā de remedio vtriuſq; fortune. de ſecreto conflictu curaꝝ ſuarum. de ignorantia ſui ⁊ aliorum. epiſtolaꝝ duo volumina. librum rerum memorandaꝝ. affricā ⁊ materna lingua librū ſanctoꝝ ⁊ triūphoꝝ ⁊ pleraq; alia.

S. yuo doctor



Yuo natione brito eruditiſſimus iuris cōſultus ꝑ hec tp̄a ꝓter doctrinā ⁊ ſingularem eloquentiā quibus egregie inſignitus erat mira etiam pietate ac miſericordia in pauperes vſus. celeberrimus habitus. angelica eīm floruit continētia ⁊ vitam ſuam a vino ⁊ a carnium eſu penitus alienam reddidit. corpus cilitio operuit. ieiunijs ⁊ orationibus diſciplinas vigiliaſq; admiſcebat. nudam ꝓ cubili terram luteam. rigidum ſaxum ꝓ ceruicali. ſacrum biblie volumen quod ſibi comitem elegerat capiti adaptabat. ſuamq; omnem cum pauperibus quos peragrando ꝓtegebat conuerſationem duxit humilimā. patrimoniū amplū cū haberet ſpem in deo collocans pauperꝝ ⁊ orphanoꝝ ac viduarum cauſas ꝓ virili ſemꝑ tueri voluit. Hic igit̄ almificus yuo aduocatorum oīm lucerna condignam laboris ſui mercedem a dn̄o percepit. quo mortuo cū crebris fulgeret miraculis inter ſanctos aggregari meruit. vnde eius feſtū ſexto kalend. ſeptembris celebrari iuſſum fuit. Et de eo ſcribit. yuo pater legum cuſtos ꝓtector ⁊ amplum egregiumq; decus cui ſe debere fatentur. Jura: tuo totiens debellata fauore. Aptus eras iuſtas miſeroꝝ ſumere cauſas.

## Gonzagorum regni principium

Ludouicus gonzaga vir animo ⁊ virtutibus ꝓſtans atq; ꝑclarus his annis quadā calliditate atq; prudentia mantue vrbis principatum paſſerino bonacoſſo ademit ⁊ in ſe ſuoſq; ſucceſſores vſq; in hodiernū diē tranſtulit. Paſſerinus ip̄e ⁊ ſui ꝑdeceſſores ip̄m pricipatū per annos multos poſſidere. ſed diſſenſionum factionibus ſubortis adeo mos inoleuit vt cuiq; factioſo liceret ciuitatum principat⁹ occupare. Inde pontifices romani ⁊ imꝑatores ꝓpter egregias huius ꝑclari familie virtutes ip̄am vrbem ⁊ principatū eiſdem confirmarunt. Quis quidem ſcribant gonzagas non factione ſed cōmuni populorum delectione vrbis dominatum obtinuiſſe. qui ex theutonibus fuere ciues qui mantuam incoluerunt.

Ottomannus



# Ottomannorum turchorum regni principium

Turchi ottomanni ab ottomanno eorum primo principe nuncupati. q̄ noſtris temporibus totam ferme aſiam minorem ⁊ greciam partim armis partim ſeditionibus ſibi ſubdiderunt. tempeſtate hac adhuc iohanne pontifice p̄dicto p̄ſulante ab ottomanno quodam turcho exigui cenſus ⁊ obſcuri principia ſumpſere. a quo poſtea Ottomanni turchi appellati ſunt. Hic primus turchorum rex. orta īter turchorum principes ſeditione auctoritatem breui ⁊ nomen adeptus eſt tempore. vrbes ⁊ oppida nō pauca partim vi partim deditione in ſuam poteſtatem recepit. qui moriens orchanes filius ſucceſſit. qui rem inchoatam a patre longe lateq̧ p̄pagauit. quem ſecutus amurates filius duobus de grecoꝝ imperio diſcrepantib⁹ ab altero qui ſuperari timebat in auxilium acceſſitus conſulto bellū ꝓtrahens vbi ambo conſumptis viribus fractos aīaduertit in eos arma conuertit ⁊ plurimū grecie ſibi ſubiecit. Is vita functus duos reliquit filios ſolomanū ⁊ pazaitem. ſolomāno extincto res vniuerſa ad pazaitem deducta eſt. qui priuſq̄ a Tamerlane caperetur res magnas in grecia geſſit. dimiſſus nil dignum egit ⁊ inglorius apud aſiaꝫ obijt. cuius filij complures. quoꝝ primus calopinus natu maior quintus rex regnum poſt patrem obtinuit. cui vita functo Orcani filio tenella etate adoleſcentulo relicto. Is quorundam principum auxilio ad regnū deuenit. qui paulopoſt a moiſe patruo extinctus fuit. ⁊ non multo poſt ipe patruus nullo ſupſtite filio deceſſit. quem mahumethes frater tercius ex pazaite filius ſubſecutus. rex ſextus regnū obtinens. magnas res in europa geſſit turchoꝝ regulos vi atq̧ armis oppreſſos regnis exuit. ipoq̧ mortuo amuratem filium dimiſit heredē. qui muſtapham patruū ſupatū ⁊ interemptū victor vniuerſum regnum obtinuit. Hic mahumetum habuit filiū virū preclariſſimum. qui duo imperia ⁊ duodecim regna acquiſita ſuo adiecit dominio. de quo infra fiet mētio. hicq̧ deficiens pazaitem primogenitum impatorem adhuc extantē dimiſit. hec ē ottomannoꝝ ꝓgenies et origo. adeo q̧ turchoꝝ nomen auctum eſt vt q̄ olim aſia vocabat̄ nūc turchiā vocitēt. a turchis em̄ vniuerſa poſſidetur.

Odericus or. minoꝝ



Odericus vir ſanctus de ordine minorum in aſia ⁊ india euangelizando diſcurrit miraculis clarus. ⁊ quatuor ſanctorum martiruꝫ corpora de ciuitate hormes tranſtulit ꝑ mare ad ſuperiorem indiam in ciuitatem carram nō ſine miraculis. ⁊ deſcripſit peregrinationem ſuam.

Bartholomeus natione piſanus ordinis p̄dicatorum theolog⁹ ⁊ inſignis decretorum doctor ꝑ hoc ipm tempus pſis floruit ⁊ multa laude digna compoſuit. Inter que ꝑutile opus ⁊ quaſi diuinū ad cōfeſſorum inſtructionē edidit qḋ ſummā piſanā ſeu magiſtruciā appellauit. eā em̄ (ipo referēte) ꝑfecit anno dn̄i. 1338

Albertum brixianū eiuſdem ꝓfeſſionis ⁊ litterature licet maioris ſanctimonie virum cum eodem claruiſſe ⁊ miraculis floruiſſe tradunt. qui p̄ter ſanctitatem maximam ⁊ ipe ſummā celebrē de caſib⁹ cōpoſuit. cui aliqn̄ beatū auguſtinū cum beato tho. aquinate apparuiſſe tradunt. eiq̧ dixiſſe thomas. mihi par eſt in gloria virginali ſed in immundicia cordis prior.

Ludolph⁹ carthuſiēſis



Ludolphus alemannus ordinis carthuſienſium prior argentinenſis vir doctrina et morum ſanctitate cōſpicuus. hac ipa tempeſtate ꝑoptime vitam dn̄i nr̄i iheſu xp̄i egregio volumine. ⁊ quodā celeſti artificio. imo pocius diuina reuelatione q̄ſtudio fabricauit. in quo certe ſe oſtendit venerabilem virum ⁊ oīm rerum tam diuinarū q̧ humanarū. ⁊ potiſſimū ipius iheſu xp̄i vite ꝓut potuit hoī eē poſſibile pleniſſimā habuiſſe noticiā. alia q̧ laude digna hic deuot⁹ atq̧ venerandus p̄r edidit.

Thomā de argentina ordinis heremitarū generalē eo tp̄e floruiſſe ferut. q̄ ſup q̄tuor ſententiarū libris ⁊ ipe cōmentaria digniſſima edidit. quib⁹ ſcolaſtici in germania maxime vtunt̄. Cū plurimum aliorum ſcriptis p̄ſtare cenſeantur. etiā cōſtitutiones ordinis in formam redegit.

Ubertinus carrarienſis



Ubertin⁹ carrarienſis marſilij patruelis hoc anno iure gentiū ex ipius marſilij teſtamento padue dominatum ſuſcipiens regnauit annis ſex. Hunc cum maſtin⁹ veronenſis princeps magnis affeciſſet cladibus tandem laceſſitus eidem vrbem tradidit. quia venetis ⁊ luchino vicecomite ꝓcurantibus pax cōfecta eſt ⁊ vbertino ciuitas reddita. quem ſtatim benedictus pōtifex aplica ⁊ imperiali auctoritate ipm in ea cōfirmauit. ⁊ deinceps quo ad vixit ipam in pace poſſedit. ipo denique mortuo cum Marſilius eius filius ſucceſſiſſet. eodē anno a iacobo vbertini patruele cōſpiratione facta interfectus fuit. ⁊ ipe primatū vrbis ſuſcepit.

A Stefanum de aſt ciſalpine gallie ciuitatem ordinis minorum omni doctrina excellentiſſimum ꝓfeſſum hiſdem temporibus celebrem ac p̄clariſſimam ſummam tam in theologia q̧ in legibus edidiſſe tradunt.

Anno mundi. 6542. Anno xp̄i. 1343.

Linea ſummoꝝ pontificū

Clemens ſextus



Innocentius ſextus



Clemens ſextus patria lemonicenſis. petrus antea vocatus. primo monachus deinde archiep̄s rothomagenſis. Poſtremo nonis maij milleſimo tricenteſimo quadrageſimo ſecundo pontifex auenione creatus eſt. Fuit autem vir multe doctrine compoſiteq̄ȝ eloquentie. liberalis in om̄nes ⁊ ꝓhumanus. q̄ primo anno pōtificatus ſui octo p̄ſbiteros cardinales creat. diaconos duos. ſcȝ fratrem ſuum monachum tullenſis ꝓfeſſionis ⁊ gulielmū ex ſorore nepotē Verū cum intelligeret totam italiam in tumults eſſe ſolos luchinum ⁊ iohannē vicecomites vicarios inſubrie confirmauit. De reliquis italie principibus nulla mentione habita. exiſtimabat em̄ ſolos vicecomites ludouico bauaro reſiſtere poſſe in italiā (vt ip̄e p̄dicabat) deſcenſuro. atq̄ȝ etiā tridentū vſq̄ȝ ꝑuenit. qui viciſſim vt par pari pontifici redderet in ditione eccleſiaſtici multos vicarios imperiali auctoritate confirmauit. Que quidē verſucia malis (vt aiūt) auib⁹ in pōtificem relata ſucceſſores in hanc diem ſuos multis ac pene ꝑpetuis incomodis turbinibuſq̄ȝ agitauit. Johannes em̄ de vico vrbis rome p̄fectus nōnulla in viterbienſium finibus paterna poſſidens hereditate vicarius in viterbio impial' eſt factus. Eo deniq̄ȝ titulo galeotus maleteſta ⁊ fratres arimini ī romādiola piſauri ſaniq̄ȝ in marchia anchonitana. Antonius ferretanus vrbini diolfus ⁊ ita in alijs pleriſq̄ȝ locis dn̄os confirmauit. Clemens aūt pontifex quoſdā cardinales ex auinione romam miſit qui ſtatum vrbis cōponentes petrū ſarā colūnenſem ⁊ iohannem vrſi filium ſenatores declararūt. ⁊ nicolaus rencij public⁹ ſcriba qui ſtatum vrbis in ſuam poteſtatem redegerat. deinde ſeptimo menſe mutata veſte ad carolum in bohemiā ꝓficiſcit. quē clemens pontifex ob multaꝝ linguaꝝ periciā in ludouici contumeliam ab electorib⁹ in ceſarē deſignari fecerat ab eo auinionem miſſus pontifici dono dat. Poſtremo clemens in omnibus boni paſtoris officio functus Anno dn̄i. 1352. pontificatus ſui anno decimo. menſe ſeptimo die vigeſimooctauo mortuus auenione ſepelitur. adhibita honeſta funeris pompa.

Jubileus annus petentibus romanis vt quemadmodū bonifacius octauus olim conceſſerat vt centeſimo q̄ȝ anno (quod ſeculū antiqui appellabant vnde ludi ſeculares appellati ſunt) plenam peccatoꝝ omnium remiſſionem viſitantibus limina apl'oꝝ petri ⁊ pauli quīquageſimo q̄ȝ anno id facere libenter annuit Cū dicerent etatem hominū iubileum illū centum annoꝝ attingere non poſſe. Clemens igit' ſextus ad quīquēnariū numerū reduxit. qui eſt ꝓprie iubilei numerus. Cū aūt annus aduenerat iubile⁹ tantā rome preſſuram potius q̄ȝ frequentiā populoꝝ petrarcha qui interfuit fuiſſe refert vt nihil obfuiſſe peſtem appareat. ſed ex omni europa xp̄ianū ꝓfeſſa nomen illa ꝯfluebat diebus ſingulis multitudo.

Eodemq̄ȝ anno mediolani peſtem ſolito maiori continuaſſe petrarcha aſſerit. nam peſtis adeo triennio totam italiam peruagata eſt vt vix decimus quiſq̄ȝ ex milleſimo homine ſupfuerit. nec id quidem mirū cū ob iubileū contagione hominū ⁊ multitudine vndiq̄ȝ romā cōmigratū ſqualore ſitu pedore oīa inficerēt.

Innocentius ſextus papa patria lemonicenſis ſtephanus antea vocatus pontificij ciuiliſq̄ȝ iuris vir conſultiſſimus. ꝓcurator primo. mox ep̄s claramōtanus. deinde cardinalis. pontifex tandem dum erat ſalutis ann⁹ a quinquageſimo ſecundus terdecieſq̄ȝ centenus. Fuit aūt vir integerrime vite magneq̄ȝ conſtātie ⁊ ſeueritatis. qui eccl'iaſtica beneficia nō niſi ꝓbatiſſimis ſacerdotibus tū vita tum doctrina dedit. Poſt coronationem illico ſtatuit vt omnes p̄lati omneſq̄ȝ qui beneficia habebāt ad eccl'ias ſuas ſub anathematis pena ꝓficiſcerent. dicebat em̄ oues paſcuas a ꝓprio paſtore nō a mercēnario cuſtodiri debere. Impenſam quoq̄ȝ domeſticam que magna erat imminuit. familiam ſuam ad certum ⁊ honeſtum redigens numerum. viroꝝ ꝓbatiſſimoꝝ. Idem vt facerent cardinales acerrimo edicto mandauit. Auditoribus p̄terea ſacri pallacij ſolaria inſtituit. ne muneribus corrumpi in decernendis litibus ob inopiam poſſent. Hic in victu parcus eſt habitus. in ſumptu bellico largiſſimus. dū bello repetit que a tyrannis ſuperioribus temporibus occupata fuerant. Iſq̄ȝ cum curiā purgaſſet p̄latis in ea diſſidentibus quos ad ſuas queq̄ȝ eccl'ias ire iuſſit. nihil duxit antiquius quā legatum in ytaliam mittere. a quo vrbes ⁊ ꝓuincie iuris eccl'ie tyrannis vi deturbatur reciperent. Legatuſq̄ȝ fuit egidius de gēte carilla nobili in hiſpanis ſabinoꝝ ep̄s cardinalis vir quo ad vires ⁊ potentatū licuit. Traiano Hadriano ⁊ theodoſio virtute equipand⁹. quos principes hiſpania romane reip. potentiſſimos pridem ſaluberrimoſq̄ȝ dederat. omnia vere oppida breui recepit que tyranni occupauerant. Huius pontificis ſuaſione ⁊ prudentia inter genuenſes ⁊ venetos deniq̄ȝ fedus initum eſt. ac inter piſanos ⁊ florentinos pacem compoſuit tumultuante potiſſimū ciuitate romana in creandis ſenatoribus diſcordiam optime ſedauit. externo ſenatore ad vrbem miſſo. Erat aūt maxime intentus abolēdo bello quod inter anglos ⁊ gallos gerebat. parare ⁊ claſſem contra hoſtes xp̄iani nominis conſtituerat. In tātis vero animi ꝑturbationibus afflictatus innocentius pontificatus ſui anno nono menſe octauo die ſexto morit' ⁊ in monaſterio diui andree carthuſieſiū ordinis qd̄ ip̄e extra auinionē ꝓprijs ipenſis extruxerat et dotauerat ſepultus eſt.

Linia impatoꝝ ro.
Carolus quartus



Carolus eius nois quartus iohannis regis bohemie filius ꝛ heinrici impatoris nepos anno salutis millesimo tricentesimo q̄dragesimoseptimo. iubente eiū clemente sexto pontifice in lodouici dedecus ꝛ depositionem in cesareꝫ eū fecerat declarari. ab electoribus impator designatus impauit annis .32. Uir multaꝝ linguaꝝ ꝛ lraꝝ peritissimus iustusq̄ ꝛ rectus ac timens deū. bonos diligens ꝛ malos sceleratosq̄ odio habens. Is ob iustitiam nōnullas leges condidit que adhuc extant ꝛ caroline nuncupant. Is viuente patre aduersus tartaros feliciter dimicauit. Ciuitates lombardie a patre acceptas armis tutat⁹ est. pugnauit adolescens cū veronensibus eosq̄ ꝑlio fudit. in ea pugna bis equo deiect⁹ nō dubitauit tercio conscendere facinoraq̄ fortissimi militis edere. Nomen huic carolo in baptismate wenceslaus fuit. quod in confirmatione a carolo francoꝝ rege mutatū est. apud quē puericie rudimenta peregit. Fuitq̄ carolus vir magnorum opeꝝ. qui regnū bohemie tū religionis cultu tū legum ac bonoꝝ morum disciplina illustrauit. Nam scola liberaliū arcū ab eo in praga erecta ē. Noua ciuitas menibus cincta. pallaciū regium magnificentissime exedificatum. monasteria multa fundata. arces constructe admirabiles. pax toti regno tradita. Adeptus imperiū rursus italiam ingressus. Traxerat carolus rex diuturnā mantue morā. cuius ꝑsentie timor vicecomites ꝯtra ac ille expectauerat ꝯcordes effecerat. quare ad solā anhelans coronationem socios belli de lombardis cū vicecomitibus ꝑ inducias quietos reddidit ꝛ mediolanū delat⁹ ferrea de more corona insignitus est. Inde romam petiturus substitit in pisanos receptusq̄ in vrbem facciosos vtriusq̄ ptis a quibus introduct⁹ erat pari ingratitudie depressit. Senēses illico sese illi absq̄ vllo federe ꝯmiserunt. pariter volaterani. pariter miniatenses fecere. nec abeē poterat quin florentini iugum fuerint acceptori. Tandē ꝑuenit romā carol⁹ ꝛ a duobus cardinalibus quos ea de causa innocentius papa miserat coronatus est. gibellinis qui iampridē florentia exulauerant eiectis. guelfos in suū locum restituit. longobardos in ptātem accepit. Reliquis ethrurie partibus ꝑ suo arbitrio leges dedit. Coronat⁹ itaq̄ rome magnifico apparatu nouatores reꝝ qui aduersus ecclīam sentiebant romano pontifici iudicandos tradidit. Primis igit̄ quatuor innocentij pontificatus annis carolus impator bis (de quibus diximus) ꝑ ytaliam gestis rebus rome coronatus in ethruriā. inde in lombardiā. moxq̄ in germaniā redijt. Johanni deinde fratri suo morauiam possidendā concessit. vicegradum nouis muris ac ꝓpugnaculis cōmuniuit Corpus sancti viti detulit pragam. pontem multauie qui exundationibus corruerat in praga restaurauit. Ecclesiam pragensem ad metropoliticū decus erexit. Cū antea maguntino pontifici subiecta esset. Clarus profecto imperator nisi vt aliqui scribunt bohemici regni gloriam magis q̄ Romani imperij quesiuisset. ꝛ wenceslaū ex filijs suis natu maiorem imperio sibi successorem adhuc viuens ordinare conatus esset Idq̄ pecunia. nā cum principes electores haud facile ad eam rem trahi posset. qd̄ virtute obtinere nō potuit ꝑcio comparauit. Promissis cuilibet electori centum milibus aureis. quos cū representare nō posset publico illis romane rei ꝑ. vectigalia obligauit ꝑpetuū imperio malum. Nec post hec extollere caput imperium potuit. Carolus aūt cū omnem ferme etatem vltro citroq̄ ex ytalia in germaniā eundo ꝛ redeūdo consumpsisset. Tandem etate iam grandeuus saluti ꝓprie consulens wenceslau filiū vt ꝑmissum est Anno dn̄i. 1370. cesarem faciens imperij successorem sibi delegit. ac sic cū patre fili⁹ imperauit annis octo. Postremo carolus impator cum pleraq̄ gloriosissime in imperio gessit anno. 1378. hūana funct⁹ vita decessit.

Guntherus comes de swartzeburg



Guntherus comes de swartzeburg vir magnanimus fauore quorundaꝫ electorum. vel electione principū carolo quarto romanoꝝ impatori sese opposuit. scribens nominansq̄ se romanoꝝ impatorē. qui collectis copijs cū bella acriter contra carolum regem bohemie agitaret. ꝛ nec ꝑce nec terrorib⁹ flecti posset sumpto veneno mortem obijt. In qua re suspectum carolum ꝑ quendā phisicum habuerunt. quo mortuo nullo resistente Carolus quiete regnum gubernauit.



Cometes anno. 1351. sub septentrione decembrio mense apparuit. quo extincto statim graues ventoꝝ estus subsecuti sunt. ꝛ celestis trabs hore ardente pte ꝑ celuꝫ labi visa est. Scribūtq̄ ante pontificis Innocentij sexti mortem tantam solis defectionem factam esse q̄tam nunq̄ antea. visum itaq̄ omnibus est tante mortis planetam etiam signa aliqua dedisse.

Ingens hic vapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno aspicientiū terrore. ꝑ celum dilapsus est ꝛ bestiolas multiplicato numero in oriēte e celo tradidisse ferunt.

Praga caput regni bohemie ciuitas ꝑmaxima. Cuius deſcriptio ob vetuſtatem merito dudum poſita fu
iſſet. Uerum carolus quartus impator tam magnifica in ea peregit vt poſt geſta ſua de ea mentio fiat.
Cũ ⁊ in ceteris vrbibus tempus antiquitatis ac originis non ſemp obſeruatum fuit. At praga (vt bohemi-
ce narrant hiſtorie) poſt tempora abrahe initium habuit. regum pontificumqꝫ honeſta ſedes. Tres in parteſ
diuiſa quibus nomina indiderunt. paruam pragam. veterem ac nouam. parua ſiniſtrum latus multauie flu
minis occupat colliqꝫ cõiũgit. In quo ſita eſt regia ⁊ sancti viti pontificale auguſtumqꝫ templũ. Uetus pra
ga in plano iacet vniuerſa magnificis operibus adornata. Inter que ꝑtorium ⁊ forum ⁊ letã curiã ⁊ collegi
um imperatoris caroli mirificis efferunt laudibꝰ. Jungit aũt minori prage lapideo ponte quatuor ⁊ vigin
ti arcuũ. Nouã ciuitatẽ a veteri foſſa diſtinguit ꝓfunda. ⁊ vtrinqꝫ muro munita. Hec quoqꝫ ciuitas ampla ẽ
ad colles vſqꝫ ꝓtendit. quoꝝ alterũ sancti caroli. alterũ sancte katherine appellant. terciũ vicegradũ in arcis
modũ exedificatum. vbi ⁊ collegium eſt. Eſt aũt hec ciuitas inſignis in ꝓuincia bohemie. que porcio germa
nie eſt. aquilonis flatibus tota ferme expoſita. Formam eius rotundam tradunt. cuius diametrum triũ dieꝝ
itinere expedito patet. ſilua vniuerſam claudit. irrigat pluribus fluminibus ſed cunctos multauia excedit.
que metropolim regni pragam influit. De nomĩe ciuitatis cũ diſceptaretur iuſſit libuſſa ex artificibus qui
primo occurrerit rogari quid ageret. ac ex primo eius verbo vocari oppidum. interrogatus faber lignariuſ
quiſpiam. limen ſe agere dixit. qđ bohemice ꝓha dicit. indeqꝫ nomen vrbi datũ. ſ corrupto vocabulo po-
ſtea pragã dixere. In hac prouincia aliquo tp̄e amazonice femine regnandi cupidine ducte dominiũ habue
runt. Poſtea duces vſqꝫ ad primũ regẽ vratiſlaũ gubernarunt. qui. vi. ⁊. lxxx. ſupra mille ab ortu ſaluatoriſ
xp̄i apud magũtiũ in ꝯcilio principũ ab impatore heinrico eiꝰ nois q̃nto rex declaratꝰ fuit. morauoꝝ reg̃ qđ
ꝑus extinctũ fuit in bohemiã trãſlato. sleſia. luſacia. morauia bohemoꝝ iperio adiecte. Gilbertꝰ treueroꝝ ar
chiep̄s cũ eo pragã miſſꝰ q̃ corã ꝓuincialibꝰ regẽ iungat regalibꝰqꝫ adornet iſignibꝰ. In eodẽ ãno fcm̃ accla



mante populo Vratiſlao regi ſalus honoꝛ atqꝫ victoria. Is vratiſlaus indulgente alexandro papa tercio na
tione ſenenſi collegiū canonicoꝝ regulariū in arce pragenſi erexit. in qua dum res agiť diuina non p̄poſitus
tantū ſed decanus ⁊ ſacerdos diaconuſqꝫ ⁊ ſubdiaconus rem diuinam facientes epiſcopalibus oꝛnamentis
vtuntur. Et p̄poſitus quidē cancellarius regni appellatus pꝛincipis honoꝛe defungiť. Poſt vratiſlaū pꝛimū
regē pluribus annis interregnū fuiſſe ferūt. nō regis noīe ſ; ducis tantū vſos. ⁊ vlatiſlaū vno loco vratiſlao
natū ab imꝑatoꝛe friderico pꝛimo ſibi ⁊ poſteris regiā dignitatem obtinuiſſe ſcribunt. qui pontē ſuꝑ multa
uiam qua vetus praga minoꝛi iungereť magni operis edificauit. quē ratiſponenſi p̄ferunt in quatuoꝛ ⁊. xx.
arcos vt diximus protenſum. Deinde vlricus qui carinthioꝝ pꝛincipatum tenebat cū virili ſobole careret ac
cepta ex othocaro rege bohemie pecuniā carinthiā illi carniolā. marchiā ſclauonicam ⁊ portū naonis tradi
dit. Tempoꝛe poſtremo caroli quarti imperatoris in maxima potentia ⁊ gloꝛia fuit ⁊ augmentū mirabile ac
cepit vt p̄miſſum eſt. Nullū em̄ regnū tota europa tā frequentibus. tam auguſtis. tam oꝛnatis templis dota
tum fuiſſe quā bohemicū reoꝛ. Templa in celum erecta longitudīe atqꝫ amplitudine mirabili foꝛnicibus te
gebanť lapideis. Altaria in ſublime poſita auro ⁊ argento quo ſanctoꝝ reliquie tegebanť onuſta. Sacerdo
tum veſtes margaritis tecte. oꝛnatus omnis diues. p̄cioſiſſima ſupellex. feneſtre alte atqꝫ ampliſſime. cōſpi
cuo vitro ⁊ admirabili opere lucē p̄bebant. neqꝫ hec tantū in oppidis atqꝫ vrbibus ſ; in villis quoqꝫ admi
rari licebat. Fuerat inter cetera monaſteriū aule regie apud rippam multauie qua muſa fluuius illi iūgiť ſitū
in quo regū coꝛpa condebanť ſingularis excellentie. nā p̄ter edem magni ⁊ memoꝛabilis operis amplū doꝛ
mitoꝛiū. ceteraſqꝫ officinas monachoꝝ magnifice conſtructas quadrata poꝛticus fuit. que nō paruū conclu
ſit oꝛtū. ambitū vocauere. In huius lateribus vetus nouūqꝫ teſtamentū ab initio geneſis vſqꝫ ad apocali-
pſim Johannis l̄ris maiuſculis in tabulis ſcripcum ꝯtinebatur. notis quo altius irent paulatim creſcentibꝰ
ita vt aſummo vſqꝫ deoꝛſum facilis lectio preberetur. Flos igr̄ dulcoꝛis Bohemia dicebatur. que olim inter
pꝛincipes atqꝫ reges dulciſſimam redolebat ſuauitatem. Nunc (volente foꝛtuna) apud futuros ſapoꝛē fetidū
habet. faxit deus vt p̄oꝛi redolentie atqꝫ ſplendoꝛi par fiat. Eius hiſtoꝛia ⁊ regum geſta papa pius. ſecundꝰ
in hiſtoꝛia bohemica diſertiſſime proſequitur.



Calamitoſa gens hebreorū in oppido baioarie nomīe deckendorff ſito in littore danubij anno dñi. 1337. maieſtatē ihesu xpi ī diuiniſſimo ſacramēto mirūm modū ɔtēpſit ⁊ religionem noſtrā illuſit. Id pꝰ varias punctiones in fornace ignis poſuerūt illeſum tñ ab igne māſit. in incudē q̄ȝ malleis ꝑcuſſerūt. Qua re (diuino nutu) cognita prefectus oppidi hartmannꝰ de degēberg cū ciuibus oppidi iudeoꝝ domꝰ inuaſerunt. nō ſexui. nō etati parcentes veritate cognita debitis penis afflixerūt ⁊ neci dederūt. Sacramētū obſeruatū in eccīa ſepulchri dñi miraculis varijs ī eo oppido honoratur.



Iudei q̄ȝ oēs qui in germania erāt deinde anno dñi. 1348. ſeq̄nti videlicet tpe ɔbuſti ſunt. eo ꝙ omnis regionis puteos intoxicare fuerūt annixi vt multi eoꝝ ɔfeſſi ſunt. periſſe aliq̄t milia ferunt.



Locuſte ac beſtiole innumerabiles multiplicato numero ab oriente in occidentem inſtar denſe nubis celū obducentes vaſtarunt. herbas ⁊ omnes fructꝰ terre. q̄rū corruptione ⁊ fetore execrabilꝭ peſtelētia ſbſecuta ē.

Peſtis lugubris ⁊ miſeranda hoc anno. 1348. incepit ⁊ ꝑ tres annos ꝑ totū pene orbē debaccata eſt. q̄ ꝑmo in aſiā apd̄ indos ob eaſdē beſtiolas incipiens paſſim ꝑ ꝓuincias irrepens vſq̄ȝ in brittannos. Per mare igiꝭ anno ſequēti irrepēs regna ytalie. poſtea francie ⁊ britannie. demū germanie ꝓuincias ⁊ hungarie ſua ɔtagione infecit. adeoq̄ȝ deſeuit apud omnes gentes vt vix decimus quiſq̄ȝ ex milleſimo hoīe ſupfuerit. In aliq̄bus locis vix tercia ꝑs hoīm remaneret. ⁊ pleraq̄ȝ loca ne dū campeſtria. verū arces. oppida ⁊ vrbes ꝓrſus derelicta ſunt ac in ſolitudinem redacta. Huic calamitati augmentum dediſſe iudeos in fontium intoxicatione nonnulli arbitrati ſunt.

Gerhardus ordinis heremitarum

Gerhardū ſeneſem ordīs heremitaꝝ diui auguſtini ſacraꝝ lraꝝ clariſſimū inter ceteros hac ipa tempeſtate admodū ſenē obijſſe tradūt. virū vtiq̄ȝ ingenij eminētiſſimū ⁊ btī Egidij ro. imitatorē ꝑcipuū. q̄ cū eſſet in ſacra theologia doctus ſup primū ſententiaꝝ accuratiſſime ſcripſit. Deinde tractatus de ꝑſcriptionibus ⁊ deuſucaptionibus ⁊ de vſuris ceteriſq̄ȝ ɔtractibꝰ opuſcula edidit. quibꝰ diuꝰ bernhardinꝰ ɔterraneus ſuꝰ in tractatu ſuo reſtitutionū plurimū vſus ē. Huc etiam tractatū Jo. an. eiꝰ ɔtēporaneꝰ multis in locis ⁊ marie mercurialibꝰ plurimū ɔmēdat



Gerhardꝰ itē eiuſdē ordīs ⁊ doctrine ꝓfeſſor patria bergomēſis ⁊ ſauonēſis epſ eo tpe in ꝑcio exiſtēs ppl'o ſuo peſte laborāti vt bonū decet epm magis ꝓdeſſe adnixus ē q̄ȝ ꝑeſſe. q̄ cū pontificij iuris edoctus eſſet in ſextū decretaliū cōmentatus eſt. ⁊ multa in laudē ſue religionis in lucē deduxit. q̄olibeta duo pariſiꝰ diſputauit ⁊ multa opuſcula edidit. moriens deniq̄ȝ nō ſine ſanctitatis noīe bergomi iuxta maius altare celebri ſepulchro a ſe conſtructo ſepelitur.

Thomas florētinꝰ medicꝰ dini q̄ndā medici filiꝰ hiſdē tpibꝰ nō inferioꝝ ingenio famaue patri ſubſecutus. etiā de arte medēdi ſūmā pulchrā pꝰ ſe reliquit

Bartolus legū doctor



Vincentius cathelanus ordinis p̄dicatorꝫ declamator ꝛ theologus celeberrimus ex valentia vrbe natus ac nobili familia ferrariorꝫ. Cui⁹ pater notari⁹ publicus qui tres habuit filios. petrū primogenitū laudabilis vite ꝛ vxorem habens. Aliū bonifaciū iuris vtriuſqꝫ doctorē. qui mortua vxore ordinē carthuſienſium ingreſſus tantū ſua prudentia effecit vt generalis prior ordinis fieret. Terciū vincentiū qui in virginitate ꝑmanſit. ꝛ anno M. cccc. ꝛ vltra nō modo celebri doctrina ſed ſingulari ſanctitate inſignis fuit. qui cū p̄dicationis dono plurimuꝫ illuſtratus fuiſſet quoad vixit eccleſiam dei p̄dicando. docendo ꝛ monendo non modo verbis ſed ꝛ exemplis adiuuare nō deſtitit. hoc ſanctiſſimū opus euangelizandi triginta annis continuans. Tandē ſedem petri tenente martino quinto anno. 1418. imperante ſigiſmundo ex hoc ſeculo migrauit. ꝛ cū ī morte ꝛ poſt mortem plurimis claruerit miraculis calixt⁹ tercius pontifex eius compatriota anno deinde dn̄i. 1455. eas ob res in ſanctorꝫ confeſſorꝫ numero eū aggregauit. ꝛ eius feſtum nonis aprilis celebrari mandauit. Sepultus in ſenectute bona in ciuitate venetenſi in eccl̄ia cathedrali qꝛ ordo non habebat ibi conuentū. p̄dicabat aūt ī vita ſepenumero de finali iudicio ꝛ aduentu antichriſti tanto terrore vt omnes in timores conuerteret. vt peccatores futuram dei iram abhorrerent.

Franciſcus martini ordinis carmelitarꝫ theologus celeberrimus ꝑ hoc ipm tp̄s in precio exiſtens. cū multos erudiſſet diſcipulos ad agitandum intellectum librū de conceptiōe virginis Marie ꝓpoſuit.

Gerhardus groet claret ſanctitate vite ꝛ ſcientia. ꝛ incepit ꝯgregationem in dauādria ꝛ plura ſcripſit

Johannes ruſbroch clar⁹ habet. vir ad modū deuot⁹ ꝛ illuīat⁹. etiā nl̄ta ſcripta ī theutonico reliqt

Heinricus yota ſacre theologie profeſſor. Heinricus quoqꝫ de haſſia etiam doctor theologie. hij duo luminaria eccleſie in vienna pannonie fuerunt.

Baldus iuris doctor



Baldus peruſin⁹ p̄cellentiſſimus legis peritus bartholi ſaxoferratenſis diſcipulus. ꝛ ipe vna cū angelo ꝛ petro germanis hec tp̄a tempora clariſſima reddidit. qui cū poſt magiſtrū ſuū in iuribus ciuili ꝛ pontificio obtineret principatum infinita ꝓpe edidit librorꝫ volumīa. Sup toto eīn iuris ciuilis corpore ꝑegregie cōmentatus eſt. Inſup ꝛ in ſcdo decretaliū ac feudis ſcripſit. Additiones ad ſpeculum ꝓpoſuit. atqꝫ clariſſima conſilia poſt ſe reliquit. Tandeꝫ ob doctrine p̄ſtantiam a philippo mediolanēſiū duce publico ſalario papie vocatus. anno dn̄i. 1423. menſe aprili ibidē defunctus apō frēs minores ſepelit

Bartholomeus de ſaliceto iuris conſultiſſimus ꝑ hoc tempus floruit ꝛ in legibus nōnullos cōmentarios compoſuit. Hic cū apud albertum eſtenſem ferrarie marchionē in p̄cio eēt cū ipo egit vt a bonifacio pō. ꝓuilegiū ꝓuocādi ſtudiū ī ferraria obtineret

Nicola⁹ florētin⁹ medic⁹



Nicolaus exímij nominis medicus natione florentinus ꝑ hec tp̄a exiſtens. in omni medicina grande opus componendo relinquens. qd̄ de omni medicina ex veterioꝛib⁹ ꝛ doctis medicis exquiſitis accurata lucubratione extraxit Obijt deniqꝫ florentie poſt multas curationes anno dn̄i. 1412.

Marſili⁹ de ſctā ſophia patauin⁹ medic⁹. ꝛ ipe mſtarū rerū cognitiōe inſignitus cum quedaꝫ ediddiſſet in medicina ſup hippocratis libros multos ſcriptores ingenio ꝛ ſubtilitate p̄celluit ꝛ ſuā patriā doctrina ꝛ fama exornauit.

Iohes rauennat⁹ grāmatic⁹ ꝛ rhetor luculētiſſim⁹ his tp̄ib⁹ floruit. vir certe maximi ingenij ꝛ ſingulariſſime doctrine. qui vt leonardus aretinus ei⁹ diſcipulus teſtat͛ primus fuit a q̄ eloquētie ſtudia tantope longo poſtliminio in ytaliā ſunt redacta. Hic cū a franciſco petrarcha egregie edoct⁹ fuiſſet. et ipe viros ſeq̄ntes excellētiſſimos habuit diſcipulos.

Crisoloras conſtantinopolitanus



Hemanuel criſoloras bizantinus patria conſtātinopolitanus. vir domi nobilis. ne dū litterarꝫ grecarꝫ peritiſſimus. verū omni doctrina ac virtutib⁹ nobilior atqꝫ p̄clarus his temporibus conſtantinopoli patria a turchis obſeſſa. venetias mari delatus primo in exaudita eius fama inuitatus benigne ac poſtulat⁹ et litteras grecas ibi docere cepit que iam ſeptingentis annis conticuerant ꝛ per eū reuiuiſcere ceperunt. Hic itaqꝫ cū in italiā veniſſet primo venetias multos adoleſcentes grecas docuit litteras. indeqꝫ a florentinis publico ſolario vocat⁹ plurimos habuit diſcipulos. a iohanne rauennato p̄dicto litteris latinis edoctos. Inter quos fuere leonardus aretinus. paulus ſtrotia. petrus paulus vergerius iuſtinopolitanus. omnibonus vicentinus. guarinus veronenſis. carolus aretin⁹ pogius florentin⁹. franciſcus barbarus ꝛ franciſcus philelphus ꝛ alij. Indeqꝫ curiam romanā cum ſecutus fuiſſet ꝛ apud conſtantiā vbi generale conciliū celebraret͛ acceſſiſſet ꝛ p̄dicti diſcipuli dulcedine verborū ſuorū allecti eū ſequi voluerunt. Hic aūt ꝛ ſi omni ſciētia edoct⁹ fuerit nihil tn̄ ſcripto qd̄ extat reliqt. Conſtantie aūt deficiēs a pogio florētino melliflua orōne cū epigrāmate honeſtat⁹ ē.

Tamerlanes



TAmerlanes magn⁹ tartaroꝝ ſeu parthoꝝ rex. incredibilis potētie vir. hoc etiā anno. 1402. vita exceſſit. Qui primū (vt aiūt) genere parthus humili loco natus. gregorius miles. adeo inter ſuos corpis agilitate excelluit. vt breui multaꝝ gentiū dux fieret. quibus parthoꝝ imperio potitus ſcythas. hyberos. albanos. perſas. medoſq ſibi ſubegit. meſopotamiā inuaſit atq armeniā. trāſitoq eufbrate cū quadringentis milibus equitū. ſexcentis milibus peditū. oēm aſiā quā minorē appellam⁹ obtriuit. Regē oīm potētiſſimū pazaitē thurcoꝝ dn̄m cū pari equitū numero ⁊ magnis peditū copijs fines ſuos tutātem. apud armenos ꝓlio ſupatum ducentis milibus hoīm interfectis viuū cepit. caueaq i modū fere incluſum. ꝑ omnē aſiā circūtulit egregiū admirandū humanaꝝ rerū ſpectaculū. Caſtra eius in vrbis modū ordinata fuere. ſtatuto cuiq arti loco ad vite vſuꝫ neceſſaria. ſumma ſemꝑ rex copia inueniebat. cū nullus eſſet latrocinijs locus. Inde a thanai flumine vſq ad egiptū vniuerſam aſiam ꝑcurrens. ſmyrnas antiochiā. ſebaſtē. tripolim. damaſcū. multaſq validiſſimas vrbes vi cepit. diripuit atq incendit. Soldanū egiptioꝝ principē bello ſuptum vltra peluſiū repulit. egiptū ingredi parantē. vaſte ſolitudines ⁊ deſerta loca auerterūt virū bellicis artibus inſignē. Damaſco capta cū arcis antique expugnatio difficilior videretur. Conſtructa e regione altera q antiquā altitudine ſuparet vi cepit. Capha vrbs genuēſiū tūc colonia in thaurico cheroneſſo. nō ꝓcul a boſphoro cymerico exiſtit. hāc cū tamerlanes inuadere ſtatuiſſet. Scythas negociatores ꝑmiſit. q precioſiſſimas aīaliū pelles minori quā ꝯſueuerūt ꝑcio venūdarent. Sciens aurū abſcondi poſſe. pelles ſubfodi nō poſſe. Moxq bello indicto admotis vrbi machinis expugnata vi atq armis ciuitate. Et auro ⁊ pellib⁹ potitus ē. In obſidionibus vrbiū prima die albo tentorio vtebatur ſecūda rubeo. tercia nigro. qui ſeſe dabāt in albo ſedenti ſalutē conſeqbant. rubeus color moriendū indicabat. niger ciuitatis excidiū. ⁊ oīa in cinerē cōuertenda. Fama ē ꝑplos cuiuſdā ciuitatis q prima die deditionem neglexiſſet. pueros puellaſq oēs in candida veſte ramos oliue ꝓ ſe ferētes exiuiſſe vt principis irā placarēt illū oēs ab equitatu cōculcari atq cōteri iuſſit. ⁊ vrbē captā incendi. Interrogatus ab homīe genuenſi q ei familiaris erat. cur tanta crudelitate vteref. Cōmotū diſtorta facie ac ſpirātibus ignē oculis reſpōdiſſe. Tu me hoīem eē arbitraris falleris. Ira dei ego ſum ⁊ orbis vaſtitas. caueto ne poſt hac mihi occurras. Ferebant qui Tamerlanē viderūt eū hanibali ſimilē. Deletis regibus vaſtatis pluribus ꝓuincijs onuſtū de victarū gentiū ſpolijs exercitū in patriā reduxit. Et ciuitatem marchantē condidit ⁊ hoſtiuꝫ ſpolijs exornauit. Vita functus duos filios reliquit regni ſucceſſores. qui diſcordia laborātes effecerunt ne parthorum imperium rurſus poſſet emergere.

Paulus venetus



PAulus venetus eremitarū diui Aug. Et ipſe theologoꝝ ⁊ phoꝝ princeps. nec nō ⁊ diſputator acerrim⁹. Hoc ipo tpe in vniuerſa ytalia nominatiſſimus habitus eſt. eo q cūctos dialeticos phos. ac ſue etatis theologos ſine cōtrouerſia ſupauerit. ac etiam tanq alter apollo poſt ſe futuros phos ſue ſapientie lacte nutriuerit. qui niſi matura morte ꝓuentus fuiſſet. oēs anteceſſores ſuo ingenio ſuiſq ſcriptis ſupaſſet. Attn̄ in iuuētute ſup libros Areſto. cōmētaria ſcripſit. Et ſummā in phīa. logicā breuē. Summulā de naturalibus. atq cōtra cecitatem iudeoꝝ tractatum edidit. Sermones multos ad clerum. Tandem iuuenis ſatis moriens in ſacriſtia ſui ordinis ſepulcro marmoreo ſepelitur.

BArtholome⁹ de vrbino ipius eremitarū ordinis diligētiſſimus doctor. ⁊ vrbinatus eps̄ hoc ipo tpe clarus effulſit. Qui ⁊ ſi multa ediderit in primis auguſtini atq ambroſij ſingula dicta in alphabetum redegit. Et op⁹ Millelo quiū cōi vocabulo appellauit. Aliud quoq de ſpūali bello.

IOrdanis itē alemanus eruditus theologus ob ipi⁹ doctrinā ⁊ multaꝝ antiqtatū indagatōnē magno in precio fuit. Qui inter cetera pulcrū quadrageſimale edidit. Apocalipſimq pulcre explanauit.

IAcobus eꝫ ordinis heremitaꝝ theologus natione toletanus hiſdē tꝑibus floruit. Et vniuerſaꝫ fermē ſcripturā ſacram cōplanauit. ⁊ Sophologiū cōpoſuit ꝑcellentiſſimū ad diuinā ſapientiaꝫ perqrendaꝫ ſuaſoriū. Quod quidem volumen quanti faciēdum ſit multis epigrāmatibus declaratur.

VErona clariſſima ac vetuſtiſſima ytalie ciuitas. anno. 1405. ſexto kal. iulij (a carrarienſib⁹ occupata ⁊ peſſundata) in venetoꝝ tūc manus concedente ioanne maria vicecomite mediolani duce. ꝑ franciſcuꝫ ganzagam. ⁊ iacobum fermē. ⁊ paulum ſenellum patriciū romanū deuenit. Et nūc vſq cū magno augmēto ipſius permanſit.

PIſe item potentiſſima ac ſuperbiſſima etrurie ciuitas florentini populi emula. hoc anno duriſſima obſidione ⁊ acerrimo bello domita in ipſius populi florentini ditionē poteſtatemq deuenit. Impetu enim facto florentinos vrbe eiecere. ⁊ ipam in libertatem reduxere. Florentini ignominiā non ferentes. bellū piſanis intulerunt implacabile. Et cōmeatibus vndiq interclusis vrbem acerrime obſiderunt. quam poſt aliquot menſes fama crudeliſſima laborantem. prodente eam ioanne gambacurta iugum ab integro ſuſcipere coegerunt.

Patauiū magne potētie ac ſplendoris ciuitas anno dñi. M.cccvi. obſidione a venetis oppreſſa in venetoꝝ manus deuenit. Franciſcus eñi iunior carrari⁹ frāciſci ſenioris filius cū in vicētinos exercitū duxit. Cui ſtatim venetoꝝ dux ꝛ ſenatus tybicinē mittens rogat ne vicētinos vectigales bello attingat alioqñ ſenatū venetū haberet inimicū. Sȝ frāciſcus durius crudeſcere cepit. Indignati veneti cū frāciſco ganzaga fedus ꝑcutientes generalē ducē ꝯ eū conſtituerūt. p̄mo veronā cepit ꝯcedēte mediolanenſi ducissa. Et capto iacobo carrarienſi vinctū venetias tranſmiſit. Inde in patauiū exercitū ducēs p⁹ aliqs mēſes cū fama oppſſa eēt. et peſte grauiſſima ꝛ cōtinuis oppugnationibus. galeacius ganzaga franciſci frater ignorante carrario ꝑ portā ſancte crucis ſibi a ciuibus apertā copias introduxit. Et caſu carrariū repe riens. vbi cōuenerūt. vt galeazio caſtri dominio ꝯceſſo. ipſe carrarius ad ſenatū ꝑ miſericordia impetranda cōmigraret. Et ſi qͥ volebat impetraſſet. Ciuitas ipi⁹ eſſet. Sin aūt regrediēs ī priſtino ſtatu reſtitueretur. Ideo carrarius cū franciſco tercio filio ad ſenatū ī veſte humili acceſſit. a q̄ nullā grām ꝓmeruit. ſꝫ obiurgationibus mulctatus. ī carcerē cū filio recludi iubet. Et ſtatim miſſis cōmiſſarijs ciuitas noīe ſenatus occupata ē. Que res galeatio moleſtiſſima fuit. Frāciſcus poſtmodū ſtrangulat⁹. fili⁹ q̄ mortis genere perierit dubiū. Supfuerāt eius duo filij Obertinus ꝛ Marſili⁹ q̄ añ captiuitatē vrbis ad etruſcos ꝯfugerāt. At ſic eo anno q̄rto kal. decēbris veneti patauiū obtinuere. Et due potentiſſime ac illuſtriſſime familie. ſ. Scaligeroꝝ ꝛ Carrarienſiū ꝓpter eoꝝ diſſenſiones ſue diuturnitatis ꝛ potentie. vno q̄ſi tpe finē acceperūt. Qui in verona ꝛ patauio ꝑ annos multos maxima cū gloria imperij ſceptra tenuerūt. ac ſic veneti plurimas ciuitates obtinuerūt. ꝛ eorum nomen ſupra modum excreuit.

Ordo monachorum montis oliueti



ORdo monachoꝝ alboꝝ. qui mōtis oliueti ordo nūcupaᷣ. Huius ſciſmatis tpibus in ſenēſi agro a qbuſdam nobiliſſimis ſenēſibus initiū ſumpſit. Multi nāqꝫ clariſſimi ſenenſes qs ſciſmatū ꝛ bellicaꝝ tedebat ꝑturbatio. ſpūſſancti grā inſpirati. vrbe vno animo egreſſi. nō longe in montē q̄ oliuetus dictus acceſſere. vbi ī vnū congregati. Et a curis mūdialibus ſemoti. tāqꝫ eremite deuotiſſimi deo in orōnibus ꝛ vigilijs ac crebris ieiunijs deſuire ceperūt. Quoꝝ exemplo multi nobiles ꝛ adoleſcētes permoti. deſiderio celeſtis pr̄ie ad eoſdē cōfluxere. Quāobrē incredibili feruore in dei ſuitio excreſcere ceperūt. Quoꝝ fama cū ad pōtificē ꝑueniſſet principaliores ad ſe romā vocauit. Et eoꝝ viuendi ꝓpoſitū diligenti examinatōne intelligere voluit. Cognitiſqꝫ eoꝝ votis. Exclamauit dicēs. hāc plantationē eſſe diuinā. nō humani cōſilij. Exhilaratuſqꝫ pontifex illoꝝ vitā ꝛ modū viuendi. ſicut eorum priuilegijs ꝯſtare dicit. ꝯlibentiſſime comprobauit. Et vt id diuinū opus ſceptū ſtabilitatē ſuſciperet ſtatim albū habitū ad diue v̄ginis marie reuerentiā cū regula beatiſſimi b̄ndicti eiſdē contulit. Quas maximis ꝑuilegijs ꝛ gratijs cōmunieēs inter mōchos diui b̄ndicti annūerauit. ꝛ inſta mōſteria icolēda ꝯceſſit.

ORdo nouus mendicātiū ſub diui hieronimi titulo. ꝑſulante Innocētio ſeptimo pōtificē nup deſuncto ex tercio ordīe ſeraphici franciſci. a q̄dā Redo noīe mōtis granelli comite apud feſulanā ethrurie vrbē primo excitatus ē. Ei⁹ aūt coadiutor ꝭ in ſctō opere Gualterus marſus fuit. Et hi duo mire ſanctitatis ꝛ integritatis viri huiuſce regularis obſuātie ꝛ diſcipline fundatores ꝛ auctores fuere. Et ſanctiſſimis inſtitutis cū doctrina atqꝫ exemplo mirū in modū erexere. Quē q̄dē ordinē gregorius. xij. iſte priuilegijs approbās ſb regula btiſſimi pr̄is Aug. quo ad vota principalia aplica auctoritate ꝯfirmauit. Eugenius deinde q̄rtus vir vtiqꝫ religioſiſſimus ꝛ ipſe eadē auctoritate additis alijs priuilegijs mendicantium iterū approbauit ꝛ confirmauit. Eiſdem aūt in memoriā priſtine tercij ordinis religionis habitū griſeam tunicam cum clamide ſimiliter griſea pro habitu conceſſit.

ORdo alius canonicus celeſtini habit⁹ cōgregatōnis ſancti georij de alga apud venetias hiſdē tpib⁹ a religioſiſſimo viro poſtea p̄triarcha laurentio iuſtiniano atqꝫ alijs religioſis primum incredibili fauore ꝛ q̄dā auſteritate initiū ſumpſit. Quā cōgregationē Gregorius p̄dictus qbuſdā cōſtitutionibus ſibi datis ſb prima bti petri regula ꝯfirmauit. Que ſtatim egregijs viris ac doctiſſimis valde creuit. Quorum de numero Antonius Corarius Gregorij pontificis nepos. inde hoſtienſis cardinalis. Et gabriel poſtea Eugeni⁹ q̄rt⁹. Qui mōaſteriū a ꝑncipio p̄ma hereditate plīmū āpliauit ꝛ exornauit. Fuere ꝛ alij ea ī ꝯgregatōe ſucceſſores vita ꝛ morib⁹ p̄clariſſimi. Qui religiōē doctrina atqꝫ optimis exēplis ꝑ virili ſua illuſtrarūt. Marin⁹ quirin⁹ egregius. ꝛ mapha⁹ cōtaren⁹ venet⁹ poſtea p̄triarcha. ꝛ alij complurimi.

# De hereſi huſſitarum et eius origine

Johannes wicleff



Perfida huſſitaꝝ inſania que ſub rege wentzeſlao etatis ſue anno q̃nquageſimo ortũ habuit. His temporibus germanos catholicos crudelem ĩmodum armis vexare cepit. cuius originem ⁊ ꝓgreſſum hoc loco ꝓſequi animus eſt. qm̃ ea peſtis cũ pene totam germaniã conturbauit neq; adhuc extĩcta regni bohemici magnam partẽ occupat. Rexerant ſcolaꝫ pragenſeꝫ primo theutoneſ id moleſtiſſimũ bohemis fuit hominibus natura ferocibus atꝫ indomit[is]. Ex q̃bus vir q̃dã genere nobil' ex domo quã putridiſtis vocant apud oxoniã anglie ciuitatem lr̃is inſtructus. cũ iohannis wicleffi libros offendiſſet quibus de realibus vniuerſalibus titulus inſcribit' magnope illis oblectabat' exemplaria ſecum attulit. inter que de ciuili dño. de eccleſia. de diuerſis queſtionibus contra clerum. pleraq; volumina veluti precioſum theſaurũ patrie ſue intulit. imbutus iam ipſe wicleſiſtarũ veneno ⁊ ad nocẽdũ parat' virus in ciues euomuit. Comodauit aũt ſcripta que attulerat. his potiſſime qui theutonicoꝝ odio tenebant'. inter quos iohannes emicuit obſcuro loco natus. ex villa hus quod anſerẽ ſignificat cognomentũ mutuatus. Hic cum eſſet ingenio peracri ⁊ lingua diſerta multũq; dialecticis oblectaret' ⁊ peregrinas opiniones amaret auide admodum wicleſiſtaruꝫ doctrinam arripuit eaq; theutonicos magiſtros vexare cepit ſperans eo modo confuſos theutones ſcolã relicturos. Quod cũ non ſuccederet a rege impetrarunt vt pragenſe gymnaſium ritu pariſienſis gubernaret'. Ea res magiſtratũ ſcole theutonib' abſtulit. Quam ob cauſam cõmoti magiſtri ac diſcipuli theutonici generis iureiurãdo adacti vno die ſupra duo milia pragã reliquere. nec diu poſt circit' tria milia ſecuti apud liptzk miſne ciuitatẽ triũ dierum itinere a praga diſtantem vniuerſale ſtudiũ erexere. quod ab alexandro pontifice priuilegijs munitũ ac confirmatum fuit. ⁊ ꝑ illuſtres duces ſaxonie dotatũ ac ſtructuris exornatum. a quo liptzk in cunct[is] augmẽtũ ſenſit. Bohemis ſcole ſue gubernatio libera patuit. q̃ꝝ princeps habit' eſt iohannes hus lingua potens ⁊ mundioris vite clarus. qui vbi ſatis fidei cõpactum ſibi exiſtimauit venenũ quod iam pridem occulte conceperat palam euomuit. multa de libris wicleffi in mediũ attulit aſſerẽs in eis omnem veritatẽ ꝯtineri. adijciẽſq; crebro inter ꝑdicandũ ſe poſtq̃ ex hac luce migraret in ea loca proficiſci cupere ad que wicleffi anima perueniſſet. quem virũ fuiſſe bonum celoq; dignũ non dubitaret. Verũ in lundano quadraginta quatuor articuli in eius libris reperti ab archiepõ cantuarienſi ⁊ alijs epĩs ⁊ doctis viris condẽnati. wicleff exhumatus corpus cõbuſtum fuit. Sequebant' tamen iohannem cleri ferme omnes ere alieno grauati ſceleribus inſignes ⁊ ab eccĩa catholica recedentes ipſam valdenſiũ ſectã ⁊ inſaniaꝫ amplexi ſunt. Huius peſtifere ac iam pridem damnate factionis dogmata ſunt. Romanũ preſulem reliquis epiſcopis parem eſſe. Purgatoriuꝫ ignẽ nullum inueniri. Vanum eſſe orare pro mortuis ⁊ auaricie ſacerdotalis inuentuꝫ. Dei ac ſanctos imagines delendas. Mẽdicantiũ religiones malos demones inueniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere ſola contentos elemoſina. Auricularem cõfeſſionẽ nugacem eſſe. Sufficere ſua queq; deo in cubili ſuo confiteri peccata. Cymiteriorum inanem vſum. Sacerdotẽ quocũq; loco ſacruꝫ xp̃i corpus ꝯficere. In canonicis horis fruſtra tp̃a teri. Ieiunijs ab eccleſia inſtitutis nihil ineſſe meriti. atq; alios pleroſq; errores edixere. Sed attulit nouam peſtem petrus dreſenſis. id eſt oppidũ miſne ſuper albim ſitum. qui apud eccleſiaꝫ ſancti michaelis populũ predicãdo inſtruebat. iacobellũ miſneñ. aggreſſus mirare ait doctum virũ errorem aliũ nõ animaduertiſſe. cõmunionis eucariſtie in qua ſb̃ vna tm̃ ſpecie dñicum corpus miniſtratur. cũ apud iohannẽ euangeliſtaꝫ ⁊ apoſtolũ xp̃i ſub duplici ſpecie panis ⁊ vini ſummi debere videat'. Cõmotus his iacobellus in vetuſtis codicibus dyoniſij ꝑſertim ⁊ cypriani cõmunionẽ calicis laudatã inueniſſet publice cõmouere populũ cepit ne cõmunionẽ calicis quoquo pacto negligerent. Huic heritici conſenſere haud modica geſcientes leticia quod articulum inueniſſent in euangelica lege fundatũ. Inde varia attemptata fuerunt vſq; ad conciliũ conſtantienſe ſine fructu Apud eñ glatouiam nobile monaſterium fratrũ predicatoꝝ extra menia oppidi ſitũ a fundamentis deiecunt. eaq; prima eccleſiarũ ruina in huſſitarum nouitate facta. decurrit' in eccleſias monaſteriaq; paſſim nobiliſſima ſuperis dicata templa. ferro atq; igne vaſtant'. Per idem ferme tempus ſurrexit ⁊ alius pſeudo ſacerdos apud pragam iohannes quidã ex ordine premonſtratenſium ipſius monachus ⁊ in om̃e ſcelus audax. cũ neq; bene ſapere videret' monaſteriũ carmelitarum inuaſit. Sophia interim anxia quo pacto tueret' crebris nuncijs ac litteris ſigiſmundũ vocare. vicinorum auxilia petere atq; in omnes partes mentem dirigere. Sigiſmundum malo vſum conſilio in turchos qui ſe iam prius caſtris exuerant arma prius mouere quã bohemiam petere libido inceſſit. ꝙ ſi mox exercitum pragam duxiſſet anteq; vires hereticorum coaluiſſent nunq̃ ea incendia germaniam exuriſſent. At ille cũ turchos laceſſere parat bohemiam amiſit ⁊ hungariã non defendit. Ea propter cũ ſerũ eſſet eius auxilium regina ex theſauro regio copias cõparauit. arcem firmauit. pugnatũq; deinde die noctuq; quinq; diebus ſeuiſſimis auſis. multi vtriq; ceſi. pretoriũ incendio deletũ ac magnifice domus exuſte.

NACIONAL ... TORIBIO MEDINA

Anno mundi.6609. Anno xpi.1410.

Linea ſūmoꝝ pontificum

Johānes vigeſimuſterci⁹



Martinus quintus



Johannes eius nomis vigeſimuſtercius papa. patria neapolitanus ꝛ nobilis. Baldeſar cognomento coſſa antea vocatus. ſancti euſtachij dyaconus cardinalis hoc anno p̄dicto alexandro mortuo bononie pontifex creatus. ſedit annis.4.menſes.x. Sunt qui ſcribant id factū violenter eſſe. cꝫ ꝛ legatus bononienſis eſſet ꝛ armatos milites tū in vrbe tū in agris p ſtatione habuerat. vt ſi p̄cario id obtinere nō poſſet minis ꝛ armis tandē conſequeretur. Cum multi p̄ducti fuerunt neminē approbare voluit. date inquit mihi petri clamidē ego eam dabo pontifici. Ille pallium humeris ſuis imponens. papa aūt ego ſum. id cꝫuis patribus diſplicuiſſet. vtcūqꝫ eſt. conſtat eum pontificem creatū fuiſſe ad eamqꝫ dignitatē ſemp aſpiraſſe. Erat aūt hic pontificij ꝛ ciuilis iuriū peritiſſimus. vir in temporalibus quidē magnus. in ſpiritualibus nullus omnino atꝫ ineptus. ꝛ rerꝫ gerendarū experientia magiſqꝫ vite ſanctimonia preditus. Qui ſuſcepto pontificatu dies aliquot bononie cōmoratus. ꝛ poſtmodum romā p̄fectus eſt. fuerat eīm illa prius aliquanto de manibus extorta ladiſlai. Iter eius per agrum florentinū ꝛ ſenenſem ad inferū mare. inde p tarquinatem ad vrbē fuit. poſt hec apparatus facti. miſſeqꝫ aduerſus ladiſlaum copie. duces militie erant paulus vrſus ꝛ Sfortia. Verū ſequenti anno iterato iohannē bello vexare cepit. Ideo pontifex timore correptus florentiā primo. poſtmodum bononiam venit. ꝛ nō ita multo poſt mantuā ad Johannem franciſcū gonzagam p̄fectus eſt. ibidemqꝫ ꝛ laude ꝛ cremone cū ſigiſmundo ceſare de pellendo ladiſlao qui romā ꝛ multa eccleſie oppida occupauerat conuentū habuit. Inde ad conciliū Johannes omniū nationū conſenſu citatus ad tollendū ſciſma duos cardinales in germaniā miſit. qui vna cum principibus gallice ꝛ germanice nationis locū ydoneum deligerent. Conſtantia igiꝛ germanie vrbs ydonea eſt viſa Eo p̄ficiſcunꝛ omnes. ꝛ iohannes pontifex admonentibus quibuſdā ne id faceret. eo tamen profectus. Verū ſuppuentente ſigiſmundo multa crimina pontifici obiecta ſunt. quoꝝ cauſa mutato habitu familiaqꝫ clanculū noctu fugiens. Cū iam amplius quatuor menſibus in concilio fuiſſet ſchaffhuſen abijt burgundiā petere feſtinans. iuſſu friderici ducis p viam retentus imperatori tradiꝛ ꝛ in inſula ſancti marci in carcerē conijcitur. Cauſam fuge concilium diſquirere tum cepit. ad quadraginta exinde capitula contra eū probata ſunt. merito e pontificatu deiectus. ad ludouicū igiꝛ bauarie ducem miſſus in haidelberga triennio aſſeruatus eſt. Tandē eo in concilio martinus pontifex ſurrogatus dū apud florentiā exiſteret ꝛ a coſma de medicis ciue florentino rogareꝛ iohannē a carceribus liberauit. Cū ad martinū venit ſeſe pedibus martini ſubijciens eū vt pontificem verū ꝛ vnicū recognouit. Martinus ea hūilitate cōmotus. primus cardinalis efficiꝛ tuſculan⁹. Nec annū integrū ſupſtes florentie e vita migrauit. vbi ꝛ a coſmo medice amiciſſimo ſuo honorificentiſſimo ſepulchro in diui Johannis baptiſte templo magna adhibita funeris pompa ſepultus eſt.

Anno mundi.6616. Anno xpi.1417.

Martinus quintus papa. patria romanus. otto cognomento colūna prius vocatus. Ex illuſtri colūnenſium familia natus hoc anno in celebritate ſancti martini ep̄i ex cardinali dyacono in conſtantinſi cōcilio nationū omniū ꝛ cardinaliū conſenſu pontifex creatur. Is eīm a teneris annis cura parentū moribus et litteris imbutus. vbi adoleuiſſet iuri pontificio peruſij operam dedit. vnde ad vrbem rediens ob integritatem ꝛ doctrinam vrbani ſexti referendarius factus. Inde diaconus cardinalis ab innocentio ſeptimo creatus. humanior factus patrocinū ſuum omnibus preſtabat. In conuentu conſtantienſi cū multe in vtrāqꝫ partem altercationes habereꝛ ip̄e mediū quoddam tenuit cōmuni vtilitati ſemp conſulens. Hanc ob rem et imperatori ſigiſmundo ꝛ cardinalibus omnibus gratus. Qui in pontificatu conſtitutus nō ſomno ꝛ ocio ſed negocio ꝛ ſollicitudini deditus oīa ad rē pertinētia miro p̄fecit modo. Vir antea nequaqꝫ ſagax exiſtimatus ſed benignus. In pontificatu tū ita opinionē de ſe prius habitā redarguit vt ſagacitas quidē in eo ſumma. benignitas vō non ſupflua neqꝫ minima repertireꝛ. Peracto demū concilio reuerſus p fines mediolaneñ. Mantuanoꝝ ferrarienſiū rauennatū florentiā venit. bononiā vitans que ſe per id tp̄s in libertatē vendicarat. florentie vō biennū fere reſedit ꝑopportuno loco ad rē eccleſie componendā. Nā ꝛ cū bractio q̄ eccleſe oppida ꝑmulta occuparat oppitulantibus florentinis concordiā fecit. Illiuſqꝫ poſt hec fretus opa bononiam redegit in ſuā poteſtatē. ꝛ ceteras vrbes vbiqꝫ recepit. ex quo eius plurimū creuit auctoritas. florentiā tandē abiens ciuitatem metropolitano honore exornauit romā deſideratus p̄uenit. vniuerſa vrbe eidem obuiā effuſa. que eū nō ſecus ac patrie parentē expectabat. quā adeo vaſtatā inuenit vt nullā ciuitatis faciē habere videbaꝛ. Quā ob rē pontifex pietate cōmotus ad eā exornandā cōponēdoſqꝫ mores ita animū adiecit vt breui ꝯualeſcens meliorē faciē p ſe tulerit. plura in vrbe reſtituit. Hic aūt vir in omni vita integer Demū pontificatus ſui anno quarto menſe tercio rome apoplexia moriꝛ. etatis ſue anno ſexageſimotercio. Sepeliꝛ qꝫ eius mandato in baſilica conſtantiana ante capita ap̄loꝝ ſepulchro eneo. comitante populo ro. et clero hō aliter flēte qꝫ ſi eccia dei ſi vrbs roma vnico atꝫ optimo p̄nte orbata fuiſſꝫ. vacat tū ſedes dies. xij.

Linea imperatoꝝ
Sigiſmundus



Sigiſmundus caroli quarti romanoꝝ īpatoris filius. natione bohem⁹ origine teutbonicus hungarie ꝛ bohemie rex. defuncto rupto romanoꝝ rege anno ſalutis M.cccc.x. franckfordie ab electoribus ceſar electus eſt. vir quidem ſtrennuus ꝛ ad omnia pagenda ꝓmptuoſiſſimus. princeps ſingulari prudētia. magnitudine animi. benificentia ꝛ liberalitate inſignis. corporis quoq̃ maieſtate ac decore illuſtris. Erat eñ p̄clara facie. inclitus ſpecioſo atq̃ robuſto corpore magnitudineq̃ animi ſiue pace ſiue bello eximius ac in erogando ꝓfuſus. Js ſuſcepto reg̃ ſtat cū comitatu maxio vniuerſam ferme ciſalpinā galliā ſedādi belli cauſa percurrit. Et cū multa eius egregia facinora memorie prodita ſunt. Inter que illud p̄clariſſimū q̄ eccleſiam catholicā in tres partes diuiſam coacto apud conſtantiā generali concilio ad vnitatē redegit. Italiā. galliam. hiſpaniā angliam eius rei cauſa pagrans vt erat xp̄ianiſſimus cū totā xp̄ianam rempublicā ꝓpter ſciſmata lebefactatā conſpiceret omniū nationū conſenſu ꝯſtantie concilium indixit. vbi iohanne p̄dicto. gregorio. xij. ꝛ benedicto nono pontificib⁹ abrogatis. electoq̃ martino quinto vniuerſam rempublicā xp̄ianam ſua induſtria ſuoq̃ maximo labore cōponere ſtuduit. Mores etiā ſecularium q̃ꝫ clericoꝝ (nimia iam licentia labefactos) ſuo hortatu ꝛ virtute in meliorem reduxit formā. Vitoldo lituanie duci vt ſe regem appellaret miſſa corona indulſit. prius tamen ille vita deceſſit q̃ꝫ ſolennia coronationis expleret. Pruſſiam quā rex polonie fratrib⁹ beate marie teutonicoꝝ armis ademerat reſtitui iuſſit. wentzeſlaū bohemie regē germanū ſuū q̄ regno inutilis eſſet cōiecit in vincula. q̄uis negligenter cuſtoditum magno reipublice malo quidā bohemi e carceribus ſurripuerunt. Ceterū bello prorſus inſelix. quem nō turchi dumtaxat ſed bohemi ſepe acie fuderunt. Vxor ei prima fuit maria ludouici regis filia cū qua regnū accepit. Illius cauſa duos ꝛ triginta regulos in hungaria primarios qui aliq̃n rebellaſſent gladio percuſſit. Ob quā rem ꝛ paulo poſt regina fatis functa in vincula coniectus eſt. mulieriq̃ꝫ vidue cuius virū interfecerat in cuſtodiam traditus donec regni ꝓceres ſuppliciū decernerent ſed nō defuit capto in extremis rebus ꝓuidentia. q̄ vt erat facundia preditus ꝛ potens mulieri longe melius eſſe oſtendit regiū ſanguinē conſeruare q̃ꝫ fundere. dimiſſus ab ea barbarā comitis cilie filiam duxit vxorem. nec diu poſtea comparatis auxilijs regnū vendicauit. de ꝓditoribus ſuppliciū ſumpſit. mulieris vidue filios ꝛ honoribus ꝛ opib⁹ inter primos regni ꝓceres cumulauit. Bohemia poſt multas calamitates vix tandem potitus eſt. Alberto duci auſtrie generi ſuo morauiam ne defenſore careret dona dedit. Cū filiā elizabeth ex barbara natā ei in matrimoniū copulauit. Marchiam brandeburgenſem Friderico burggrauio nurmbergenſi dono dedit. Varia aūt fortuna annos ſupra quinquaginta regnauit. In ſenium deniq̃ꝫ ꝑductus iterato in italiā venit. ad coronā auguſtalē obtinendam. ex germania in lombardiam veniēs mediolanū ingreſſus. inde ꝑ ethruriā ad ſenēſes trāſijt. a q̄b⁹ honorificentiſſime excep⁹ apd eos aliquod menſes exegit. Inde ad Eugeniū pontificē romā ſe conferens ab eo coronā imperij accepit. Tādem romā abiens ariminū petijt. Deinde ꝑ ferrarienſem agrū iter faciens mantuā ꝑuenit. vbi aliquot immoratus dies Jo. franciſcū gonzagā mantue dñm marchionali dignitate inſigniuit. Demū cum venetis pace facta alpes ꝑtranſiuit ꝛ baſileā petijt. diſſidioq̃ꝫ patrū quod tunc erat cū Eugenio ad tēpus ſedato. vlmam ſe contulerat. Hic audita thaboritaꝝ orphanorūq̃ꝫ cede legatos in bohemiā mittit. hortaꝰ regni quietē. Illi magno numero apud ratiſponā cū conueniunt regēq̃ꝫ ſuū ſalutant. Exinde poſcentibus hungaris nauibus ꝑ danubiū vectus budam petijt. vbi reformato rerum ſtatu vocatis ad ſe bohemoꝝ principibus in albo regali. lx. milia nūmū inter eos diſtribuit. dicta die qua vellet bohemiā ingredi nec moratus iglauiam venit. vbi conſilio cū bohemis habito legatoꝝ geſta comprobauit. His compoſitis Sigiſmundus imperator. ix. kal. ſeptembris anno. vi. ꝛ. xxx. ſupra milleſimū ꝛ quadringenteſimū ab ortu ſaluatoris pragam venit. qui paulo ante hoſtis cenſebaꝰ extremis honoribus exceptus eſt. barones ac ciuitates irruerunt. ꝛ magiſtratus quos ipe conſtituit acceperunt. Redierunt tunc mendicātes ꝛ monaſteriorum abbates. Jamq̃ꝫ reges et populiq̃ꝫ xp̄iani de recupato regno congratulabanꝰ. Eugenius quoq̃ꝫ pōtifex maximus aureā roſam indicē ſue lenitie ad eū miſit. Egrotare interea Sigiſmundus cepit. exaugēte morbo ſenectutis incomodū. Barbara īperatrix de retinēdo imperio ſollicita nobiliores ad ſe vocat. Mulier iā anus nouū coniugiū mente complexa filiā ex animo dimouet. Non latuerunt imperatorē furentis femine excogitatus. in Morauiā ſe vehi iuſſit viſurū filiā anteq̃ꝫ vita excederet. Illa cū viro Alberto ad eum in ciuitatē venit quā znoymā vocant. Albertū ſucceſſorē ſuū nominat. hungarie ac bohemie primores rogat vt ſupremā ſuā voluntatē exequāꝰ. Regna quibus prefuerat genero vltima voluntate reliquit dicens beatū id regnū cui Albertus imperauerit. Supremis ordinatis inter amicorū manus defecit. Corpus eius in Varadino vt in vltima voluntate placuerat ſepultū.

BIBL BIBLIOTE „JOSE TORI

# Expeditio in Bohemos hereticos facta temporibus Sigiſmundi

Martinus pontifex maximꝰ vbi armatam hereſim creſcere indies animaduertit priuſq amplius inualeſceret cardinalem vintonienſem natione anglicū regia ſtirpe natū in germaniā proficiſci iuſſit. qui cōtra bohemicam labem in arma concurrerēt. Cui ⁊ imperator adiumento fuit. Inſtituti ſunt tres exercitus Saxonie duces. ⁊ quos vocant ſtangnales ciuitates in primis militauere. Scōm ex franconibus conſtitutum marchio brandeburgenſis ductauit. Tercio pfuit otto treuerenſis archieps. quez renenſes ſecuti ſunt Baioarij quoq ⁊ ciuitates ſueuoꝝ imperiales ingreſſi bohemiā tribus locis. ſiluā penetrauere. iuncti ſil' caſtrametati ſunt. Sed cū heretici collecto raptim milite in eos ꝓperare nunciaret nō viſum hoſtē fugerunt Nō dum cardinalis exercitus affuerat fugientibus occurrens magnis pcibus vt redirent in hoſtē hortat. quod cū fruſtra niteret vix ſiluā egreſſi ſupuenientes bohemi poſtremū agmen laceſſere ceperūt. facta ē pfuſior fuga. machinis quoq bellicis potiti ſunt. Exin miſniā populati. Cū frāconiā redirent ne brandeburgenſem agrū nurmbergenſemq vaſtarent pecunia placati diuitē exercitū reduxere. Sigiſmundus his cognitis nurmbergā pfectus noua principū auxilia cōparat. Martinus quoq pontifex maximus Julianū cardinalem ſancti angeli lrīs ac moribus excellentem cū ea legatione in teutboniā mittit vt bohemis bellū inferat. ⁊ aduenientē tpe in baſilienſi ꝯcilio quod ꝓpe diē futurū erat noīe aplīco pſideat. Is germaniā ingreſſus mox nurmbergā ad Sigiſmundū ſe confert. quo in loco frequentes germanoꝝ principes conuenerant. decreta eſt noua in bohemos expeditio ad octauū kal'. iulij. Dux belli fridericus marchio brandeburgenſis declaratus. qui cardinalem ſequeret. Ingreſſus bohemiā in comitatu cardinalis. iohannes ⁊ albertus principes brādeburgenſes cū patre. Herbipolen̄. babenbergen̄. ⁊ eyſteten̄. epi. ⁊ imperialiū ciuitatum magiſtratus. Treueren̄. ⁊ colonien̄. antiſtites auxilia miſerant. ⁊ cū his ꝓuinciaꝝ ſuaꝝ primores ſupra. xl. milia equitū fuiſſe tradunt. Ingreſſus cardinalis numeroſum exercitū ducens multas villas oppidaq hereticoꝝ diripuit. Bohemi qui iāpridē hoſtē affuturū acceperant. expeditas in armis legiones coegerāt. Interea ſiue ꝓditio in exercitu fideliū fuit (qd plurimi putauere) ſiue maius ſua ſponte metes hoīm pauor inuaſit totis caſtris trepidatū ē. ⁊ priuſq hoſtis vllus in ꝯſpectu daret fediſſima capta fuga. mirat iulianus vnde hic timor. Suaderet vt forti aīo hoſtē expectarēt. ſ fruſtra apud eos cohortatio fuit. ſublata ſunt raptim ſigna ⁊ rapido curſu fugā maturauere. Hoſtis poſtea ex metu alieno ingenti pda potitꝰ ē. Albertꝰ auſtrie dux cū accepiſſet bohemiā intraſſe cardinalē raptim ex auſtria copijs in hereticos duxit. ſ fuga cognita ꝑ morauiā que nō dū ei parebat infeſta ſigna circūferens. 500. villas ferro ⁊ igne deleuit. oppida vi cepit mortaliū. maximā cedē fecit. adeoq gentē illā afflixit vt iugū eius accipiens parere ſibi ea lege promiſerat vt circa religionē id ſequi teneret qd baſilienſe conciliū decerneret. Exactus in bohemia legatus baſileaz ſe contulit ibiq concilium celebrauit.

## Ordo nouꝰ canonicoꝝ regulariū ⁊ congregatio ſancte Juſtine ⁊ Hieronimi



Ordo nouus canonicoꝝ regulariū apud ciburtiaz in lucēſi agro monaſterio friſonarie initiū ſumpſit a loco friſonaria dicta. deinde ab eugenio aucta lateranēſis appellata eſt. ⁊ ſpeciali priuilegio canonicis regularibus btī auguſtini aggregauit. Hi a primo eoꝝ auctore clamidē nigrā cū nigro ſcapulari biretoq nigro ſumpſere. ⁊ albo ſcapulari depoſito camiſeā lineā eius loco induere voluerunt. quā ob rē vulgo fratres de la camiſia ꝯgnominauit. Habuerunt aūt viros plurimos omni doctrina ⁊ eloquentia ⁊ ſanctimonia celebres.

Congregatio etiā ſcti benedicti que ſctē iuſtine nūcupat hac tempeſtate in ꝓuincia taruiſana apud patauinā vrbē in monaſterio ſctē iuſtine primo ꝑ ludouicū barbū patriciū venetū initiū ſeu reformationē accepit ⁊ ad viā veritatis reduxit ⁊ ad regularē obſeruantiā ꝓduxit. que congregatio viris pſtantiſſimis ⁊ locis boniſq tā tpalibus q ſpūalibus excreſcens. Eugenius quartus pōtifex eā maximis priuilegijs iuuit. deinde in ea innumerabiles viri nō modo iuriū ac ſacre theologie doctrina. ſed et eloquentia litterarum tam grecarū q latinarū ornatiſſimi fuerunt.

Ordo dniq monachoꝝ eremitaꝝ diui Iheronimi ⁊ iā patrū inſtitutis collapſus a venerabili viro lupo hiſpalenſi eius ordinis generali ꝓpoſito nouis inſtitutōnibus ex dictis beati iheronimi inſtauratus ē. quē martino pape obtulit ⁊ pontifex confirmauit. qui ſub regula beati Benedicti militant. ⁊ ipa ꝑ omnia viuūt. niſi q griſeo colore in indumentis ⁊ romano officio vtūtur. Magne opinionis in eccleſia dei exiſtit.

Allata erant Sigiſmundo ceſari ex hungaria aureoꝝ quadraginta milia. Cū iaꝫ adueſperaſceret. eaqꝫ in regia recōdita fuere. Cum cubitū eſſet ceſar. dū cogitat in quem nam vſum eam pecuniā conuertat. ſomnus eū deſtitit. tum ille excitatus cubicularijs. ite inquit ocius. conſiliarios duceſqꝫ militū huc accerſite. Vocati proceres media nocte trepidi. timebant eñ ne quid aduerſi accidiſſet. imperatorem celeriter adeūt et que cauſa ſit tam repentine vocationis inquirunt. Imperator confeſtim aperta archa inter eos qui aduenerant pecunia diſtributa. ite inquit iam ſecure tranquilleqꝫ nobis dormire licet. nā quod mihi ſomnū ademerat vobiſcum exit.

Concilium conſtancienſe



Concilium generale apud conſtantiam ſueuorū vrbē ad ſciſma tollendū quod nouē & triginta annis ꝑdurauerat Sigiſmundi ceſaris iuſſu & induſtria Anno dñi. 1414. congerit. in quo quinqꝫ aderant nationes. italica. gallica. germanica. hiſpanica. et anglica. Quicqd vo harū nationū ſuffragijs decernebat id ita ratū erat atqꝫ ꝑ ꝓconem aut ꝑ notarium publicum ꝓ curia enunciabat ſi omniū conſenſu poſtea confirmatum fuiſſet. Eo quoqꝫ ꝑfectus Johannes pontifex admonentibus tñ quibuſdā ne id faceret. ne cū pontifex accederet priuatus reuerteret. qḋ etiā contigit. Proficiſcens tñ cū viris quibuſdam in omni genere doctrine ꝓſtantibus diu multumqꝫ germanos diſputationibus incertos & ambiguos tenuit quod potiſſimū decernerent. Verū ſuguenientе ſigiſmundo factaqꝫ omnibus dicendi quod liberet poteſtate. pontificatu licet inuitus ſe abdicauit. Gregorius vo carolum malateſtā legatū mittens ſponte ſe abdicauit. Benedictus diſcuſſa aliqḋdiu re pontificatu tandem priuat. reiectiſqꝫ natōnibus que cū eo ſentiebant. In eodem quoqꝫ concilio nonnulle hereſes damnate. in quo de rebus bohemicis ſermo habitus patrū mentes ingenti cura confecit. voluentiū animo quo nā modo ꝓuincia ſanari poſſit. Condemnata eſt igit iohannis wicleff hereſis & duo ex ſectatoribus eius combuſti ſunt. iohannes hus & hieronimus eius diſcipulus tanqꝫ hereſiarche. Cūqꝫ ibi quadriēnio ferme ad tollendos ſciſmaticos & ad reſtituendam eccleſiam ac emendandos xp̄ianoꝝ mores multi prelati principeſqꝫ ꝯſtitiſſent. Tādem de eligendo nouo pontifice ſermo habitus eſt. Placuit ex vna quaqꝫ natione viros ſex deligi ꝓbatos. qui cū cardinalibus conclaue ingreſſi deligerent. Anno igit milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo. ſexto ydus nouembris conclaue ingreſſi. Conſentientibus cardinalibus duobus & triginta. nationibuſqꝫ omnibus ꝑter omniū opinionem cū iam quadriennio vero pontifice caruiſſet eccleſia. in celebritate beati martini Otto columna romanus diaconus cardinalis pontifex creat omniū leticia. Effuſus etiā nimio gaudio imperator Sigiſmūdus omnibus gratias egit. ante pontificem ꝓſtratus ſumma veneratione pedes exoſculatus eſt. quē ꝯtra pontifex amplexus non ſecus ac fratrē habuit gratias egit ꝙ ſua opa pax tandē eccle dei reddita eſſet. His geſtis cū per annū in concilio ꝯſtitiſſet & multa ad xp̄ianā religionem neceſſaria decreta fuiſſent. Tandē anno xp̄i. 1418. conciliū pontificis iperatoriſqꝫ iuſſu diſſolutū fuit & in pace abiere.

Jo. gerſon cancellarius pariſienſis



Johannes gerſon cancellarius pariſienſis denominatus hac tempeſtate floruit & in concilio conſtantiēſi nōnulla pro rege francie & alijs abſoluit. vir admodum doctus. theologus ſummus. pariſius ſacraꝝ lraꝝ chriſtianiſſimus doctor. qui ſcripta varia & libros a ſe editos eccleſie profuturos poſt ſe reliquit. Is tandem anno dñi M. cccc. xxix. ſuperos pecijt die. xij. iulij.

Caſpar ſlick cancellarius trium ceſarum



Caſpar ſlick dominus inter principes denominat⁹ matre italica ex comitibus alticollis agri taruiſini patre theutonico natus ex familia lazana ꝓuincia Frāconie. ingenio dextro. facūdia ſuaui. doctrine cultor. ad omnia genitus quecūqꝫ ageret. quem ſimul atqꝫ fortuna atqꝫ virtus extulit. vt quod erat prius inauditū triuꝫ ceſarum ſucceſſiue regnantiū cancellarie ꝓfuerit. Unius ex ducibus ſleſie filiā ſibi in matrimoniū tradere non recuſauerit. Sigiſmundus egram illi & cubitū & alia i frāconibus oppida dono dedit. Albertus in hungaria caleſium & albam eccleſiam. Fridericus in auſtria gretziū. Verſatile ꝑfecto ingeniū & nature bonitas ſingularis que inter tot imperatores moribus prorſus diſpares pari gratia viuere potuit. Huius amicicia vſus eneas pius epiſcopatum tergeſtinū. vnde reliqꝫ dignitates ꝑuenere conſecutus eſt. Mortuus eſt bohemie ex apoplexia & apud carmelitas cū coniuge ſepultus.

Constantia vrbs germanie non admodū magna ſ; opulenta atqꝫ formoſa eius ꝓpter menia. Rhenus lacu emergēs rurſus in alueū redit. Pons in eo ē qui ab ipſius vrbis porta ad germanos ꝑtinet. Altracꝫ pontē crebra edificia ſecus alterā fluuij ripā. Lacus aūt omniū amenisſimus eſt. multacꝫ caſtella ⁊ vicos vndequacꝫ ꝑ ripas habet. aqua nitida fundo glareoſo ac ꝑſpicuo. piſces fert varios quidē ⁊ multiplices. ſed pro tanta aquaꝝ magnitudine nō admodū copioſos. Viginti milia paſſuū in longitudine patet Latitudo alibi .x. alibi ad .xv. milia paſſuū extendit. Rhenus eñ curienſeꝫ ꝑcurrens agrū dū fines conſtā cienſiū attingit duos lacus facit. Venetū ſcilicet ⁊ acroniū vt veteres appellabant. inter quos conſtantia ſita. Hij nunc a loco ⁊ dominijs ſortiti nomīa. ſuperior conſtantienſis. ⁊ a caſtro ⁊ eiꝰ loci dominio de bodma lacus bodmer dictus. Inferior ab oppido dicto cella rudolffi cellacenſis denoīatur. In infima lacuſ ſuperioris parte conſtantia. De conſtantie vo antiquitate ⁊ origine ciues perpauci occurrunt vt in alijs vrbibus. qui vel aui ſui nomen ⁊ memoriā. nedū vrbis tenere vident. Si tamen diligentius ꝑſcruteris tabulam inuenies marmoreā vetuſtas lr̄am continentem. Ex quibus apparet a conſtantio conſtantini patre. q a diocleciano ⁊ maximiano ceſar dictus eſt hanc vrbē nomen cepiſſe cū prius vitudura nuncuparet. Hanc tabulā perpauci conſtantienſiū legere ſciunt. Tenetqꝫ vulgus opinio eſſe ſanctuariū quoddā ꝑcipue religionis. ita muliercule ⁊ cetera imperita turba fucandis per eā manibus ⁊ ad faciem refricandis. iam litteraſ pene totas ex tabula deleuerunt. cum tamen ibi ſcripta ſint non ſanctoꝝ chriſti ſed perſecutorū chriſtiane fidei nomina. Mores quocꝫ ⁊ inſtituta ciuitatis ſunt. Singulis annis vnus ex ciuibus ſuffragio creatur. apud quem ſumma poteſtas cum imperio ſit. Hic non publicis edibus ſ; in priuata domo ſua ⁊ conſueta habitat. Si quando per vrbē incedit lictores habet virgas manu ferentes. Cetero aūt habitu nihilo a reliquis differt ciuibus. Hic in caput vniuſcuiuſcꝫ animaduertendi poteſtatē hꝫ. Si de homicidio. de furto. de rapinis. de veneficio. de adulterio ac de ceteris criminibꝰ agat. aſtant in ꝯcilio hij quos ſibi ciuitas deputauit. rei ipſi in vinculis adducunt. ibi ⁊ accuſatoribus ⁊ defenſoribus dicendi contra reuꝫ. ⁊ pro reo fa



cultas daꝛ. Auditis omnibus in ſententiā itur. Si reus dānaretur lictores magiſtratus ſupplicio afficiunt Eodem ordine de ciuilibus cauſis cognoſcitꝛ apud hunc magiſtratū ⁊ eius conſiliū. quia liberā iudicādi poteſtatem habent. Oratoria facultas plurimū valet. Itacꝫ ſi qui diſerti reperiunꝛ hi aduocati in ciuilibus et criminalibus cauſis adducti. plurimū ⁊ gratia ⁊ dignitate in ciuitate poſſunt. Vniuerſa hec ciuitas in duo genera diuiſa eſt. Alij em̄ ſunt equeſtris generis. alij plebei. Plebei mercaturis ⁊ officinis intendunt. Equites veteribus patrimonijs contenti redditibus aluntꝛ. Equeſtrem dignitatē obſeruant. Si quis plebeiꝰ ditior factus ad equeſtrem locū ꝓuenire tentaret ei nullo modo licere putant. Nec nobilitas que in eo ꝓphanari. aut pollui dignitatem ſuā arbitratur hoc eū facere ꝓmittit. Ita per longa tempora vtercꝫ ordo in ſuis finibus conſiſtit. Cū equites ad mercaturas ⁊ ſolidiora munera declinare in turpiſſimis ſit. Plebeio autē ad equeſtrem dignitatē ſe attollere nullo modo liceat nec nobilitas patiaꝛ. Gubernatio tamen reipublice communis eſt plebeis ⁊ nobilibus. Ad ſeptem miliaria a conſtantia a tranſitu vero alpiū. xx. milia paſſuum oppidū extat Velchirchiū id eſt opulentū atqꝫ vrbanū. Edificia habet ſpecioſa. vinetis ⁊ pometis plurimū habundat. Flumen quocꝫ rheni oritꝛ in alpibus nō longe ab eo loco cum ab italia tranſitꝰ fit ex ſiniſtra manu. ſed mox ad dexteram vergens ⁊ ſuo gurgite ⁊ multoꝝ incrementis adiutum ingens ⁊ robuſtū decurrit inter orientem ⁊ ſeptentrionē recto alueo conuerſum. Aquam habet medij coloris inter ceruleam ⁊ viridem curſum rapidum. alueum arenoſum. ſolidum tamen. ita vt pedibus preſſus veſtigio non ſignetur.

Ferunt temporibus concilij in ea habiti in hac inclita ciuitate ingentem multitudinem hominum fuiſſe ex omni natione xp̄iana. precipui tamen erant itali. galli. germani. hiſpani ⁊ angli. quoꝝ ſuffragijs omnes concilij res geſte ſunt. Preſtantiores quocꝫ in eo fuerunt Johannes. xxiij. ſummus pontifex ⁊ Sigiſmundus ceſar. Quincꝫ ep̄i cardinales. xvi. p̄ſbiteri cardinales. vij. diaconi cardinales. Patriarche. vij. Archiep̄i. xxxiiij. Epiſcopi. 194. Abbates. lx. inſignes. Generales q̄tuor ordinum. Duces. xxiij. Comites cxl. Cōmunitates quocꝫ vrbiū tam ytalie q̄ʒ germanie ſuperioris ⁊ inferioris. Poſt electionem vo Martini Sigiſmundus conclaue ingreſſus nullo habito dignitatis ſue reſpectu gratias omnibus cum lachrimis egit. ꝙ neceſſarium reipublice xp̄iane prope extincte elegiſſent.



Johannes hus hereſiarcha



Johānes hus obſcuro loco natus. ex villa hus quod anſerē ſignificat cognomētū mutuatꝰ. Hic cū eſſet ingenio pacri ⁊ lingua diſerta multūq; dialiticiſ oblectatus. ⁊ peregrinas opiniones amaret. Auide admodū wicleſiſtarū doctrinam arripuit. Iheronimū hominē eloquentē condiſcipulū prage habuit. Placuit ſigiſmundo īpatore ſuadente patribus in ꝯcilio ꝯſtantieñ vt bohemia ſanari poſſit iohannē ⁊ iheronimū ad ſynodū euocari. qui cū ceteris eius regni doctiores. tū quia doctores ac hereſum principes habebant. voluerūt ambo nō tā verecunde aliena diſcere q̃ ſua imprudenter ingerere parati. docendi quippe q̃ diſcendi cupidiores. ⁊ auditi ſunt in ꝯſeſſu patrū. Johānes etate ⁊ auctoritate maior habitus. doctrina ⁊ facundia ſuperior iheronimus. Lecti ex omni natione patres diuini atq; humani iuris doctores. ſepe cū his colloquiū habuere. dogmata eorū a lege diuina aliena eſſe monſtrarunt. neq; bonis conducere moribus. rogauerunt ne plus ſapere quā eccleſia vellent. peregrinas opiniones relinquerent. ingenia ſua wicleſiſtarū inſania ne fedarent. in edocendis populis nō dedocendis exercerent. poſſent in ꝯſpectu dei ⁊ in eccleſia militanti ſublime conſequi locum. Stetere in ꝓpoſito ꝑtinaces bohemoꝝ animi. ſeuerantes ſe ſancti euangelij emulatores. ſe xp̄i diſcipulos eſſe. Romanā eccleſiam longe a traditionibus apl'oꝝ abijſſe. que opes ⁊ delicias ſectaret. dominatū in populis exquireret. canes equos alerent. eccleſiarū bona que xp̄i pauperibus deberentur per laſciuiā luxūq; ꝯſumerent. Primores magne ſynodis vbi ꝑtinatiam ⁊ immutabiles animos perditoꝝ hoīm animaduertit. membra eccleſie putrida que ſanari non poterant ne reliquū corpus inficerent reſecanda cenſuerūt. Lata eſt in conſeſſu patrū aduerſus contumaces ſententia cremandos eſſe q̄ doctrinā eccleſie reſpuerēt. Prior iohannes igr̄ ꝯbuſtus ē. iheronimus. ccc. xl. diebus poſtea in vinculis habitus cū reſipiſcere nollet ſed deſcendens in laudationem Johannis huſſi dudū ad ignem damnati virū illum iuſtū ⁊ ſanctū appellans illa morte indignum. ſe quoq; paratū quoduis ſupplicīū adire forti animo ⁊ conſtanti. Multi illū acceſſere viri eruditiſſimi. p̄cipue cardinalis florentinus vt a ſua ſententia dimouerent. ſed cū ꝑtinacius in erroribus ꝑſeuerabat ꝑ conſilium hereſi damnatus ⁊ igni ꝯbuſtus iocunda fronte ad incendiū ꝓperauit. flamma adhibita canere cepit ymnū quē fumus ⁊ ignis vix interrupit. Nemo philoſophoꝝ tam forti animo mortē ꝑtuliſſe ꝑhibet. Cineres exuſtorū ne raperent a bohemis in lacū proiecti. diſcipuli eoꝝ ex eo ſolo terrā abſtulere in quo ignis fuit. eamq; veluti ſacrā ſecum attulere in patriā. Johannes ⁊ iheronimus apud bohemos martirū honores meruere. nec minores q̃ petrus ⁊ paulus apud romanos habiti. Nunciatis eīm in bohemia que conſtantie geſta fuerunt diſcipuli eoꝝ ſequaceſq; omnes in vnū conuenientes memoriam in primis defunctorum conſecrant. celebrandamq; quotannis decernunt.

Iheronimus hereticus



Johannes rochezana



Johannes rochezana hereſiarcha apud bohemos ꝑ lōnga tp̄a ꝑfidiā ſeminauit. Oppidulū eſt pragenſis eccleſie nō longe a pelzina cui rochezana ē nomen. Ex hoc loco puer obſcuris parentibus cenſuq; tenuiſſimo natus iohānes nomine pragam venit mendicatuq; victū querens grāmaticam ⁊ dyaleticam didicit. Cū adoleuiſſet nobilis cuiuſdā pedagogus factꝰ ē. ⁊ cū valeret ingenio linguaq; ꝓmptus eſſet in collegio pauperū receptꝰ auditor iacobelli fuit. Poſtremo p̄ſbiter ordinatus p̄dicare verbū dei pragenſibus cepit. Ex oppido vnde ortū habuit rochezane cognomen ducente. ⁊ in de noīe ⁊ auctoritate valebat. ⁊ cū baſilienſis ſinodus bohemis ſcripſit vt legatos mitterent. inter legationē. ccc. equitū ad baſileā miſſam iohannes rochezana pſeudo pragenſis apoſtolus deputatus fuit. Et poſtea ſedente prage ſigiſmūdo pro tribunali in foro ciuitatis rochezana cū quatuor p̄ſbiteris nomine totius cleri obedientiā romane eccleſie ſeſe ꝓteſtare ꝓfeſſus eſt. ⁊ ſequenti die abſoluti ab anathemate ⁊ ꝑ legatos ꝯcilij in eccleſiā introducti rochezane ꝑfidie ſue non īmemor altare accedēs diuina re ꝑacta vni quē iuſſerat ex laicis adeſſe ſacramentū ex calice dedit. Quis alter ex concilio legatus id ſibi nō licere aſſereret. in quo errore ꝑſeuerans tandem ſenio defecit.

Leonhardus aretinus



lari maris Strabo ꝓdidit. In boſna rex gẽtis ſteffanus noie (ſic eñ reges ſuos appellare ꝯſueuere) q̃uis
xp̃i religionem ſectaretur. diu tñ baptiſmi ſacramento abſtinuit. ſed anno ſupiore vocato ad ſe Johãne car
dinali ſancti angeli cuius ſepe meminimus ab eo baptiſmatis vnda ꝑfuſus ⁊ ſacris noſtris rite initiatis
turchis q̃bus cũ federe iunctus erat bellũ indixit. nunc paululũ nutare affirmatur. In hac regione q̃ꝫplurı
mum heretici poſſunt. quos vocant manicheos peſſimũ genus hominũ. qui duo principia reꝝ ꝓdunt al
terũ bonoꝝ alterum maloꝝ. nec primatũ romane eccl̃ie tenent. nec xp̃m equalem cõſubſtantialemqꝫ patri eſ
ſe fatentur. hoꝝ cenobia in abditis ⁊ montiũ conuallibus ſita feruntur. in quibus egrotantes matrone ſer
uientes ſaucıis viris ſi euaſerint ad certum tempus deo vouent. reddite ſanitati permittentibus viris vota
perſoluunt. ꝓmiſcue inter monachos p̃finito tpe viuentes. hanc labem nulla ſedis apoſtolice decreta. nul
la xp̃ianoꝝ arma delere potuerunt. Sinit ad noſtrã exercitationẽ regnare hereticos deꝰ.

## De Dalmacia

In dalmacia raguſeos magnis affecit cladibꝰ Steffanꝰ inter boſnēſes ⁊ dalmatas ducatū poſſidens ⁊ manicheoꝝ veneno infectꝰ q̄ ⁊ ſi xp̄ianos ꝑ inſidias captos ſepe turchis venūdauerit mittere tn̄ oratores romā ⁊ auxilia ſedis ap̄lice petere nō erubuit. eiꝰ belli ſumptus ex xp̄ianis petēs qd̄ geſſerat i xp̄ianos nec defuēre q̄ tā impijs verbis aures accomodarēt.

De Croacia

In croacia auſtral' mulier que nuptias comitis cū eēt inferiore ſanguine. moꝝ p̄ſtātia ⁊ forme elegantia meruit. dū laxādi animi gratia ex caſtello in caſtellū obeq̄tat ſubito turchoꝝ interuētu capta ⁊ apd̄ eos aliq̄ȝdiu detēta, impatiētia tandē mariti nō ꝑuo auro redēpta ē. Querat fortaſſis aliq̄s vbi nā liburniā dimiſerimꝰ quā ꝑmeaſſe anthenorē ytaliā petentē inſignis poeta cōmemorat. Cōfuſi ſunt ad modū ꝓuinciaꝝ fines nec expedire noua facile ē ne dū q̄s vetuſtiſſima poſſit abſoluere. Pliniꝰ liburnie finē initiū eē dalmatie dixit ⁊ tragurium marmore natū. in ea eē ſalonā q̄ȝ coloniā que ab iadera. c. ⁊. xij. milibꝰ paſſuū abfuit. Iaderā vo cētū. lx. a pola diſtare. ex quo fit vt inter croatinos ⁊ dalmatas liburni ſedes habuerūt. forſitan ⁊ croatini nouū gentis nomē liburnoꝝ loca inuaſerūt nobis hec indicaſſe ſufficiat. ſi q̄s certiora deſiderat priſcos euoluat autores. Ptholomeꝰ liburniā dalmatiā atȝ illiridē ſil' cōfudit. ⁊ illiridi q̄dē a ſeptētrionali plaga pannoniā occurrere dixit. ab ortu ſuperiorem myſiam. ab occaſu hiſtriam. a meridie macedoniam ⁊ adriaticum latus.

De hiſtria

Hiſtriā veteres ytalie p̄tē tradiderūt in q̄ paretiū ⁊ pola ē ⁊ iuſtātinopol' quā caput hiſtrie vocāt incōuenienter. italie tn̄ iūgit' adriatico ſinu diſiecta ⁊ in peninſule modū circūdata mari q̄ cōtinenti applicat' a tergo. lapidea eſt ⁊ mōtana regio quā priſci albaniā vocauere. Pliniꝰ hiſtriā adherere liburnie dixit Ex q̄ palā fit croatinos liburnoꝝ loco ſuccedere. Hiſtriā ab hiſtro amne dictā ferūt quē a danubio in adriam fluere falſo tradidere. cui errori ⁊ pōponiꝰ mella ⁊ nepos padiacola aures adhibuit. nullꝰ eīn ex danubio amnis in adriaticū effūdit' mare. Argonautaꝝ eos fabula decipit q̄s ꝑ hiſtrū ex mari pōtico in hiſtriā vectos memorie ꝓditū ē. ſ; ꝯſtat eos ex hiſtro in ſauū aduerſo flumie nauigaſſe. deinde nauportū quē hodie labacū appellari putauerim. cuiꝰ paludē lugeū ſtrabo appellat. Ex nauporto vo ꝑ mōtes humeris aduecta nauis in adriaticū ꝑuenit. Hiſtri hodie ſclaui ſunt q̄uis maritime vrbes italico ſmōe vtāt'. vtriuſq̄ȝ lingue peritiā habētes. ps ꝓuincie melior ea q̄ maritima venetoꝝ impio ſubiecta ē. Mediterranea domus auſtrie poſſidet. Oppidū ſ. viti qd̄ ad flumē ticiū ſitū ē falſenes habet. Ex q̄ loco ad aq̄legiā mille ſtadia eē Tudidanꝰ q̄ domuit hiſtros tradidit finē italie muſie flumini tradidere. In hac terra nihil etate nr̄a memoria dignū geſtū eē accepimꝰ. q̄uis auſtrales ⁊ venetos magna de finibꝰ cōtentio agitauerit. ⁊ vtriuſq̄ȝ partis ſubditi armis ꝯtēderit. ad q̄s lites ꝯponēdas nos aliq̄n ab imꝑatore miſſi q̄uis inducias belli fecimꝰ et nouos termios ꝯſtituimꝰ vniuerſaȝ tn̄ litē amputare nequimꝰ.

De Carnia nūc germanie ꝓuincia

Carni inter q̄s lapides enumerant' hiſtros ſequūt'. Sclaui tn̄ q̄ꝝ ſermo regionē obtinet carnos bifariam diuidūt duplicē carniolā eſſe dicētes. Alterā ſiccā ⁊ aq̄ꝝ indiguā in q̄ hiſtros ponūt ⁊ carſos. qui medios inter labacū ⁊ tergeſtū incolūt mōtes ⁊ ad tymanū vſq̄ȝ ꝓferūt. Alterā irriguā in q̄ flumē ſauus ortū h; ⁊ nauportꝰ q̄ labacꝰ hodie appellat' ⁊ alij q̄plures fluuij. In hac prouīcia dū fridericꝰ imꝑator coronā regni theutonici apd̄ aq̄ueſeȝ ciuitatē peteret vlricꝰ cilie comes ⁊ albertꝰ īꝑatoris frater cōtractis viribꝰ laba cū inſigne oppidū ex flumie cui adiacet dictū obſidiōe cinxere. diu machīnis oīs generis oppugnauere ſed a friderici militibus non ſine clade repulſi ⁊ caſtris exuti diuitē ſuppellectilē ꝑdidere. hoc oppidū ſclaui ⁊ itali lublana vocat ex lugea palude ſumpto vocabulo.

De Carinthia nūc germanie prouincia



Corinthia montana ⁊ ipſa regio carnis applicat ad ortū ac ſeptētrionē ſtirie iūcta. ad occaſum ⁊ meridiē
alpes. italas ⁊ forū iulij cōtingit. multe in ea valles colleſqꝫ. feraces tritici. multi lacꝰ. mlti amnes quo
rū pcipuꝰ drauꝰ q̄ ꝑ ſtiriā ac pannoniā in danubiū fert haud inferior ſauo. Imperiū ꝓuincie auſtrales obti
nent ⁊ archiducē appellat cui ea regio paret. Quotiēs nouꝰ pŕiceps reipublice gubernationē init ſolennita
tem nuſqꝫ alibi auditā obſeruāt. nō lōge ab oppido ſancti viti in valle ſpacioſa vetuſte ciuitatis reliquie vi
ſunt cuiꝰ nomē tpis aboleuit antiquitas. Iuxta in pratis late patētibꝰ marmoreꝰ lapis erectus ē. huc ruſti
cus aſcendit cui ꝑ ſucceſſionē ſtirpis id officiū hereditario iure debet. a dextera bos macer nigri coloris aſtat
ad ſiniſtram pari macie deformis eq̄. frequēs circa eū populꝰ ⁊ oīs ruſtica turma. tū pŕiceps ex aduerſa pra
torum pte ꝓcedit purpurati eiꝰ ꝓceres ambiūt vexillū an̄ ipſm ⁊ inſignia principatꝰ comes goricie q̄ palla
cij curā gerit. inter. xij. minora vexilla ꝓcurrit. reliq̄ magiſtratꝰ ſequūt. nemo in eo comitatu nō dignꝰ hono
re videt niſi pŕiceps ꝑ ſeipē ruſtici ſpeciē ferēs. agreſtiq̄ ei veſtis. agreſtiq̄ pileꝰ. calceuſqꝫ ⁊ bacculꝰ in manu ge
ſtatus paſtorē oñdit. quē poſtqꝫ ruſticꝰ ex lapide venientē cōſpicatus eſt ſermone ſclauico (ſunt eīm ipſi corin
thiani ſclaui) quis hic ē inclamat cuiꝰ tā ſuꝑbū inceſſum video. reſpōdent circūſtantes principē terre aduen
tare. tū ille iuſtus ne iudex ē ſalutē patrie querēs. libere ꝯditionis. dignꝰ honore. eſt ne xp̄iane cultor fidei ⁊
defenſor. reſpondent oēs eſt ⁊ erit. rurſus ille. quo me iure ab hac ſede dimoueat. At goricie comes. lx. dena
rijs abs te hic locꝰ emit. iumēta hec tua erūt bouē atqꝫ equā oſtendēs. veſtimēta quoqꝫ pŕicipis q̄ pauloan̄
exuit accipies eritqꝫ domꝰ tua libera ⁊ abſqꝫ tributo. Quibꝰ dictis ruſticꝰ leui alapa principi data bonū iu
dicē eſſe iubet ⁊ ſurgēs iumentaqꝫ ſecū adducēs loco cedit. Pŕiceps vō cōſcēſo lapide nudū gladiū manu vi
brās ad omnē ſe partē cōuertit equū iudiciū populo ꝓmittēs. ferūt ⁊ aquā frigidā ruſtico allatā pileo bibe
re tanqꝫ vini vſum dānet. Deinde ad ecclam ſolienſem ꝑgit q̄ in ꝓpinquo tumulo ſita ē ſancti petri vocabu
lū habens ⁊ olim pōtificalis fuiſſe. vbi pactis ſacrificijs princeps ruſtica indumēta deponit paludamētūqꝫ
induit. cōuiuatuſqꝫ ſplēdide cū procerībꝰ in prata reuertit ibiqꝫ pro tribunali ſedens ius petentibus dicit ⁊
feuda cōfert. Fama eſt anno. d. cc. nonageſimo poſt xp̄i ſaluatoris ortū impante Carolo magno ducē gētiſ
Iguonē noīe ingens cōuiuiū prouincialibꝰ ꝓparaſſe. ⁊ agreſtibꝰ quidē ad cōſpectū ſuū intromiſſis in vaſis
aureis atqꝫ argēteis. nobilibꝰ vō ⁊ magnatibꝰ procul ab oculis collocatis fictilibꝰ miniſtrare iuſſiſſe. Inter
rogatus cur ita faceret reſpōdiſſe. nō tā mūdos eſſe qui vrbes ⁊ alta palatia qꝫ qui agros ⁊ hūiles caſas co
leret. Ruſticis qui xp̄i euāgeliū accepiſſent. baptiſmatis vnda purificatis cādidas ⁊ nitidas eſſe aīas. nobi
les ac potētes qui ſpurcicias ydolorꝫ ſequerent ſordidas ac nigerrimas. ſe vō pro aīarꝫ q̄litatibꝰ inſtruxiſſe
cōuiuiū. Caſtigatos ea re nobiles cateruatī ſacre baptiſmatis vndam querentes breui tempore ſub virgilio
et arnone iuuanienſibꝰ ep̄is vniuerſos xp̄i fidē accepiſſe. Hinc bonos inueſciē di pŕicipis ruſticitati ducꝰ.
Fuit aūt dux Corinthie venator imperij ad quē lites venatorꝫ oīm deferebant. vocatꝰ in iudicio corā impa
tore querelātibꝰ nō niſi ſclauonica lingua reſpondere tenebat. Multa huiꝰ prouīcie fuiſſe ornamenta cōme
morāt. multa priuilegia. facile id creditu ē qn̄ impatorē lodouicū eiꝰ terre ducatū filio ſuo arnolfo primoge
nitꝰ cōtuliſſe nō ambiguū ē. Eſt ⁊ alia huius prouincie cōſuetudo in oppido quod Clageſurciuꝫ appellant
cōtra fures duriſſima. Si quis in furti ſuſpitionē inciderit mox captus laqueo ſuſpenſus vitā finit. Sum
pto ſupplitio pꝰ triduū de ſuſpitiōe iudicāt. ſi reū fuiſſe necatū inueniūt pēdere cadauer infame ſinunt donec
ſua ſponte cōſumptus decidit. Sin nō depoſitū in cimiterio cōdūt. iuſtūqꝫ funus e publico faciunt ⁊ aīe gra
tas exequias. In hac prouincia comes goricie vlricꝰ vir muliere corruptior impuberes filias media nocte ad
potū ſurgere cōpulit increpitās q̄ ſine ſiti ſomnū agerent. cū paſtoribꝰ ⁊ bubulcis ſepiꝰ qꝫ cū nobilibus con
uerſatus ē. Senex ſuꝑ glaciē cū pueris luſit. Inter vulgata ſtorta frequentiſſime lauit. raro in aula pranſus
eſt. ſolus cocū adiens offulas in ipſa coquina vorauit. veſtes induit viles ac punctas. pectus nudū ⁊ apertuꝫ
oſtendit. oculi ſemper lacrimantes fuere. Quem cū aliqn̄ ad ſe venientem Fridericus imperator ex feneſtra
intuitus eſſet me vocitās. age inquit o Enea principem qui ad nos properat contemplare. Si quē mundio
reꝫ pulchrioremqꝫ videris aliqn̄ effare. mihi cū ſatis principem comiteqꝫ conſideraſſem feda ruſticitas viſa
eſt que dominatū affecuta egregium ſeruitio ꝓmeret. Huic vxor natione vngara. forma preſtanti ⁊ audacia
pluſqꝫ virili vincula induit. mox vlrici comitis cilie auxilio liberatus vxorem domo pepulit. nec diu poſt vi
ta functus filios bone indolis adoleſcentes ⁊ matri qꝫ ſibi ſimiles reliquit heredes.

## De ſtiria germanie prouincia

Stiria quā quōdā valeriā inuenimꝰ nūcupatā ad orientē pannonie iūgit. latꝰ eius ſeptētrionale auſtriā
reſpicit. ad occidentē ac meridiē carnis ⁊ corinthus occurrit. eodē q̄ꝫ prouīcia mōtana ē qꝫuis in orie
tē porrecta planicies nō ꝑuas habeat. Drauus ac mura inſignes fluuij terrā irrigāt. mura in drauum exone
rat. ille in danubiū. Vrbiū populi pleriqꝫ teuthones ſclaui qui citra drauū rura colūt. Imperium auſtralis
familie eſt in eo oppidū vetus qd̄ aliā vocāt nōnulli Sillateū appellatū quondā exiſtimāt ⁊ opus fuiſſe luci
ſille. de q̄ re nobis nihil exploratū ē. Multe ibi vetuſtatis reliquie viſunt ⁊ romanorꝫ noīa principū ſepulcra
lia marmora referūt. In eo ꝓfuit etate noſtro fridericꝰ comes. q̄ cū eēt in libidinē ꝓniſſimꝰ ⁊ olī veronice cō
cubine inceſus amore legittimā cōiugē ex comitibus croacie natā ſua manu interemiſſet. cōcubinā vō pater
eius hermānus vt ē potentū iuſticia ⁊ in ꝓfluentē dimerſiſſet vxores paſſim maritis abſtulit. puellarū gre
ges in pallaciū rapuit. ꝓuīciales ꝓ mancipijs habuit. ecclarum bona diripuit. monetarum falſatores. vene
ficos. ariolos. nigromantes vndiqꝫ ad ſe conſciuit. Et qꝫuis anno iubilei iam nonagenarius indulgentia
rum cauſa Romam petiſſet reuerſus tamen nihilo melior viſus eſt. Interrogatus quid ſibi Roma profuiſ
ſet in priſtinos mores relapſo. Et calciator meus inquit ad conſuendas ocreas poſt viſam Romam redijt.
Huic vita functus Vdalricus filius ſucceſſit. per cetera ſimilis ingenio. tantum ⁊ eloquentia maior. Quo
ſicut dictum eſt interfecto quatuor ⁊ viginti competitores hereditatis fuere. vt qui viuens vndiqꝫ bella cōci

uerat moriens q̃z ſeditiones excitaret. Sed optimates terre poſſeſſionē impatori friderico tradendã cenſu
erunt ea lege vt cōpetitoribus ſcd̄m prouincie cōſuetudinē in iuditio reſponderet. Relicta vlrici armis de-
fendere que poſſidebat decreuit. Fridericus manu potenti cũ plura caſtella obtinuiſſet in cilia tãdē receptꝰ
eſt. Arces loci tradēte iohãne vitonitio natione bohemo. qui cũ fuiſſet magiſter militie comitis accepta ce
ſaris pecunia a ꝯiuge eius defecit. ſed mox penitentia ductus grande auſus ⁊ in expiabile facinus tãq̃z ſce
lus ſcelere redempturus impatorē iã ſibi ſecuꝝ ⁊ cũ paucis cilie morantem nocte cōcubia intercipe aggreſ-
ſus eſt. Corruptis nanq̃z opidanoꝝ pleriſq̃z qui ſibi aduenienti partem oppidi traderent. Hora cōſtituta
cum octingentis equitibus intromiſſus cũcta miſcere armis cepit. Affuit diuina pietas Friderico que illi
preter cōſuetudinē in arce ſupiore ⁊ humana ope munitiſſima ea nocte dormiendũ ſuaſerat. proceres q̄ re-
manſerant in oppido capti omnes in quos ⁊ Johannes vnguadius cũctis ſtirienſibus opulentior cũ Ge
orgio fratre abductus eſt. necnō Vlrico auſtrie cancellario. q̄uis eſſet epũs ⁊ ad ecciam confugiſſet parſuꝝ
eſt vſq̃z adeo apud hoīes noſtri ſeculi diuīa ⁊ hũana iura perierunt. Traditori bohemo diuiti ſpolio locu
pletato nō defuerunt ex illo tp̄e adiutores. Fama eſt ea q̄z celebris inter ſtiriēſes nobilē quempiã fuiſſe cui
ſepe in animũ ceciderat ⁊ ſeipſum laqueo ſuſpendere. id egre ferentem ex docto quodã viro remedium peti
uiſſe aduerſus eã temtatione. Conſiliũ datũ ꝓpriũ vti ſacerdotē cōduceret. qui ſibi manente in arce quadã
ſolitaria ſingulis diebꝰ rem diuinã faceret. paruiſſe nobilē atq̃z in annum ferme cōtinuaſſe nulla ſuſpendē
di cogitatione interueniente. Poſtremo rogatũ a ſacerdote vt p̄ſbitero vicino q̄ dedicationē eccie in proxi-
mo monte habiturus eſſet auxilio eſſe poſſet. licentiã dediſſe ꝓponentem in animo paulopoſt ſequi et ſacris
intereſſe. ſtetiſſe diu poſtea nunc vna nunc altera cauſa retentũ. deniq̃z circa meridiē profectũ agreſti cuidaꝫ
in nemore occurriſſe qui rem diuinã in monte peractam eſſe populumq̃z omnē abijſſe diceret. cōtriſtatum
eo nuncio nobilem infelicē ſe eſſe dicentē qui eo die ſacrũ corpus xp̄i non vidiſſet. agreſtem conſolari cepiſ
ſe vēdituꝝ ſi vellet nobilis emere ꝓmiũ quod intereſſendo diuinis meruiſſet. ſagũq̃z nobilis petiuiſſe pre
ciũ noīe. venditione facta nobilem nihilominus montē aſcendiſſe atq̃z oraſſe in templo. reuerſus autem in
proxima arbore ſuſpenſum agreſtem inueniſſe. ſed poſtea diris cogitationibus haud quaq̃z vexatũ fuiſſe
In hac prouincia decoctum ſal ad vicinas regiones importatur. Ea ⁊ ferri mineras locupletas habet. Et
argenti fodinas non ignobiles. q̄uis in curia principũ argentum haud multum effundatur.

De auſtria germanorum celebri prouincia



Auſtriam deſcribere hoc loco haud neceſſarium exiſtimamus. de qua ꝓpriam hiſtoriam edidimus. bre-
uibus tñ ſitus eius abſoluet̃. hoc eñ tpe diuiſis eſſe terre limitibus. Auſtria olim pãnonia ſuperior
dicta. ab oriente habet hungariã. ab occidente bauariã. ſeptentrionẽ eius bohemia ⁊ morauia terminant
ad auſtrum vo montes ſtirie qui longo tractu ab alpibus deriuant̃. Latitudo eius triũ aut paulominꝰ die
tarꝫ. Longitudo vo duplo maior. terra nobilis. aquis irrigua. vitibus cõſita. ligni copioſa. agro ferací. pi
ſcibus plena. vino adeo exuberat vt bohemis morauis ſchleſitis bauaris in dando vino ſatiſfaciat, ex inde
qꝫ ꝗmaximas opes colligit. Danubiꝰ eã mediã ſecat fluuius omniũ europe maximꝰ. Inter pcipuas eius
ciuitates eſt Vienna panonioꝝ maximũ emporiũ olim flauiũ appellata ambitu muroꝝ duuꝫ miliũ paſſuũ
cingit̃ foſſatis ꝓpugnaculis torribuſqꝫ ⁊ maximis ſuburbijs decorata. principũ auſtrie pcipua ⁊ digniſſi
ma ſedes. In ea ꝓuinciales poſt obitum alberti ceſaris friderico ſe cõmiſerunt ea lege. vt ſi maſculum pre
gnans regina pareret tutor eius eſſet. ſin feminã terre dñs. Nato vt pdictũ ẽ ladiſlao tutelã eius Fridericꝰ
accepit. Milites qui ſub Alberto meruerãt cũ ſtipendio ſe fraudatos dicerẽt prouinciã latrocinijs ac incen
dijs vaſtauere. Eoꝝ vexatio. xl. milibus aureis a friderico redempta eſt. cũ bohemis ⁊ hungaris excurſio
nibus in auſtriã facientibꝰ. Ex ſororibꝰ ladiſlai ſenior wilhelmo duci ſaxonie nupſit. Johãnes huniades
cũ regni hungarie coronã a friderico fruſtra repetiſſet cũ. xij. milibus equitũ ingreſſus auſtriã omnẽ agruꝫ
inter Viennam ⁊ ſtirie mõtes diripuit atqꝫ incendit. Petentẽ ytaliã ceſarẽ rogauerũt auſtrales vti latiſlaũ q
iã ꝓpe modũ adoleuiſſet in paterna hereditate apud ſe dimitteret. reiecta petitiõe auctoribus duobꝰ vlrico
altero cilie comite altero eyzingero ſumptis armis rebellauere. Redeũtẽ ex ytalia fridericũ apud nouã ciui
tatẽ obſidione cinxere. quibꝰ ⁊ henricus roſenſis natiõe bohemꝰ cũ ducẽtis eqtibꝰ ⁊ mille peditibus ſe
adiunxit. Et ꝗuis a Nicolao pon. maximo iuſſi eſſent ne tutelã ceſaris impedirent. Cõtemptis aplice ſedis
mandatis ⁊ tãte maieſtatis auctoritate deriſa ſceleratũ ꝓpoſitũ tenuere. Docta eo tpe Viennẽſis ſcola indo
ctã ſententiã protulit. que ꝑ aploſ ad futuꝝ cõciliũ interponẽdũ ſuſpendi poſſe romani pſulis mãdata re-
ſcripſit. Ciuitas viennẽſis ⁊ oĩs auſtria ex eo tpe in armiſ fuit ſꝫ temeritate religionis penas pendẽs. Ceſ
ſit furenti populo fridericꝰ puſillũqꝫ adhuc tenerẽ ea lege in manus comitis cilie tradidit vt ꝓuocatꝰ ad vr
bẽ viennã ꝯſanguineis vtriuſqꝫ ptis ⁊ amicꝭ de tutela. de oppidis. deqꝫ ceterꝭ ꝯtẽtionibꝰ principũ. q voca
ti ꝯueniſſet arbitrũ diffiniret. Ladiſlaus ſumma populoꝝ alacritate apud viennẽſes exceptꝰ cũcta ex volũ
tate comitis adminiſtrauit. Ad cõſtitutũ ꝯcilij diẽ Lodouicꝰ bauarie ⁊ wilhelmꝰ ſaxonie duces. Albertꝰ
qꝫ brãdeburgenſis Carolꝰ badẽſis marchiones ꝯuenere. Cũ multi ex bohemia multi ex hũgaria baroneſ
impator legatos miſit. quibꝰ ⁊ nos adiũcti fuimus. diu de iure ptiũ diſceptũ. ſꝫ cũ oĩa ex arbitrio victoris
agerent̃ nec leges defenderẽt q arma nõ protexiſſent infectis rebꝰ diſceſſuꝫ ẽ. Diſceptata ſunt oĩa q ꝓmiſe
rant auſtrales impatori. dictũ oẽ indictũ fuit. neqꝫ lrĩs neqꝫ ſigillis auctoritate habita barbara fide actum
In eo ꝯuẽtu ladiſlaus iohãnẽ huniadeꝫ q ſibi regnũ a turchoꝝ inuaſione ſeruaſſet ad principatꝰ honorẽ
erexit. qui ſugeſto in magno foro apud carmelitas erecta ſede ſedens aurea regali paludamento ac dyade-
mate ornatus comitatũ ei biſtricẽſem ꝯmiſit. qđ eo in loco minime licuit. neqꝫ eñ regi hungarie ſub impe
rio romano maieſtatem gerere ius eſt. ſꝫ tãta reuerentia regũ ꝗta eis ꝑ arma ſiue dat̃ ſiue relinquit̃. Co-
mes cilie dũ regẽ quolibet impellit ⁊ ad ſe cũcta rapiens Eyzingerũ viennẽſeſqꝫ ꝯtempnit. Concubinam
quã viro interfecto ſuſtulerat reginali pene honore dignat̃. Ex fauore tandẽ regio cadit ⁊ annuẽte eytzin-
gero e curia pellit̃. quẽ in exiliũ ꝓficiſcentẽ ꝗtuor tm̃ equites comitati ſunt. Alberto marchione branden-
burgenſi ne ꝑ ꝯtemptũ a populo lapidaret̃ ad portã vſqꝫ vrbis ſecuritatẽ pbente. Sed ꝗ feda ⁊ miſera
bilis eius fuga. tã ſupbꝰ ⁊ fauorabilis eiꝰ redditꝰ fuit. Nã pꝰ annũ cũ iã ex bohemia rex rediſſet ſuadẽtibꝰ
primoribus auſtrie baronibꝰ reuocatus. cũ mille equitibꝰ argento ⁊ auro fulgentibꝰ viennã repetit. cui ex
tra portas vrbis ⁊ rex ad mille ferme paſſus exijt obuiã. ⁊ oĩs ferme nobilitas redeũti gratulata ẽ. Plebs
qꝫ q pauloañ lutũ ac lapides in fugiẽtẽ iactare tentauit ſternere viã floribus q redeũti trãſitꝰ fuit minie du
bitauit. vt ẽ in vtrãqꝫ partẽ in modica ſiue annuerit ſiue oderit. Mira rex mutatio ⁊ ludẽti fortune locꝰ. ey
tzingerꝰ extra gratiã regis factus in caſtella ſua recedẽs impatori quẽ grauiter offenderat reconciliatus eſt
Nec diu poſtea adeo ſupbierãt q ladiſlai regis ptes ſequebant̃ vt noue ciuitatis ſuburbia in qua ceſare ab
ſente iacebat puerpa impatrix intrare pſumpſerint ⁊ vrbẽ expugnare cõtenderit. qđ vbi nõ ſucceſſit exuſtꝭ
que obtinuerãt locis abierũt. Fuit ſepe inter eos impatoreqꝫ ⁊ regẽ incaſſum tractata ꝯcordia. neqꝫ eñ co-
mes cilie dũ vixit ex re ſua exiſtimauit vnanimes eẽ auſtrie principes At eo mortuo cũ eytzingerꝰ ex bohe
mia miſſus ad ceſarẽ leges pacis vtriqꝫ gratas dixiſſet ⁊ iã ꝗetura ꝓpe diẽ auſtria videret̃ interitus regis
ſubito nunciatꝰ nõ ſolũ ꝯcordiã ꝯturbauit ſed magnaꝫ reꝝ ⁊ reipublice xpiane ſalutarẽ exorientẽ ſpẽ pror
ſus abrupit. Auſtrales ⁊ a ceſare ⁊ alberto frẽ de tradẽda gubernatiõe reqſiti prouĩcialiũ ꝯuentũ habuere
in quo legati ceſaris ſeniori auſtrie principi (ſi erat impator) debere prouĩciã dixere. Albertus ſuo ⁊ Sigiſ
mũdi patruelis noĩe regie ptẽ hereditatis expoſcens ſuaſqꝫ calamitates ⁊ inopias tãto ſanguini alienam
referẽs ꝯmiſerationẽ inducere conatꝰ ẽ. Cõuentꝰ rñſio fuit facturos prouĩciales qđ ius eqtaſue dictaret.
pꝰ ꝗ frẽs inter ſe cõueniſſent. Interea latrones trãſdanubiũ in auſtriã ad morauie flumĩs ripã munitũ lo-
cũ occupauere oẽs circa regionẽ rapinis atqꝫ incẽdijs vexare ceperũt. aduerſus qs profectꝰ albertꝰ latroneſ
vi cepit. interfectiſqꝫ pugnãdo cõpluribꝰ qngẽtos ⁊ qnquaginta captiuos aduxit. ex qbus. lxxx. furca ſu-
ſpẽdit que res magnũ ei apud auſtrales ⁊ nomẽ pepit ⁊ fauorẽ. Vlricꝰ vo eytzingerꝰ cũ viſitato apud no
uã ciuitatẽ friderico impatore cuiꝰ pti ſtudebat viennã repetiſſet vocatꝰ ab alberto nihil mali ſuſpicãs fidẽ
ter eũ adijt a q mox captꝰ in vincucula cõiectꝰ eſt ⁊ in priuato carcere clauſus. Indigna res viſa ciuibꝰ mur
murare dãnare oẽs factũ nemo tñ auxiliũ miſero ferre voluit. Impator ſepe rogatꝰ viennã petere aliqꝫdiu
diſtulit. veritꝰ ne qua fraus ineſſet. interim Sigiſmũdꝰ ex atheſi viennã deſcẽdit. deniqꝫ ad nouã ciuitatẽ

profectꝰ principatus inſignia ab impatore accipiens ꝓ veteri cōſuetudine in eius verba iurauit. in qua ſolennitate albertus affuit. qui paulo poſt cū ſigiſmūdo viennā repetijt ⁊ ambo aduerſus impatorem cōſpirātas auſtriā ſibi ſubigere conati ſunt. quoꝝ ſtudia ſentiens impator viennā petere ſtatuit ⁊ accerſito ludouico bauarie duce magni noīs principe eo ſe contulit impatrice ſequente. appropinquante vrbis populus obuiam prexit. Albertus vo ⁊ ſigiſmūdꝰ nobili comitatu extra vrbē impatorē ſalutauere. habebat albertꝰ tria circiter equitū milia in armis expedita q̄ nō longe a viēna in quodā tumulo impatori ſe oſtēdarūt magnūqꝫ metū venieti incuſſere. ſuſpitionem auxit albertus qui ſepe ad eos ꝓfectus ⁊ ſeorſum locutus inſidias apparaſſe ceſari videbaṫ. Ferūt eiꝰ militie ducē alberto dixiſſe. facile ſi libet hodie vienne te dn̄m atꝫ auſtrie facio. nam q̄s ꝓhibet quo minus fridericū impatorē eiuſqꝫ comites intercipiā. innue tm̄. ſoluta deinceps hereditatis queſtio erit. victori leges atqꝫ hoīes fauēt. Subdubitaſſe albertū aliquātiſper. demumqꝫ reſpōdiſſe poterā ignoſcere ſi qđ ais me ignorāte feciſſes at mādare turpia nō poſſuꝫ. poſtqꝫ introgreſſi vrbē ſūt albertꝰ ⁊ ſigiſmūdꝰ in domo q̄ pragēſis appellaṫ ſimul habitauere. impator priuatas ciuium edes incoluit. arx prouīcialiū noīe cuſtodiebaṫ. Cōſpirauere ſigiſmūdꝰ ⁊ albertꝰ eam nocte aggredi ⁊ irrūpe armataqꝫ militū manu ingreſſi iter iureiurādo ſe obſtrinxere nō redituros domū niſi arcē intraſſent. Senſere ciues moxqꝫ arma ſumētes p̄ſidiū in arce maiꝰ collocauere. inſtabat ciuile bellum ⁊ atrox pugna ꝓ arce nec dubiū videbaṫ q̄n magno ſuo malo principes cōmiſſuri p̄liū eſſent. Stetit diu res in ancipiti. ciuibus tueri arcē ſtabile propoſitū erat. ducibꝰ q̄ arcē intrare iuraſſēt turpe videbaṫ. infecta re domū reuerti atꝫ vim inferre plenū piculi erat. Poſtremo ꝯuētū ē vt ingreſſi pricipes arcē paululū immorati potato vino exirēt atꝫ ita deluſa magis qꝫ ipleta religio eſt. Poſtridie arx ꝯſenſu prouincialiū in tres partes diuiſa duas accepere albertus ⁊ ſigiſmundus reliquā impator. Delectiqꝫ prouīciales ſunt q̄ lites fraternas dirimāt ⁊ ſumma illꝰ ptās data. ſ graue iudiciū ꝯ potētes ē. Nobilitas ⁊ eccian̄ p̄ncipes impatori fauētiores ſunt. plebei albertū p̄ferūt magno ſe iudice q̄ſq̄s tueṫ. Multa ſunt in hoc ceſare q̄ laudare poſſis. corpꝰ egregiū ⁊ ſpēs impatore digna. animꝰ ſedatꝰ ac trāquillꝰ. ingeniū pſpicax. memoria tenacior. religiōis ardēs zelꝰ. ingēs cupiditas pacꝭ ⁊ ocij. Singularē virtutē in q̄uis hoīe diligit dignāqꝫ p̄mio ducit. edificat ſplēdide. ortos tm̄ ⁊ gēmas plus equo admiraṫ ⁊ amat. ⁊ in rebꝰ gerēdis tardior ac remiſſior ē. tenacē pleriqꝫ accuſauerṫ et ad rē minꝰ attentū. id fecere proxi añceſſores ſigiſmūdꝰ ⁊ albertꝰ ceſares. q̄r prodigalitati cuiuſuis ꝯpata liberalitas videri auaricia pt. Ceterū fridericꝰ nec ſua profundit nec aliena diripit. vbis factiſue tēperās Albertꝰ frater eiꝰ longe diſſimilis. celer in aggrediēdis rebꝰ belli ⁊ glīe appetēs. piculi cōtemptor audax. laboris patiēs. manu atqꝫ ingenio promptꝰ. pecunias inter amicos partiṫ ac profundit. inter opes paup. in pauptate diues. nullꝰ rei magis qꝫ fame auarus.

## De Morauia germanie prouincia

Procedēti p auſtriā in aq̄lonē morauí occurrunt gēs ferox ⁊ rapinaꝝ auida inter hūgaros bohemoſqꝫ tranſdanubiū ſita. Hāc prouinciā euo noſtro Sigiſmūdus impator alberto genero ſuo. qui poſtea impauit dono dedit. Rebellātē ⁊ impata facere recuſantē albertꝰ magnis affecit cladibus. nā ſupra q̄ngentas villas vna excurſiōe ꝯbuſſit. mortales multos neci dedit. pecꝰ oē pene abegit. iugūqꝫ ferre pfidā gentē coegit. In hac ꝓuin cia ciuitates ⁊ opida romane eccie ritū tenēt ⁊ catholice fidei cōſentiūt. Barones oēs ferme huſſitarū labe infecti ſunt. Hic cū verbū dei p̄dicaret Johānes capiſtranꝰ ⁊ in errores huſſitaꝝ vehementiꝰ veheretꝰ baronis nō parui noīs quē Czernahorā vocāt ſecuta ꝯuerſio. qui relicta priore pfidia cuꝫ duobꝰ milibꝰ ſubditoꝝ veritatem romane ſedis amplexꝰ eſt. Prothaſius filꝰ eiꝰ doctrina ⁊ moribus clarus nō diu poſtea Olomucēſis eccie pōtificatū obtinuit. Ea ē vnica ciuitas morauoꝝ ep̄alis. Regnū aliq̄n inter morauos fuit latiſſimū ac potētiſſimū. qđ vſqꝫ ad filiū Suatocupi durauit. cuius fortunā in bohemica cōſcripſimꝰ hiſtoria. At cū filꝰ ſuatocupi ecciaꝫ dei ſpernere cepit re gnū gēti adēptū ē. qđ poſtea romani ceſares in bohemiā trāſtulerūt. In hac ꝓuincia cōplura ſunt oppida plena populo ⁊ opibꝰ abūdantia. inter q̄ Brunna principatū obtinet. znoyma ſigiſmūdi obitu memorabilis. hac nulli tranſitꝰ patet niſi armato potētioriqꝫ. latronibꝰ oēs additꝰ obſidentibꝰ. Sermo gēti mixtꝰ eſt theutonicꝰ ⁊ bohemicꝰ. ſupant tm̄ bohemi quoꝝ ē regionis imperiū. q̄ gētes olim morauiā incoluerint nō facile dixerim. qꝫtū vo ex lectiōe ptolomei accipe licet martomāni ⁊ ſudini cadiqꝫ morauiā ⁊ auſtriā q̄ trāſdanubiū iacet incoluiſſe videnṫ.

## De Sleſia germanie prouincia

Sleſia poſt morauiā ſequiṫ haud ignobilis prouincia quā fluuiꝰ odera plabiṫ inter oēs germanie nationes late cognitus. fontes eius hūgarie mōtibꝰ que Sleſie ad orientē iungūṫ mare balthéū curſuꝫ terminat. Lōgitudo regionis circiter. lxxx. ſtadia. Caput gētis wratiſlauia ē ampliſſima ciuitas ad ripaꝫ odere ſitā priuatis ac publicis edificijs magnifice ornata. cuiꝰ ep̄atū maiores nr̄i aureū vocauere. Huſſitarū bella luteū reddidere. In hac vrbe regnāte apud bohemos wenceſlao orta ſeditiōe cōſules quoꝝ p̄ma ptās ē p feneſtras ex p̄torio in forū p̄cipitati gladijs ac lanceis irate plebis excepti dirū ſpectaculū p̄buere. cuius rei auctores ſigiſmundus impator paucis poſt annis ſecuri pcuſſit. Duces Sleſie multi nūero inter quos paterna hereditas p capita diuidiṫ hinc ſciſſa multas in ptes prouīcia freq̄ntes calamitates incurrit. crebris expoſita latrocinijs. Inter hos duces vnū eſſe ferūt noīe hulconē quē apoliēſem appellāt. Qui glogouie reſidens delitijs ac voluptatibꝰ deditus vſqꝫ adeo inſaniuit vt neqꝫ inferos neqꝫ ſupos eſſe diceret. aīaſqꝫ cū corpibꝰ ſilꝫ ꝓrſus interire putaret. Ecciaꝫ vel nūqꝫ vel raro ingreſſus ē. Sacramētis xp̄ianis prorſus abſtinuit niſi qꝫ abuſus mr̄imonio vxore q̄ ſibi ingrata eſſet relicta alterā ſupduxit. q̄ ne pellex appellari poſſit nō niſi p ſolennia mr̄imonij cōiūgi voluit. Sleſite ſub impio bohemoꝝ cōſtituti ſunt. nūc tm̄ impata facere detractāt. Georgiū nouū regē admittere recuſantes. wilhelmū ſaxonie ducē ſecuti. q̄ regnū bohemie ad ſe ptinere affirmat ꝓpter ꝯiugē q̄ latiſlai hungarie atqꝫ bohemie regis ſoror fuit. Gladius eiꝰ litis arbiter erit. Sermo gentis maiori expte theutonicꝰ. qꝫuis trāſoderā polonica lingua p̄ualet Ob quā rem nō immerito quidam hoc in loco germanie terminū eſſe oderam putauere. qꝫuis idem fluuiꝰ in ſeptentrionem vergens germanicas partes ripis ambobus alluit.

# De Polonia ſaruiatica

Libet in hac parte germanie lingere fines ⁊ ad orientē ac ſeptētrionē ſarmaticas inuiſere gētes. Polonia vaſta regio ē q̄ Sleſie ad occidētē proxia. hūgaris. lituanis ac prutenis cōtermia. Hic cracouia ē p̄cipua regni ciuitas. in q̄ liberaliū artiū ſcola floret. Sbigneus huic vrbi p̄fuit ep̄s lrāꝝ doctrina ⁊ morum ſuauitate inſignis, a quo plurimas accepim⁹ ep̄las multo ſale ⁊ romana elegātia ꝯditas. cui ob ſingulares virtutes romana eccīa inſignē cardinalat⁹ honoris rubentē pileū miſit. Ciuitates polonie p̄ter cracouiā paꝝ nitide ⁊ materia lignea ferme oēs dom⁹ cōponūt pleraſqꝫ luto liniūt. plana regio ⁊ nemoroſa eſt. potus gēti cereuiſia ē ex tritico atqꝫ humulo facta. vini rariſſim⁹ vſus. nec vinee cultura cognita. ager cereris ferax. multa gēti armēta. multa feraꝝ venatio. equū ſiluestrē p̄ter cornu ceruo ſimilē edūt. feras q̄s boues venāt̄ q̄s priſci vros vocauere. piſce ac volucrib⁹ abūdāt. argēto atꝫ auro inops terra. vectigalia regi pua Regnū in q̄tuor p̄tes diuiſere maiores. has p circulū anni rex ambit. q̄libet ps trib⁹ mēſib⁹ regē ⁊ curiam paſcit. qb⁹ exactis ad alterā p̄tē fit trāſit⁹. Statuta ſunt q̄ p̄ſtare prouinciales optet. ſi māſerit vltra p̄ſtitutū tp̄s rex ſuo viuere ſumptu cogit̄. Cū rex gētis patrū noſtroꝝ tēpeſtate obiiſſet relicta filia wilhemus dux auſtrie i m̄rimoniū eā accepit. illiqꝫ reḡ p̄fect⁹ ē. Nō placuit polonis rex theutonic⁹. Wlatiſlaū ex lituania vocauerꝫ eiectoqꝫ wilhelmo cōiugē ei⁹ ⁊ regnū nouo regi tradidere. Gentilis fuerat vlatiſla⁹ ⁊ ydola coluerat, ſed baptiſmū cū regno ſuſcipe nō recuſauit. cōuerſus ad xp̄m religioſuꝫ ſe principē geſſit. multos ex lituanis ad euāgeliū traxit. pōtificales eccīas nōnullas erexit. ep̄os magno honore proſecut⁹ ē. inter cetā dū q̄ſcūqꝫ turres eccīaꝝ i ſpexit detracto pileo caput inclinauit. deū q̄ coleret in eccīa venerat⁹. Cū tartaris regni limites infeſtātib⁹ feliciter dimicauit. prutenos maximo bello vicit. de q̄ inter res prutenicas memorabim⁹. Ex priore cōiuge prolē nō ſuſtulit cū q̄ m̄rimoniū haud legitimū fuit. ex ſcda iā ferme nonagenaria duo nati ſunt filii Wlatiſlaus ⁊ caſſimir⁹. eo mortuo vlatiſla⁹ regnū polonie accepit. Caſſimir⁹ lituanie ducatū cōſecut⁹ ē. prior q̄z ad hūgarie regnū acceſſit⁹ in bello turchoꝝ vt alī narratū ē cecidit. quare cognita ſollicitū poloni p̄ceres d̄ ſucceſſore fridericū marchionē brādeburgēſē q̄ puericiā i reḡ traſegerat linguāqꝫ gētis ⁊ mores tenebat vt regnū acciperet rogarūt. reſpōſum datū ē Caſſimirū lituanie ducē q̄ frater eēt defuncti regis heredē extare ſolicitari eius animū oportere cū fraternū p̄ncipqꝫ regni cupiēti impedimētum afferre e dignitate ſua fridericus nō duceret pari ex moderatiōe ⁊ albertus bauarie dux erga latiſlaū alberti filiū vſus ē. q̄ bohemie regnū ſibi oblatū recuſauit. Fridericus quoqꝫ imperator ⁊ ab hungaris ⁊ a bohemis ad hereditatē latiſlai vocat⁹ nūqꝫ audire ſuſtinuit q̄ patrueli p̄iudiciū faceret. Ingēs laus nr̄e etatis ⁊ magnū decus germanici noīs. ceteros nō ambigo eſſe aliquos q̄ nō tā iuſticie q̄ ignauie tradūt alienis regnis q̄ēpiā abſtinere. ego q̄d regū ſpecie h̄z nō laudare nō poſſum. Caſſimir⁹ aūt ⁊ ſi difficile a lituanis p̄mitteret q̄ ſuū apud ſe principē retinere cupiebāt. in poloniā veniēs pacificā regni gubernationē accepit. nec diu poſtea ſororē latiſlai regis duxit vxorē. multa ei aduerſus fratres theutonicos qui ſancte marie appellant bella fuere. de quibus in rebus prutenicis referemus.

Lituania



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSÉ TORIBIO MEDINA

Lituania ⁊ ipſa late patēs regio polonis ad orientē ɔnexa ē paluſtris ferme oīs ⁊ nemoroſa. witoldꝰ huic pfuit vlatiſlai frater. q̄ relicto idoloꝝ cultu cū regno polonie xp̄i ſacramentū accepit. Magnū witoldi nomē ſua tēpeſtate fuit. quē ſubditi adeo timuerūt vt iuſſi laq̄o ſe ſuſpendere parere potiꝰ q̄ȝ pricipis indignationem incidere voluerīt. Detractātes impiū inſutos vrſina pelle. viuētibꝰ vrſis q̄s eā ob cāȝ nutriebat, dilaniādos obiectauit. crudelibꝰ q̄ȝ alijs affecit ſupplicijs. Eq̄tās arcū ſp tēſum geſtauit. ſi quē ɔſpicatus ē aliter incedere q̄ȝ voluit cōfeſti ſagitta ɔfodit. multoſq̄ȝ p ludū interemit ſanguinariꝰ carnifex. Ut eſſet inter ppl'ares ⁊ ipm pncipē certū faciei diſcrimē radere barbā oībꝰ impauit. id vbi ſucceſſit. facilꝰ em̄ cernitis q̄ȝ barbe iacturā ferātis. tōſus ipe mentuȝ ⁊ caput ꝑdijt capitale intermiatꝰ ſuppliciuȝ. Si q̄s ꝓuicialiuȝ pilos faciei capitiſue deponeret. Rex a ceſare ſigiſmundo lituanioꝝ appellatꝰ priꝰ obijt q̄ȝ legati diadema ferētes ſe ɔuenirent. Succeſſor Sindrigal vrſaȝ nutriuit q̄ ſueta ex manibꝰ eiꝰ panē accipe ſepe in ſiluas vagebat, redeunti vſq̄ȝ ad thalamuȝ pricipis oſtia queque patebāt ibi cōfricare ac pulſare pedibꝰ oſtiuȝ cuȝ fames affuit cōſueuit. cui pꝛiceps aperiens cibuȝ pbuit. Cōſpirauere nobiles aliq̄t adoleſcētes aduerſus principem atȝ vrſe moduȝ ſecute ſumptis armis cubiculi pricipalis ianuā cōfricauere. credidit Sīdrigal vrſam adeē oſtiumq̄ȝ apperuit ibiq̄ȝ mox ab inſidiātibꝰ cōfoſſus interijt. Prouīcie deinde gubernatio ad caſimiruȝ ꝑuenit. Ad lituanos eſtiuo tpe difficilis trāſitus eſt, paluſtribꝰ aq̄s cuncta ferme obſidentibꝰ. hyems p̄bet aditum aſtrictis gelu lacunis. mercatores ſup glaciē ac niuē iter faciunt. plurium dieꝝ cibaria in vehiculis ferentes. nulla certa via meatꝰ (ſicuti in mari ſideꝝ) curſus oſtendit. rara inter lituanos oppida neq̄ȝ frequentes ville. Opes apd̄ eos p̄cipue aīaliuȝ pelles q̄bꝰ etas nr̄a zobellinos armelinoſq̄ȝ noīa indidit. vſus pecunie ignotꝰ locuȝ eius pelles obtinēt. viliores cupri atȝ argēti vices implent ꝓ auro ſignato p̄cioſores accipiunt. Matrōe nobiles publice ɔcubinos habēt ꝑmittentibȝ viris quos mrīmonij adiutores vocāt. Viris turpe ē ad legittimā cōiugē pellicē adijcere. ſoluunt tn̄ facile mrīmonia mutuo cōſenſu ⁊ iteꝝ atq̄ȝ iteꝝ nubunt. multum his cere ac mellis eſt. qd̄ ſilueſtres in ſiluis apes cōficiunt. vini rariſſimus vſus ⁊ panis nigerrimꝰ. Armēta victuȝ p̄bent multo lacte vtentibꝰ. Sermo gentis ſclauonicꝰ eſt. latiſſima em̄ eſt hec ligua ⁊ in varias diuiſa ſectas. Ex ſclauis em̄ alij romanā ecciāȝ ſequunt vt dalmate. croatani. carni ac poloni. Alij grecoꝝ ſequuntur errores vt bulgari. ruthenī ⁊ multi ex lituanis. Alij ɔprias hereſes inuenere. vt bohemi. morauī. boſnēſes. quoꝝ magna ꝑs manicheoꝝ imitat inſaniā. Alij gentili adhuc cecitate tenent. quēadmodū multi ex lituanis, ⁊ idola colētes. hoꝝ magna ꝑs euo nr̄o ad xp̄m cōuerſa poſtq̄ȝ vladiſlaꝰ in ea gente polonie regnuȝ accepit. Noui ego hieronimuȝ prageuſeȝ ſacris lr̄is apprime eruditū vite mundicia ⁊ facundia ſingulari claꝝ q̄ annis ſupra vigīti in heremo camaldulenſi in appēnino etruſco pn̄iāȝ egit. hic oriēte apd̄ bohemos huſſitaꝝ hereſi fugiens peſtiferꝝ virꝰ in poloniā trāſiuit. vbi acceptis lr̄is a vlatiſlao rege cōmendaticijs p̄dicaturꝰ euāgeliuȝ xp̄i ad witolduȝ pricipeȝ in lituaniā penetrauit multoſq̄ȝ pplos witoldi fauore fretꝰ ad ſalutiferā dei nr̄i fideȝ cōuertit. veniſq̄ȝ tandē ad ſinodū baſilienſem vocatꝰ a iuliano ſcti angeli cardiale. cuȝ de rebꝰ bohemicis ageret narrabat hic multa de lituanis q̄ pene incredibilia videbant. Audiebam ego ex alijs eiꝰ dicta nec mouebar vt crederē. libuit audire hoīem atȝ ab eiꝰ ore relata cognoſcere. comites mei fuerunt nicolaꝰ caſtellanꝰ qui tunc iuliani cardialis domuȝ regebāt. bartholomeꝰ lucemanꝰ archiep̄i mediolanenſis ſcriba ⁊ petrꝰ noxetanꝰ cardialis firmani ſecretariꝰ viri graues ⁊ docti hoīem in cella tranſrhenum apd̄ carthuſienſes cōuenimꝰ. cuiꝰ hec narratio fuit. Primi quos adijt ex lituanis ſerpentes colebāt. p̄tfamilias ſuuȝ quiſq̄ȝ in angulo ſerpenteȝ habuit cui cibuȝ dedit ac ſacrificiuȝ fecit in feno iacenti. hos hieronimꝰ iuſſit oēs interfici ⁊ in foro adductos publice cremari. inter quos vnus inuentus eſt maior ceteris quē ſepe admotuȝ igni cōſumere nullo pacto valuit. Poſt hos genteȝ repit q̄ ſacruȝ colebat igneȝ eumq̄ȝ ꝑpetuum appellabat. ſacerdotes templi materiā ne deficeret miſtrabāt. hos ſuper vita egrotātiuȝ amici cōſulebāt. Illi noctu ad igneȝ accedebāt. mane vo ɔſulētibꝰ rn̄ſa dātes vmbrā egroti ſe apd̄ ignē ſacrū vidiſſe aiebāt. q̄ cuȝ ſe calefaceret ſigna vel mortis vel vite oñdiſſe. victuruȝ egrotuȝ facies oñſa igni. ꝯ ſi dorſuȝ oſtentaſſet morituꝝ ꝓtendit. teſtari igr̄ ⁊ rebꝰ ſuis ɔſulere ſuadebāt. Deluſioneȝ hāc eſſe hieronimꝰ oñdit ⁊ ꝑſuaſo populo deleto tēplo ignem diſſipauit xp̄ianoſq̄ȝ mores induxit. Profectꝰ introrſus aliā gentē repit q̄ ſolē colebat ⁊ malleū ferreū rare magnitudīs ſingl'ari cultu venerabat. Interrogati ſacerdotes q̄d ea ſibi veneratio vellet. rn̄derūt olī pluribꝰ mēſibꝰ nō fuiſſe viſum ſolē quē rex q̄dā potētiſſimꝰ captū ɔcluſiſſet in carcere munitiſſime turris. gigātē deinde opē tuliſſe ſoli ingētiq̄ȝ malleo ꝯfregiſſe turri ſoleq̄ȝ liberatū hoībꝰ reſtituiſſe dignū itaq̄ȝ veneratu inſtrmentū eē q̄ mortales lucē recepiſſent. Riſit eoꝝ ſimplicitatē hieronimꝰ inaneq̄ȝ fabulā eē moſtrauit. ſolē vero ⁊ lunā ⁊ ſtellas creaturas eē oñdit. q̄bꝰ maximꝰ deꝰ ornauit celos ⁊ ad vtilitateȝ hoīm ꝑpetuo iuſſit igne lucere. Poſtremo alios pplos adijt q̄ ſacrā coluere ſiluā vt q̄ arbor ꝓcerior fuit eo cultu digniorē putauere. Predicauit huic gēti pluribꝰ diebꝰ fidei nr̄e aperiēs ſacramēta. deniq̄ȝ vt ſiluā ſuccideret impauit. vbi ppl's cū ſecuribꝰ affuit nemo erat q̄ ſacrū lignū ferro ɔtingere auderet. prior itaq̄ȝ hieronimꝰ aſſumpta bippēni excellētē quōdā arborē detrūcauit. tū ſecuta multitudo alacri certamīe alij ferris alij dolabris alij ſecuribꝰ ſiluā deijciebāt. ventū erat ad mediū nemoris ibi quercū vetuſtiſſimam ⁊ an̄ oēs arbores religione ſacrā ⁊ quā potiſſime dei ſedē putabāt ꝑcutere aliq̄ȝdiu nullꝰ p̄ſumpſit. poſtremo vt ē alter altero audatior intrepidās q̄dā ſocios q̄ lignū inſenſatū ꝑcutere formidarēt eleuata bippenni magno ictu cuȝ arborē cedi arbitraret tibiā ſuā ꝑcuſſit atȝ i t'rā ſemianimꝰ cecidit. attonita circa turba flere. ɔq̄ri. hieronimū accuſare q̄ ſacrā dei domū violare ſuaſiſſet neq̄ȝ iā quiſq̄ȝ erat qui ferrū exercere auderet. Tū hieronimꝰ illuſiones demonū eē affirmās q̄ decepte plebis occulos faſcinarēt. ſurgere quē cecidiſſe vulneratū dixīmꝰ imperauit ⁊ nulla in ꝑte leſum oñdit. ⁊ mox ad arborē adacto ferro adiuuāte multitudinē ingēs onꝰ cū magͦ fragore ꝓſtrauit totūq̄ȝ nemꝰ ſuccidit. Erāt in ea regione plures ſilue pari religione ſacre ad q̄s dū hieronimꝰ amputādas ꝑgit mulieꝝ ingēs numerꝰ plorās atq̄ȝ eiulās vitoldū adijt ſacrū locū ſucciſum querit ⁊ domū dei adēptā in q̄ diuinā opē petere cōſueſſent. inde pluuias. inde ſolēs abſtinuiſſe. neſcire iā q̄ in loco deū q̄rant cui domiciliū abſtulerit. eē aliq̄s minores lucos in quis dij rn̄dere ſolebāt eos q̄ȝ delere hieronimū velle. qui noua q̄dā ſacramēta introducēs patrū morē extirpet. rogare igit atȝ obteſtari ne maioꝝ religionem auferri ſinat. ſequūt ⁊ viri ⁊ mulieres nec ſe ferre poſſe nouū cultū aſſerūt. relinq̄re potiꝰ terrā ⁊ patrios lares q̄ȝ religionē a maioribꝰ acceptā [illegible]. Motꝰ ea re vitoldꝰ veritusq̄ȝ pploꝝ tumultū xp̄o potiꝰ q̄ȝ ſibi deeſ

ſe plebē voluit reuocatiſq; lr̄is q̄s pſidib⁹ ꝓuinciaꝝ dederat. iubēs parere Iheronimo hoīeꝫ ex prouincia
decedere. iuſſit hec nobis iheronim⁹ ꝯſtāti vultu nihil heſitās ac ꝑ iuramentū affirmauit. dignum fide ⁊ ḡl
uitas ſermonis ⁊ doctrina oñdit ⁊ viri religio. nos que accepimus immutata retulim⁹ veri ꝑiculuꝫ nō aſſu
mimus. pſuaſi tñ̄ ⁊ nos ⁊ comites ab eo receſſimus.

## De Ruſſia

Rutheni quos appellāt croſſanos vt Strabo videt̄ lituanis cōtermi ſunt. gēs barbara incōpta. apud
quā opulentē eccīaꝫ obtinuit yſidor⁹ cardialis ſabinenſis. cui⁹ ſupra mētionē fecim⁹. In hac gente ci
uitatē ꝑmaximā tradūt nogardiā appellatā. ad quā theutonici mercatores magno labore ꝑueniūt. magnas
ibi opes fama eſt. ⁊ multū argenti pelleſq; ꝓcioſas vendētes atꝫ ementes. pōderato argento nō ſignato vtū
tur. lapis in medio fori q̄dratus eſt quē q̄ aſcendere potuerit neq; deiectus fuerit pricipatū vrbis aſſequitur
ꝓ ea re q̄ armis dimicauit ſepeq; vna die plures aſcendiſſe ferunt, ⁊ ꝑſepe ſeditiones in populo emerſere.

## De liuonia nunc germanie prouincia

Liuonia deinde xp̄ianoꝝ vltīa prouinciaꝝ ad ſeptentrionē ruthenis iūgūtur. Tartari eā ſepe incurrunt.
in q̄ noſtra etate magnas acceperūt ſtrages. Frēs teuthonici qui b. marie vocātur hāc armis q̄ſiuere ⁊
xp̄i ſacra ſuſcipe coegerūt. cū eſſet antea gentilis ⁊ ydola coleret. Eā alluit ab occidente mare baltheum qḋ
plerīq; veteruꝫ occeanuꝫ eſſe putauerunt. nōdum ſeptentrio vt hodie cōgnit⁹ greci atꝫ italis fuit. xp̄iana re-
ligio hāc orbis ꝑtē nr̄o generi aperuit q̄ ferociſſimis gētib⁹ deterſa barbariā mitioris vite cultū oñdit. bal
theus ſinus adeo late patet vt incōꝑte magnitudīs apḋ aliq̄s videat̄. Origo ei⁹ ex britanico mari ducitur.
qḋ germanicū appellari ꝑt. nā ⁊ germanie magna ꝑte alluit. Oſtiū ei⁹ in occidēti eſt nōlōge a cheronoſſo
cimbrica quā daciā hodie vocāt. Excurrēs aūt in orientē in ſeptentrionē pandit̄ inſulaſq; magnas ambit.
Occidētale litt⁹ noruegi occupāt. ad ſeptentrionē ſemiferos hoīes eſſe tradūt. cū qb⁹ nullū lingue ꝯmerciū
nauigātes habēt ſignis tñ̄ ⁊ nutib⁹ ꝯmutare merces ferunt̄. meridionale litt⁹ ſaxonibus ⁊ prutenis tradi
tur. orientale vt diximus liuones tenent.

## De maſſagete

Inter liuoniā ⁊ pruſſiā paruā terrā eē ferūt vni⁹ ferme diei latā itinere ſ lōgiſſimā a prutenis ad liuones
quā maſſagete colūt gēs neq; gētilis neq; vere xp̄iana. polonoꝝ impio parēs. atꝫ hinc regnū polonie
ad mare ꝓtendit̄ ⁊ balthēū quē dixim⁹ ſinū redeūti ex liuonia in germaniā ꝑ littus balthei maris.

# Pruſſia nunc germanie prouincia



POſt maſſagetas pruteni ſe obiciūt q̄ ripas vtraſqꝫ viſtule amnis accolūt. Is ē ſarmacie atꝫ germanie
terminꝰ. Qui exoriēs in mōtibꝰ q̄ poloniā hūgariāqꝫ dirimunt. ꝑtē polonie irrigat. pruſſiā vero q̄
lōga ē ꝑcurrit. ab oppido torni vſqꝫ dantiſcū q̄ in loco baltheū influit. Hūc fluuiū alij viſtulā vt diximus q̄
bus etatis nr̄e ſermo ꝯgruit. Alij iuſtulā. q̄dā inſtulā vocauere. qd̄ vltra fluuiū ē ſarmatici iuris fuit. qd̄ ci-
tra germanici. ad oriētē ac meridiē maſonite poloniqꝫ rura coluit. occidētē ſaxones occupāt. aq̄lonem bal-
thei maris excipit littus. frumēti ferax regio ē. aq̄s irrigua ⁊ plena colonis. multa ambicōſa oppida. mul-
ti maris ſinioſi reflexꝰ amenā efficiūt. pecoꝝ ingēs vis. multa venatio. piſcatio diues. Vlmerico oli hanc
terrā incoluiſſe iordanꝰ tradidit. q̄ tp̄e gothi ab inſula ſcandia incōtinētes deſcēdere. q̄ ꝑ inſtulā (vt ille ait)
wlmerigoꝝ terras inuaſerūt. Ptolomeꝰ aūt a maxobios ⁊ alaunos venedes ac ſitones penes iſtulā fluui
um habitare affirmat. Barbara hec gēs ⁊ ydoloꝝ cultrix vſqꝫ ad fridericū imꝑatorem eiꝰ noīs ſcd̄m fuit.
Sub eiꝰ vo imꝑio cū amiſiſſent xp̄iani tholomaidē ſirie ciuitatē frēs theutones q̄s ſctē Marie diximꝰ ap
pellari inde fugati in germaniā rediere. viri nobiles ⁊ rei militaris periti q̄ ne ꝑ ociū marcerent fridericum
accedētes pruſſiā germanie cōterminā xp̄i cultū ſpernere dixerūt. Sepe illiꝰ gētis hoīes in ſaxones cete-
roſqꝫ vicinos excurrere. ingētē vim pecoꝝ atꝫ hoīm abigere. eē in aīo ſibi ꝯpeſcere barbarā gētem. annuat
tm̄ imꝑator ꝓuinciā q̄ fribus ꝑpetuo iure poſſidendā tradat ſi eā armis acq̄rāt. iā eīn maſonite duces qui
ſe eius terre ⁊ dn̄os affirmabāt ius ſuū fribꝰ ceſſerāt. Grata oblatio friderico fuit q̄ collaudato ꝓpoſito q̄s
voluere frēs ſub aurea bulla lr̄as ꝯceſſit. Illi ſumptis armis breui tp̄e q̄cq̄d prutenici iuris citra viſtula fu-
it occupauere. Exin tranato fluuio vetuſtam ⁊ late patulam quercū in caſtelli modū erectis ꝓpugnaculis
iuxta ripā munierūt. vbi collato p̄ſidio vlteriores prutenos vexare ceperūt. pugnatū ē ſepe ꝓ quercu ⁊ in-
gētes paganoꝝ copie fugate ⁊ delete ſt̄. bellū plurimis annis ꝓductū ē. ad extremū fortuna fratrū īpio arri
dens oēm eis pruſſiā ſubiecit. victe barbare nationes iugū ſubire. Ex illo tp̄e lingua theutonica introdu-
cta ē ⁊ cultꝰ xp̄i gētibꝰ imꝑatꝰ. Eccle q̄ꝫ pōtificales erecte trās viſtelā pomeſanienſis. culmēſis. ſambienſis
warmienſis. ad quā defuncto Frāciſco ep̄o ꝓuitatē nr̄aꝫ poſtulauere canonici Calixtꝰ ſ. ponti. max. annuen-
te ſenatu ap̄lico comēdauit. Que vna ē illis in ꝑtibꝰ ſuo vtēs iure. nec ſubiecta fribꝰ. reliq̄s ep̄os religio-
nis habitū geſtare opꝫ. Quo in loco munitā quercū fuiſſe diximꝰ. nobile oppidū exedificatū ē qd̄ marie-
burgū vocāt. ⁊ arx nobilis atꝫ ampliſſima. Hic ſedes magni mgr̄i q̄ cūctis fribꝰ ꝑeſt pruſſiā incolētibus.
Sūt ⁊ alij duo in eadē religiōe mgr̄i. alter liuoniā regit. alter couētus alemanie gubernat. Theutōnes hu-
ius religionis inuētores fuere ac ꝓpterea nemo ad eā recipit̄ niſi theutonicꝰ nobilibus ortꝰ parētibꝰ ⁊ cui
ꝓpoſitū ſit ꝓ tuēdo xp̄i euāgelio aduerſus ſalutifere crucis inimicos armis depugnare. Ob eā rē veſtimen-
tis albis vtunt̄ nigra cruce inſuta. barbā oēs nutriūt exceptis q̄ in ſacris altaribꝰ ſeruiūt. ꝓ canonicis ho-
ris dn̄icā orōnē vſurpāt neqꝫ lr̄as diſcūt. magne his opes nec minor potētia q̄ꝫ regibꝰ. Sepe cū polonis
de regni militibꝰ receptis atꝫ illatis gladijs cōtendere nec totis viribꝰ belli fortunā experiri recuſarūt. Cū
vlatiſlao caſimiri q̄ mō regnat. patre cōtraxerāt ambe ꝑtes validiſſimas atꝫ ingētas copias polonis litua
ni ⁊ tartari iūcti erāt q̄s duxerat vitoldus. Theutonici frēs ex tota germania vires conſciuerāt. poſtq̄ꝫ ꝓpe
ad. xx. ferme ſtadia vterqꝫ cōſedit. exercitꝰ ſpe plenꝰ ⁊ impatiēs more prutenoꝝ magr̄ caduceatorē q̄ bellū
regi denūciaret ⁊ duos enſes in q̄s ſtaret victoria miſit facta ꝑtāte vt quē vellet hoſtis eligeret. alterū ſibi
remitti iuſſit. Accepit vlatiſlaꝰ alacriter nunciū donatoqꝫ caduceatore ⁊ vno retēto gladio remiſit alterum
mox iuſſi ſunt milites arma induere belliqꝫ ſignū datū. xl. milia eq̄tū in amhobꝰ caſtris fuiſſe ꝓditū inue-
nio. Vlatiſlaꝰ tartaros ⁊ lituanos primū inire certamē iuſſit ⁊ Polonis ſubſidiarias acies elegit. Contra
prutenus auxilia in poſtremis habuit florentem ordis ſui militiā in exercitꝰ frōte collocauit. cōmiſſo p̄lio
inermes q̄dā tartari ⁊ lituani magna ſtrage ceſi ſunt vrgebat tū multitudo nec terga dare polonus metuēs
audebat. atrox pugna ſupra cadauera occiſoꝝ edebat̄. nec tā vulnerat prutenꝰ alacer q̄ꝫ excipe vulnꝰ tarta-
rꝰ videbat̄. Protractū ē diu certamē. pacta ingēs occiſio lituani tartariqꝫ velut pecudes mactabant̄. ac cū
nouꝰ ſꝑ hoſtis emergeret deſeſſi tāta cede pacta theutones verſare ferrū vix poterāt ⁊ iā remiſſius pugna-
bāt. qd̄ vbi vlatiſlaꝰ aīaduertit tū primū polonoꝝ aciē validā ac ferro rigētē immitit. fit ſubita irruptio in-
ſtaurat̄ qꝫ p̄liū. nō tulere theutones recētis agminis impetū. impar pugna recētis ac fatigati militis fuit. ori
tur mox fuga ex ꝑte fratrū. ferit terga polonꝰ. Mgr̄ ordis vbi ſuos cedere videt. nec iā vllā in auxilijs ſpē
eſſe aīaduertit collecta militū manu hoſti ſeſe obiectauit. occidit̄. fit fedioꝝ fuga. nec priꝰ theutonicꝰ fugere
q̄ꝫ polonꝰ ꝑſeq̄ deſiſtit. Perierūt in eo bello ex ꝑte fratrū multa hoīm milia. inter q̄s viri primarij q̄s vocāt
ꝯmētatores equeſtri dignitate inſignes cū ip̄o mgr̄o circiter ſex cētos. nec polonis incruēta victoria ceſſit
tartaris ac lituanis magna ex ꝑte ceſis. bellū hoc anno decio ⁊. cccc. ſupra mille geſtū ē pꝰ xp̄i ſaluatoris or-
tū. Pruſſia fortunā regis ſecuta oīs excepto burgomarie ad victorē defecit. Sꝫ interueniēte Sigiſmundo
ceſare pax inter frēs ⁊ polonū ꝯſtituta ē. ꝑcuſſūqꝫ fedꝰ pecunia polono data pruſſia reddita fratribꝰ. nec de-
inde vſqꝫ ad friderici tp̄a q̄ nūc imꝑat in poſſeſſione agri ſui turbata religio ē. Sub eiꝰ vo impo cū popula
res graue ſibi iugū fratrū exiſtimarēt fedꝰ inter ſe inire in hūc ferme modū vt. xvi. viri ſingulis annis certi
in locis conuenirēt q̄ ꝓuincialiū q̄relas ad vſus fratrū audirēt nec ſinerēt quēpiā indigne vexari. Ex his q̄-
tuor ex religione viros aſſumi voluere. q̄tuor ex p̄latis eccliaꝝ. pariqꝫ numero ex nobilibꝰ ac ciuitatibꝰ hiſ
qꝫ parere oē voluere. Per idē tp̄s diuiſa inter ſe religio fuit. alij magnū magiſtrū ſeq̄bant̄. alij q̄ſdā cōmē-
datores q̄ mgr̄i regimen improbabāt. Mgr̄ vt populares ſibi alliceret fedꝰ ip̄m incōſulte fratrū ꝯuētu ap
probauit. Fridericꝰ q̄ꝫ imꝑator eidē federi robur adiecit cautiōe tm̄ inſerta ne ꝑ ſuas lr̄as ius religiōis lede
ret̄. mortuo deinde magiſtro q̄ fedꝰ acceꝑat ⁊ altero in eiꝰ locū ſuffecto nicolaꝰ pon. max. legatū miſit q̄ ꝓ-
uīciā pruſſie inſpiceret. cognitoqꝫ rex ſtatu q̄ꝫtū legatꝰ retulit populariū fedꝰ dānauit. vtqꝫ ab eo diſcedēter
anathema interminatꝰ imꝑauit. q̄bꝰ ꝑtinaciꝰ in ſententia ꝑſeuerātibꝰ ex ꝯſenſu ꝑtiū lis ad Fridericū ceſa-
rē deducta ē. ad quē rurſus cā cognita dānato federe iuſſi pruteni ſunt ad obediētiā fratrū redire q̄ eā ꝓuin-
ciā e manibꝰ infideliū ſuis armis vēdicaſſent multoqꝫ ſanguīe coemiſſent. q̄ re ciuitatibꝰ nūciata mox ar-
ma in fratres ꝑplariter accepta ſunt. ex q̄bꝰ plures capti atꝫ occiſi. caſtella eoꝝ euerſa. arces a fundamentis
eiecte q̄nqꝫ ⁊ q̄nq̄ginta oppida in eā rebellionē cōſpirauere. ſꝫ cū nō ſatis rē ſuā cōtra religionē ſine externa
ope tutā putarēt Caſimirū regē polonie ſibi dn̄m aſciuere deuotū fribꝫ ſanguinē qui fortunam patris eius

